

INSCRIPTIONES

TYRAE, OLBIAE, CHERSONESI TAURICAE,

ALIORUM LOCORUM

A DANUBIO USQUE AD REGNUM BOSPORANUM.

---

IUSSU ET IMPENSIS

SOCIETATIS ARCHAEOLOGICAE IMPERII RUSSICI

ITERUM EDIDIT

BASILIVS LATYSCHEV.

---

ACCEDUNT TABULAE QUATTUOR IN ZINCO EXPRESSAE.

---

PETROPOLI.

MCMXVI.

Напечатано по распоряженію Императорскаго Русскаго Археологическаго Общества.

Ноябрь 1916 г.

Секретарь *Б. Фармаковский.*

## PRAEFATIO

### prioris editionis voluminis primi.

Quintum iam decennium agitur ex quo illustrissimus ille Corporis inscriptionum Graecarum editor Augustus Boeckhius inscriptionibus orae septentrionalis Ponti Euxini, quae eo tempore erant notae, ultimam imposuit manum. Per hoc temporis spatium longa ibidem lapidum inscriptorum series in lucem prodiit, e quibus res utiles ad coloniarum Graecarum, quae ibi olim floruerant, historiam, iustituta, mores cognoscendos tanquam ex uberrimo fonte hauriri possent, nisi tituli recens reperti in syllogis, libris, operibus periodicis aliis alio sermone scriptis nec aditu facilibus dispersi iacerent, nonnulli adhuc inediti laterent, alii ab hominibus imperitis foedati potius ac depravati quam emendati et suppleti proponerentur. Quibus de causis dudum omnibus Graecorum historiae, archaeologiae, epigraphices studiosis optandum videbatur, ut quotquot adhuc innotuissent tituli Graeci et Latini Ponti Euxini orae septentrionalis denuo in unum thesaurum conlecti ederentur. Quod opus anno 1879 Societas archaeologica Imperii Russici auctore A. Harkavy v. cl. socio suo suscepit, suscepto Ioannem Basili f. Pomialovskium et Theodorum Theodori f. Sokolovium socios praeposuit, anno autem 1882, cum ego in patriam e Graecia revertissem, ubi per biennium rebus archaeologicis et epigraphicis operam navaram, Sokolovio suadente incohatum iam opus continuandum mihi proposuit. Equidem quamvis viribus meis diffiderem, non dubitavi tamen morem gerere Societati, praesertim cum epigraphices Graecae studio iam antea deditus paratum aliquatenus ad hoc opus accessurum me putarem.

Quae leges in novo corpore condendo essent tenendae, Pomialovskius et Sokolovius Societatis iussu mecum composuerunt. Statuimus omnes titulos antiquos Graecos et Latinos usque ad IV fere p. Chr. saeculum recipiendos esse, quicumque in ora Ponti septentrionali a Danubio usque ad Caucasum essent reperti; ex inscriptionibus Caucasicis, quas ante hos quattuor annos separatim edidit Pomialovskius, in hoc opere non repetentur nisi Anapae repertae, quippe quae ad regnum Bosporanum pertineant. Etiam titulos in nummis expressos exclusimus et ex vasorum titulis eos, qui tam arcte cum pictis imaginibus coniuncti sunt, ut separari non posse videantur, veluti nomina figuris appicta etc. Totum opus in tria volumina divisum est, quorum primum nunc in publicum emittitur, alterum inscriptiones regni Bospo-

rani continebit, tertium omnes inscriptiones, quaecunque in varia supellectile, atque in primis in diotarum ansis leguntur. In singulis titulis tractandis id agendum esse inter nos convenit, ut omnium primum lapides, qui adhuc exstant, quam accuratissime exscriberem exscriptosque typis quam exactissime excudendos curarem (quod ut fieri posset, Academiae scientiarum officina novas litterarum formas sat multas curavit fundendas), mutilatos quantum fieri posset restituerem, commentarium adderem brevissimum eaque sola continentem, quae ad unumquemque titulum explicandum maxime essent necessaria; simul visum est eis nostratibus esse subveniendum, qui titulorum sermonis minus essent periti: quorum gratia gravissimum quemque titulum in nostrum sermonem accurate esse vertendum.

His ita constitutis ad opus cum accessissem, primum lapides qui Petropoli in museis servantur exscripsi. Tum viri excellentissimi Ioannis Davidis f. DELIANOV, qui institutioni publicae in imperio Russico est praefectus Societatisque archaeologicae praesidis vices tenet, benevolentia factum est, ut vere a. 1883 in meridianas Russiae regiones proficiscerer inscriptiones, quae illic in museis adhuc exstant, conquisiturus. Adii Charkoviam, Kertschiam, paeninsulam Tamanicam, Theodosiam, Sebastopolim, Odessam, Chersonem, Kischinevum, denique eiusdem anni m. Augusto Mosquam; ubique a viris, qui museis praepositi sunt aut ipsi antiquitatum collectiones possident, humanissime exceptus et adiutus tot titulos exscripsi et editos et ineditos, quot inventurum me nunquam speraveram. E viris amplissimis, qui consilio et opera titulos conquirendi laborem mihi sublevarunt, prae ceteris gratissimo animo mihi nominandi sunt Ladislaus N. f. JURGIEWICZ et Nicodemus P. f. KONDAKOV professores Odessitani, Plato Ios. f. BURATSCHKOV Chersonensis, Ioannes C. f. SURUTSCHAN Kischineviensis, Iulianus A. f. KULAKOVSKI professor Kioviensis, Paulus B. f. FREIBERG sodalis olim Petropolitani, nunc gymnasii Kertschiensis praeceptor, Alexius M. f. PODSCHIVALOV Mosquensis, Stephanus Ph. f. ORLOVSKI praeceptor olim Odessitanus, nunc Petropolitani. Quibus viris quantum debuerim in comparanda materia et huius voluminis et reliquorum, in unaquaque fere pagina licebit videre. Praeterea POMIALOVSKIUM v. cl. quam e libris conligere incohasset materiam liberalissime mihi concessisse grata mente refero. Etiam Theodori MOMMSEN viri illustrissimi beneficio factum est, ut titulorum 171 et add. 178<sup>1</sup> apographa emendata huic operi inserere liceret<sup>1</sup>).

Hac priore laboris parte perfecta ad alteram accessi, non minus illam quidem arduam ac difficilem. Etenim in titulis disponendis supplendis explicandis quam bene mihi res cesserit cum non meum sit diiudicare, paucis tamen monitos velim lectores. Nempe in titulis per genera et classes distribuendis quamquam auctoritatem virorum optime de hoc litterarum genere meritorum sum secutus, tamen non ab omni parte omnibus me satisfacturum facile concedo: nam quod Dittenbergerus in praefatione C. I. Att. v. III monuit hanc rem in titulis Atticis posterioris aetatis haud exiguis implicari difficultatibus, idem optimo iure ad meam provinciam referri potest. Item singulos titulos in unaquaque classe ex temporum ordine

1) [In altera hac editione hi tituli sub numeris 325 et 324 repetiti sunt].

disponere quam fuerit difficile, facile videbit quicumque animadverterit certa temporis indicia in eis non nisi rarissime inveniri multoque saepius me solis scripturae rationibus niti debuisse, quae quam lubricae sint praecipue in titulis aetatis Romanae, nemo ignorat. In titulis transcribendis, uncis adhibendis etc. eas leges secutus sum, quas novissimi Corporum inscriptionum editores statuerunt quibusque omnes iam quodammodo tenemur. Quod si quid in hoc primo operis volumine, quod nunc e manibus emitto, minus bene cesserit, lectores benevolos uti veniam dent rogatos velim, in reliquis eorum consiliis, qui de hoc iudicabunt, sublevatum me iri spero.

Quod superest, ex animo gratias ago viris doctissimis ornatissimis, qui in altera illa laboris parte me adiuverunt, Ioanni B. f. POMIALOVSKIO, qui et plagulis corrigendis mecum operam dedit et locupletissimi quem habet librorum thesauri usum qua solet esse liberalitate semper concessit, Augusto C. f. NAUCKIO, cuius consilium prudentissimum roganti mihi nunquam defuit, Theodoro Th. f. SOKOLOVIO studiorum meorum auctori et fautori benevolentissimo, Victori C. f. JERNSTEDTO et Petro B. f. NIKITINO, qui titulorum aliquot locos corruptos acutissime ut solent restituerunt. Quibus viris si videbitur hoc opus haud indignum esse, in quo eorum nomina legantur scripta, maximo opere gaudebo.

Scribendam Petropoli  
exeunte m. Aprili a. MDCCCLXXXV.

## PRAEFATIO

prioris editionis voluminis quarti.

Postquam anno 1885 primum edidi volumen corporis inscriptionum antiquarum orae septentrionalis Ponti Euxini et quinque annis post volumen secundum, eis locis Russiae meridiana, quibus coloniae Graecae olim florebant, permulti tituli antiqui et Graeci et Latini denuo in lucem prodierunt, partim casu detecti, partim ab archaeologis effossi. Ut de aliis taceam, Car. K. f. Kosciuszko-Waluźynicz consilii archaeologici Petropolitani socius ab epistulis inde ab a. 1888 consilii auctoritate Chersonesi Tauricae rudera perscrutans plus 130 lapides inscriptos (plerosque sane mutilatos) invenit, e quibus nonnulli gravissimi sunt momenti, veluti ius iurandum civium, monumenta ad *πορρικὸν τέλος* pertinentia etc. Ex eis titulis, qui mihi innotuerunt annis 1885—1892, quosdam publici iuris feci in addendis et corrigendis in voll. I et II, quae actorum societatis archaeologicae imperii Russici (*Записки Императорскаго Русскаго Археологическаго Общества*) n. s. voluminibus IV, V, VII sunt inserta. Eos titulos, qui explorationibus consilii archaeologici iussu institutis erant detecti aut impensis consilii empti, a principe consilii rogatus annis 1892, 1895, 1899 edidi in tribus fasciculis collectaneorum, quae consilium sub titulo «*Материалы по археологическому Ровию*» edenda curat. (Nonnulli ex his titulis cum Academia scientiarum Borussica a me communicati prodierunt etiam in «*Sitzungsberichte d. K. Preuss. Akademie*» annis 1892 et 1895). Magna copia titulorum, qui in rudibus Tyrae, Olbiae, Panticapaei, aliarum coloniarum Graecarum erant reperti, a Lad. Jurgiewiczio, Ernesto de Stern, Lad. Škorpilo publici iuris facta est in compluribus voluminibus actorum societatis historicae et archaeologicae Odessitanae (*Записки Императорскаго Одесскаго Общества исторіи и древностей*). Denique inscriptiones aliquot a me et ab aliis viris doctis in variis operibus periodicis in patria prodeuntibus sunt explicatae.

Iam cum titulos per tot libros dispersos cognoscere nunc admodum sit difficile, ac maxime quidem eis viris doctis, qui sermonis nostri peritia sint destituti, placuit societati archaeologicae imperii Russici, cuius cura corpusculum inscriptionum orae septentrionalis Ponti Euxini conditum est, omnes titulos antiquos, quotquot in Russia meridiana per quindecim hos annos comparuerunt, adiecto hoc volumine comprehendendi, quod totius sylloges quartum numerandum est, quoniam tertium, ut iam in praefatione voluminis primi dictum est, inscriptiones variae suppellectilis, imprimis vasorum fictilium continebit. Cuius adornandi negotium Eugēnius M. f. Pridik iam aliquot abhinc annis suscepit.

In quarto hoc volumine componendo easdem leges secutus sum, quas in praefationibus voluminum I et II exposueram. Quibus auxiliis usus titulos hic edam (scilicet apographis meis vel alienis, an ectypis, an imaginibus photographis), in singulis lemmatis explicatur. Satis multos titulos, quorum litteratura accuratius demonstranda videbatur, arte quae dicitur zincotypica repraesentavit typotheta, usus tabellis zinco illitis (*clichés*), quas aut ipse faciendas curaveram, aut consilium archaeologicum et societas Odessitana (auctore Sternio) in usus meos liberalissime concesserant. Russice vertendos titulos in hoc volumine non putavi, quoniam in editionibus Russicis sunt conversi. Eos titulos regni Bosporani, de quibus non constat, utrum in Europae ora detecti sint, an in Asiae, asteriscis notandos curavi, ut iam in vol. II feceram.

Liber in duas partes divisus est, quarum prior continet titulos per annos 1885—1900 repertos, altera addendis et corrigendis voll. I, II, IV destinata est, quae aut ipse inveneram, aut ab aliis viris doctis proposita ex libris et commentariis periodicis excerpseram. Quamvis in materia huius partis qua par est diligentia sim versatus, tamen fieri potuisse, ut aliquid me fugeret, facile concedet quicumque reputaverit, quantis difficultatibus aetate nostra impediatur qui librorum chartarumque periodicarum quotidie fere in omnibus Europae partibus in lucem prodeuntium acervos perlustrandos sibi proposuerit.

Non sine magno animi dolore fatendum est per quindecim hos annos in Russia meridiana satis multos titulos spurios ab hominibus nequam lucri causa esse confectos. In quibus copiosius explicandis cum tempus terere taederet, praesertim cum omnes fere aut a me ipso, aut ab aliis viris doctis essent editi, satis habui in calce libri brevem eorum indicem proponere, in quo sedulo indicavi, ubi singuli tituli essent requirendi<sup>1)</sup>.

In materia huius voluminis comparanda et explicanda multi viri doctissimi humanissimi multifariam me adiuverunt. E quibus prae ceteris gratissimo animo mihi nominandi sunt Al. L. f. BERTHIER de LAGARDE praesidis societatis historicae et archaeologicae Odessitanae post L. Jurgiewiczium anno 1898 morte ereptum vices tenens, C. E. f. DUHMBERG, qui usque ad hanc aetatem museo Kertschiensi erat praefectus, C. K. f. KOSCIUSZKO-WALUŻYNICZ, quem iam supra honoris causa nominavi, Iul. A. f. KULAKOVSKI professor Kioviensis, Ern. R. f. de STERN professor Odessitanus, museo societatis hist. et arch. praefectus, Lad. V. f. ŠKORPIL praeceptor gymnasii Kertschiensis, rerum antiquarum curator, quae servantur in tumulo Melek-Tschesmensi in oppido Kertsch, Nic. I. f. VESSELOVSKI professor Petropolitano, consilii archaeologici particeps. Etiam Th. Fr. f. ZIELINSKIO professori Petropolitano ex animo gratias ago, qui magnae libri parti emendandae operam mecum navans multa ad titulos explicandos utilia acutissime observavit.

Petropoli scribebam  
m. Iunio a 1901.

---

1) [In altera editione hunc titulorum spuriorum indicem repetere supersedi].

## PRAEFATIO

### alterius editionis voluminis primi.

Tria iam lustra peracta sunt, postquam volumen supplementorum sylloges inscriptionum orae septentrionalis Ponti Euxini a me institutae a. 1901 prodiit in lucem. Per haec lustra eis Russiae meridiana locis, quibus coloniae Graecae olim floruerant, permulti tituli et Graeci et Latini inventi sunt et fortuito et in explorationibus, quas in Olbiae parietinis Boris Vl. f. Pharmakovski a. 1901 inceptas summo cum successu adhuc continuat, Chersonesi C. K. f. Kosciuszko-Walużynicz usque ad annum 1907 exeuntem faciebat et post mortem eius per annos 1908—1914 R. Chr. f. Loeper, Panticapaei denique et in paeninsula Tamanica Lad. V. f. Škorpil quotannis diversis locis instituit. Tituli recens reperti plerique in opere periodico Consilii imperialis archaeologici, inscripto «Извѣстія Имп. Археологической Комиссіи», a me, Škorpilo, Loepero, Latini aliquot a Rostovzevio editi sunt, adiectis commentariis Russico sermone conscriptis. Praeterea multos titulos Odessae in actis societatis historicae et archaeologicae Ernestus de Stern et Iulius Marty, ut de aliis taceam, publici iuris fecerunt. Quo factum est, ut titulis per multos fasciculos operum, quae modo nominavi, et aliorum dispersis uti haud facile liceret. Quam ob rem vel maxime desiderandum erat, ut tituli proximis his annis inventi eodem modo in unum librum colligerentur, atque a. 1901 feceram. Sed viri doctissimi, qui consilii societatis archaeologicae imperii Russici sunt participes, cum animadvertissent primi voluminis sylloges a me olim compositae exempla omnia fere esse divendita multosque titulos illic editos nunc titulorum ope nuper inventorum melius restitui aut explicari posse, re accurate perpensa statuerunt praestare novam totius operis editionem adornari duobus voluminibus, sicut prior facta esset, compositam, in quibus *omnes* tituli adhuc inventi per classes et sectiones disponerentur, scilicet et ii, qui in syllogem iam antea erant recepti (voluminibus I, II, IV), et qui per quindecim hos annos in lucem prodierunt.

Cum igitur totam syllogem iterum edendam in me suscepissem, easdem operis leges sequi placuit, quibus in priore editione eram usus quaeque in praefatione inde supra repetita satis copiose sunt expositae. Nova haec editio ea re maxime a priore differt, quod multi tituli pro typis vulgaribus, quibus ibi erant excusi, hic in imaginibus aut solis ope factis, aut



ex ectypis chartaceis delineatis et in zinco expressis proponuntur. Typis excusos eos solos titulos reliqui, quorum litteratura typis satis accurate reddi potuit, aut eos, quorum imagines aut ectypa accipere non contigit, denique fragmenta parvula, ex quibus nihil lucratur. Numeros, quibus tituli in priore editione erant signati, hic conservare sane non licuit, cum in singulas classes et sectiones novi permulti accessissent, sed ex numerorum collatione, quae ad calcem libri proposita est, singulos titulos prioris editionis in hac altera facillime reperiet qui comparare voluerit.

In materia huius editionis comparanda multifariam (ac maxime quidem imaginibus photographiis vel ectypis suppeditatis) me adiuverunt Boris VI. f. PHARMAKOVSKI in consilio archaeologico collega ornatissimus, Boris B. f. WARNECKE professor Odessitanus, qui post Sternium museo societatis Odessitanae praepositus est, Laurentius A. f. MOYSSEIEV, qui ab a. 1915 post Loeperum Chersonesi explorandae munus suscepit, denique Alexius B. f. ORESCHNIKOV musei historici Mosquensis custos. Michael I. f. ROSTOVZEV professor Petropolitae cum summa benignitate huius libri plagulis perlegendis operam sua sponte navaret, ad inscriptiones praecipue Latinas permultas adnotationes utilissimas dedit; praeterea titulos Latinos a se antea editos aut explicatos et Graecos aliquot ad res Romanas pertinentes commentariis doctrinae plenis a me rogatus illustravit (v. nn° 167, 236, 237, 322, 417, 449, 550, 555, 562, 569, 571, 572, 655, 656, 674—683, 691, 748) et totam de Charace commentationem scripsit (v. pp. 508—510). Totius libri plagulas sedulo perlegit etiam Nicolaus C. f. HELWICH in Instituto historico et philologico collega suavissimus, qui qua excellit Latini sermonis peritia in unaquaque pagina mihi profuit. His viris amplissimis ornatissimis ex animi sententia gratias ago.

**Basilii Latyschev.**

Petropoli scribebam  
m. Augusto a. 1916

## INDEX

librorum et commentariorum periodicorum, qui per compendia notantur.

*C. I. Gr.* = Corpus inscriptionum Graecarum.

*CIL.* (vel *C. I. L.* vel *C. I. Lat.*) = Corpus inscriptionum Latinarum.

*GGS.* = Griechische Grabreliefs aus Südrussland... herausgegeben von Gangolf von Kieseritzky und Carl Watzinger. Text mit 56 Tafeln. Berlin 1909.

*IG.* (aut *I. G.*) = Inscriptiones Graecae (nova Academiae scientiarum Borussicae editio).

*IosPE.* = Inscriptiones antiquae orae septentrionalis Ponti Euxini Graecae et Latinae, ed. B. Latyschev (ed. 1 vol. I a. 1885, v. II a. 1890, v. IV a. 1901).

*Inscr. per annos 1881—1888 rep.* = Inscriptiones Graecae in oris Bospori Cimmerii et Chersonesi Tauricae per annos 1881—1888 repertae. Iussu Consilii Caesarei Archaeologici edidit B. Latyschev. Petropoli 1890 (libellus e ratione reddita cons. archaeolog. a. 1882—1888 seorsum expressus).

*ImS.* = Inscriptiones Graecae et Latinae novissimis annis (1889—1894) museo Surutschaniano quod est Kischinevi inlatae. Ediderunt I. Surutschan, B. Latyschev. Petropoli 1894.

*IrR.* = Inscriptiones Graecae ad res Romanas pertinentes... Tomus primus. Edendum curavit R. Cagnat auxiliantibus J. Toutain et P. Jouguet. Paris. MCCCCXI.

*RE.* (aut *R.-E.*, *R.-Enc.*, *Realenc.*) = Paulys Real-Encyclopädie der classischen Altertumswissenschaft. Neue Bearbeitung... herausgeg. von Georg Wissowa. Stuttgart 1894 sqq.

*RIG.* = Recueil d'inscriptions Grecques par Charles Michel. Bruxelles 1900.

*SBA.* = Sitzungsberichte der königlich Preussischen Akademie der Wissenschaften zu Berlin.

*SDI.* = Sammlung der griechischen Dialekt-Inschriften... Herausgeg. von H. Collitz und F. Bechtel. Göttingen 1884 sqq.

*SIG<sup>2</sup>.* = Sylloge inscriptionum Graecarum (.) Iterum edidit Guilelmus Dittenberger. 3 voll. Lipsiae 1898—1901.

*ЖМНПр.* (vel *ЖМНП.*) = Журналъ Министерства Народнаго Просвѣщенія (Acta menstrua min. inst. publicae).

*ЗИРАО.* = Записки Императорскаго Русскаго Археологическаго Общества (Acta societatis archaeolog. Imperii Russici).

*ЗИОО.* et *ЗОО.* = Записки Имп. Одесскаго Общества исторіи и древностей (Acta societatis hist. et archaeolog. Odessitanae).

*ИАК.* = Извѣстія Имп. Археологической Коммисіи (Acta consilii Imperialis archaeologici, quae Petropoli prodeunt per fasciculos ab a. 1901).

*Мат.* №№ 9, 12, 17, 23 = Матеріалы по археологіи Россіи, издав. Императорскою Археологическою Коммисіею (Commentarii ad archaeologiam Russiae spectantes, qui auctoritate consilii Imperialis archaeologici eduntur). № 9. Греческія и латинскія надписи, найденныя въ южной Россіи въ 1889—1891 годахъ. Съ объясненіями В. В. Латышева. Спб. 1892. — № 12. Раскопки Херсонеса. Изслѣдованіе А. Л. Бертъе-Делагарда. Спб. 1893. — № 17. Греческія и латинскія надписи, найденныя въ южной Россіи въ 1892—1894 годахъ. Съ объясн. В. В. Латышева. Спб. 1895. — № 23. Греческія и латинскія надписи, найденныя въ южной Россіи въ 1895—1898 годахъ. Съ объясненіями В. В. Латышева. Спб. 1899.

*ФОб.* (vel *Фил. Об.*) = Филологическое Обзорніе (Commentarii philologici, qui Mosquae ab A. Adolpho in publicum emittebantur per annos 1891—1902).

---

## CONSPECTUS.

	Pag.
I. Vicus Kartal (n° 1) . . . . .	1
II. Tyras et vicinia.	
Sectio I. Decreta (nn° 2. 3) . . . . .	3
Sectio II. Epistolae (n° 4) . . . . .	9
Sectio III. Tituli dedicatorii (nn° 5—7) . . . . .	17
Sectio IV. Tituli sepulcrales (nn° 8—11) . . . . .	20
Sectio V. Varia (nn° 12—19) . . . . .	23
III. Olbia et vicinia.	
Classis prima: decreta.	
a. Decreta senatus et populi (nn° 20—75) . . . . .	27
b. Edictum septemvirum (n° 76) . . . . .	103
c. Decreta exterarum civitatum in honorem Olbiopolitarum facta (nn° 77—79) . . . . .	106
Classis secunda: tituli dedicatorii.	
Sectio I. Donaria magistratuum et sacerdotum . . . . .	112
a. Tituli donariorum Apollini Prostatae oblatorum (nn° 80—127) . . . . .	113
b. Tituli donariorum Mercurio Forensi oblatorum (nn° 128—129) . . . . .	150
c. Tituli donariorum Achilli Pontarchae oblatorum . . . . .	152
α. Tituli archontum (nn° 130—134) . . . . .	153
β. Tituli praetorum (nn° 135—138) . . . . .	160
γ. Tituli sacerdotum (nn° 139—146) . . . . .	163
d. Donariorum publicorum fragmenta incerta (nn° 147—158) . . . . .	170
Sectio II. Dedicaciones hominum privatorum (nn° 159—173) . . . . .	175
Sectio III. Aedificiorum dedicaciones.	
a. Dedicaciones publice factae (nn° 174—177) . . . . .	185
b. Inscriptiones hominum privatorum (nn° 178—185) . . . . .	192

	Pag.
Classis tertia: statuarum subscriptiones alique tituli honorarii.	
a. Tituli, in quibus homines honorati dis dicantur (nn° 186—194) . . . . .	204
b. Tituli deorum commemoratione carentes (nn° 195—200) . . . . .	211
Classis quarta: catalogi (n° 201) . . . . .	216
Classis quinta: tituli memoriales et sepulcrales.	
a. Tituli memoriales (nn° 202—207) . . . . .	220
b. Tituli sepulcrales.	
α. Tituli antiquiores (nn° 208—219) . . . . .	225
β. Tituli recentiores (nn° 220—231) . . . . .	233
γ. Tituli peregrinorum et Romanorum (nn° 232—238) . . . . .	242
Classis sexta: varia (nn° 239—324) . . . . .	246
IV. Olbiopolarum tituli in insula Leuce reperti (nn° 325. 326) . . . . .	271
V. Hecates lucus (n° 327) . . . . .	274
VI. <b>Cursus Achillis</b> (nn° 328—332) . . . . .	276
VII. <b>Tituli locorum Sarmatiae incertorum</b> (nn° 333—338) . . . . .	279
VIII. <b>Cercinitis</b> (n° 339) . . . . .	283
IX. <b>Chersonesus Taurica.</b>	
Classis prima: decreta (nn° 340—400) . . . . .	284
Classis primae appendix.	
a. Tituli iuratorii (nn° 401. 402) . . . . .	353
b. Recensio fundorum venditorum aut locatorum (n° 403) . . . . .	360
c. Tituli ad capitulum lenocinii pertinentes (n° 404) . . . . .	364
d. Titulus argumenti incerti (n° 405) . . . . .	371
Classis secunda: tituli dedicatorii (nn° 406—417) . . . . .	372
Classis tertia: tituli honorarii (nn° 418—432) . . . . .	380
Classis quarta: tituli ad certamina pertinentes (nn° 433—437) . . . . .	398
Classis quinta: tituli aedificiorum (nn° 438—450) . . . . .	402
Classis sexta: tituli sepulcrales.	
a. Tituli communes hominum binorum vel plurium (nn° 451—462) . . . . .	412
b. Tituli singulorum virorum (nn° 463—503) . . . . .	420
c. Tituli singularum mulierum (nn° 504—530) . . . . .	439
d. Monumentorum sepulcralium fragmenta incerta (nn° 531—541) . . . . .	454
e. Tituli peregrinorum et Romanorum (nn° 542—572) . . . . .	458
Classis septima: varia (nn° 573—667) . . . . .	476

	Pag.
X. Neapolis Scythica (nn° 668—673) . . . . .	503
XI. Charax (Ai-Todor) (nn° 674—683) . . . . .	508
XII. Tauridis ora meridiana (n° 684) . . . . .	515
<b>Addenda et corrigenda.</b>	
I. Addenda et corrigenda in titulis editis . . . . .	517
II. Tituli inediti.	
1. Olbia (nn° 685—688) . . . . .	520
2. Chersonesus Taurica (nn° 689—751) . . . . .	523
Indices (conspectum v. p. 548) . . . . .	547
Operarum errores corrigendi . . . . .	593

---

## I. VICUS KARTAL.

(In Bessarabia, prope sinistram Danubii ripam).

1. «Mense Maio a. 1844 in colonia cui nomen est Kartal, distr. Kaguliensis in Bessarabia, dimidio verstae [MDCCL fere ped.] a vico occidentem versus... aliquot fragmenta inscripta latine casu inventa sunt duobus locis LXXVII fere pedes (саженяхъ въ 11) distantibus... Persuasum mihi habeo utroque loco antiquis temporibus parva aedificia stetisse, quorum parietes... ex parte e lapidibus calcariis dolatis facti erant; quos cum attente examinasset, vidi sex fragmenta inscriptionum reliquias habere, reliqua quinque ornamenta tantummodo». N. Mursakevicz *ЖИОС*. v. I (a. 1844), p. 627. Inde repetierunt: E. Muralt, *Bulletin hist.-philolog. de l'Académie des sciences de St. Pétersbourg*, v. III, p. 351 (cf. eiusdem commentationem «Les colonies de la côte Nord-Ouest de la mer Noire depuis le Danube jusqu'au Boug» in *Mém. de la société d'arch. et de numism. de St. Pétersb.*, v. III, p. 182 sq. et *Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft* a. 1847, p. 680, n° 5, ubi Muraltii apographa repetita sunt); Th. Mommsen, *C. I. Lat.* III, 1, n° 780.

Fragmenta hodie Odessae asservantur in museo societatis hist. et archaeolog., ubi exscripsi omnia excepto *b* (=Mursak. n° 6) et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 1, fragmenti *b* apographo Mursakevicziano repetito (cf. ibid. add. p. 219 et v. IV add. p. 263; *ЖИРАО*. v. V, p. 141). Tabula *a* (=M. n° 4) 0,56 m. gall. alta totidemque lata, crassa 0,30 m., superficiem habet tam graviter laesam, ut exigua inscriptionis pars supersit, cuius litterae fere 0,06 m. altae sunt.— Fragmentum *c* (=M. n° 2) altum est 0,34 m., l. 0,30, cr. 0,21, litteris 0,06 altis; a sinistra marginis pars superest hederæ foliis sculptis ornati.— Fragm. *d* (= M. n° 3) altum est 0,31 m., l. 0,37, cr. 0,15, litteris 0,05 altis; in margine sinistro, cuius pars superest, item ornamenta sculpta erant, quae nunc deleta sunt.— Fragm. *e* (= M. n° 1) de medio titulo superest; est 0,32 m. altum, l. 0,39, cr. 0,21; litterae 0,06 altae valde laesae sunt.— Fragm. *f* (= M. n° 5) altum est 0,28 m., l. 0,44, cr. 0,25, litteris 0,06 altis; a dextra marginis pars exstat uvis et foliis ornati.—Omnia fragmenta ad unum magnum titulum videntur pertinere, incisum compluribus lapidibus, qui muri partem olim efficiebant. In fragmentis disponendis restitutionis exemplum ab Io. B. f. Pomialovskio propositum secuti sumus.

		<i>a</i>							
	<i>b</i>								
	<i>c</i>	SACR <sup>u</sup> M							
<table style="border-collapse: collapse; border-left: 1px solid black; padding-left: 5px;"> <tr><td style="padding: 2px;">LV</td></tr> <tr><td style="padding: 2px;">VS</td></tr> <tr><td style="padding: 2px;">TC</td></tr> <tr><td style="padding: 2px;">FIL</td></tr> </table>	LV	VS	TC	FIL					
LV									
VS									
TC									
FIL									
	<i>d</i>								
<table style="border-collapse: collapse; border-left: 1px solid black; padding-left: 5px;"> <tr><td style="padding: 2px;">RES</td></tr> <tr><td style="padding: 2px;">RES</td></tr> <tr><td style="padding: 2px;">P · B</td></tr> </table>	RES	RES	P · B	<table style="border-collapse: collapse;"> <tr><td style="padding: 2px;">I \ \ A H</td></tr> <tr><td style="padding: 2px;">I - \ II</td></tr> <tr><td style="padding: 2px;">I </td></tr> </table>	I \ \ A H	I - \ II	I		<i>f</i>
RES									
RES									
P · B									
I \ \ A H									
I - \ II									
I									
			<table style="border-collapse: collapse; border-right: 1px solid black; padding-right: 5px;"> <tr><td style="padding: 2px;">GAL</td></tr> <tr><td style="padding: 2px;">E G V M c</td></tr> <tr><td style="padding: 2px;">· IB · VI</td></tr> <tr><td style="padding: 2px;">?</td></tr> </table>	GAL	E G V M c	· IB · VI	?		
GAL									
E G V M c									
· IB · VI									
?									

Editionis Mursakeviczianae lectiones variantes hae sunt:

<i>a</i> : . . . . . O	<i>c</i> v. 1: EV	<i>d</i> vv. 1 et 2: RES	<i>e</i> : J. . . . . VALÆF
OSALVTE		v. 3: . . . B	f: . . . . . RE
			CVM
			P. . . . . IB. I

Io. B. f. Pomialovski fragmenta quae exstant praeter *e* omnium pessime habitum hoc modo coniungi et restitui posse dubitanter proposuit:

.....  
 ..... *a*. A[ug].....  
 ..... sacr[u]m ..... p]ro salute [et inco]-  
 lu[mitate . . . Imp. Caes.] M. Aur. Anto[nini Aug]-  
 us[ti] ..... divi An]-  
 to[nini Augusti Pii patris patriae .....]  
 fil[ii] .....  
 .....  
 res[publica] .....]  
 res[publica] .....]  
 .B [ ..... curante ..... Gal(eria)  
 [ ..... leg(ato)? ] leg(ionis) V Mac(edonicae)  
 ..... IB. VI  
 .....

(Ceterum M. I. f. Rostovzev dubitat, num in fr. *d* bis res[publica] et in fr. *f* leg(ato) possit suppleri).

Ex iis quae in fr. *a* leguntur colligi potest ad M. Aurelii Antonini aetatem titulum pertinere. Legionem V Macedonicam, quam Pomialovski in fragmento *f* agnovit, iis temporibus



in Moesia inferiore stativa habuisse, inde a. 167—8 in Daciam abiisse constat (v. B. Filow, Die Legionem der Provinz Moesia von Augustus bis auf Diocletian, Leipz. 1906 (*Klio*, Beiheft VI), p. IX sqq.).

Cuius oppidi antiqui agrum Kartal vicus hodiernus obtineat, nondum satis constat. Mursakevicz cum primum titulos ederet, nihil de hac re dixit, postea vero in Indice musei soc. hist. et archaeolog. Odessitanae (ed. 8 a. 1880 p. 19, ad n° 30) Aepolio oppido eos adscripsit. Quae tamen opinio improbabilis est: e Plinio enim, qui solus Aepolii mentionem fecit (N. h. IV, 82), in litore Ponti Euxini id fuisse apparet inter Istri et Tyrae ostia, remotissimum ab eo loco, ubi fragmenta reperta sunt<sup>1)</sup>. Eduardus Muralt in commentatione de situ coloniarum graecarum scripta, cuius supra mentionem fecimus, fragmenta Kartali reperta ad Callatin urbem pertinere coniecerat improbabiler, cum autem ea in *Bull. hist.-philolog.* l. c. ederet, ad Arrubium oppidum rettulit. Eadem Mommseni prior sententia fuit, qui postea (C. I. Lat. III, 2, add. p. 1009 n° 6218 in lemmate) Arrubium ibi stetisse sibi videri dixit, ubi nunc esset Matschin, Kartali autem quae inventa essent magis videri pertinere ad Noviodunum. Eadem est Ph. Bruuni sententia (*Черноморье*, v. 1, p. 41). Cf. de situ horum locorum et de castellis Novioduno vicinis Weiss, Die Dobrudscha im Altertum (Sarajevo 1911), p. 51 sqq.

## II. TYRAS ET VICINIA.

### (Oppidum Akkerman et vicinia).

#### Sectio I. Decreta.

2. «L'inscription... a été trouvée en 1881 à Tchobroutchi, village situé sur la rive gauche du Dniester, dans le gouvernement de Cherson, district de Tyraspol, à cent kilomètres environ de la ville d'Akkerman, où l'on s'accorde à placer l'ancienne Tyra, par un paysan qui creusait un fossé autour de sa maison. Elle est gravée sur une dalle de marbre de 1<sup>m</sup>,42 de hauteur, sur 89 centimètres de largeur et 17 d'épaisseur. La pierre étant brisée en plusieurs morceaux dont on n'a pas retrouvé ceux de la partie supérieure, il nous manque presque la moitié du décret, contenant l'énumération des services rendus à la ville par un de ses citoyens» (Jurgiewicz l. c. infra). Margines lapidis quadro sculpto ornati sunt; infra est spatium vacuum non politum, altum 0,31 m. Tabula nunc in quinque maiores (a—e) totidemque minores (f—k) partes diffracta est. Omnes inscriptionis litterae 0,02 m. fere altae admodum diligenter exaratae sunt multaeque inter se ligatae; etiam nunc optime leguntur exceptis versuum 25—27 partibus quae sunt in fragmentis c et e, nec non litteris aliquot, quae lapidis fractura haustae sunt. Ed. L. Jurgiewicz *ЗНОО*. v. XIII (a. 1883), p. 7 sqq. et *Revue archéologique*, sér. 3 v. 2 p. 79 (hic quidem minusculis litteris).

1) Muralt in *Mém. de la soc. d'archéol. et de numism.* v. VI p. 133 (= *ЗНОО*. v. III p. 190) affirmavit hoc oppidum supra vicum hodiernum cui nomen Schabalat stetisse, ubi vestigia quaedam habitationis antiquae superessent.

Fragmenta Odessae in museo societatis exscripti omnia praeter *h* (quod versuum 17—20 fines continet) et edidi IosPE<sup>1</sup>. I, n° 2, fragmenti *h* exemplo Jurgiewicziano repetito. (Inde repetierunt litteris minusculis R. Cagnat, Inscriptiones Graecae ad res Romanas pertinentes, t. I, Paris. 1911, add. n° 1438; Ellis H. Minns, *Scythians and Greeks*, Cambr. 1913, p. 639, n° 3). De loco ubi lapis repertus sit cf. quae ad tit. 4 adnotavi.

	· /	
	Κ /	
	ΣΕΙ	
	ΧΡΗ /	
5	ΘΕΙΟΤΑ	
	ΡΗΥΞΗ	
	ΕΙΣΤΑΚΑΕ	
α	ΝΑΗΜΕΙΝΕΘ /	
	ΔΙΑΡΤΩΝΔ	
10	ΠΑΡΑΤΟΥΣΗΘ	
	ΣΥΜΦΕΡΟΝΩ	
	ΔΡΟΣΓΕΓΟΝΟΤ	b
	ΔΟΧΘΑΙΒΟΥΛΗΚΑΙΙΩΔΗΜΩΚΣ	f c
	ΝΟΝΕΙΜΕΘΑΚΡΥΣΩΣΕΦΑΝΩΚΑΙΙΩΠΤΙ	
15	ΤΟΕΨΗΦΙΣΜΑΕΛΕΙΩΘΕΝΥΠΟΤΟΥΓΡΑΜΜΑ	
	ΡΕΠΟΛΕΩΣΟΥΑΛΕΡΙΟΥΡΟΥΦΟΥΔΟΘΗΝΑΙΤΩΓ	
	ΑΥΤΟΥΚΟΚΚΗΙΩΟΥΑΛΕΝΙΚΑΙΤΟΑΝΙΓΡΑΦΟΝΑ[...Ε]	
	ΘΗΝΑΙΕΙΣΤΑΔΗΜΟΣΙΑ·ΕΓΕΝΕΤΟΕΝΥΡΑΓΡΟ·Ε·ΚΑ[Λ·ΜΑ]	h
	ΙΩΝΑΥΤΟΚΡΑΤΣΡΙΚΟΜΟΔΩΤΟ·Γ·ΚΑΙΑΝΙΣΤΙΩΒ[ΟΥΡ]	
20	ΡΩΥΠΑΤΟΙΣΩΣΖΕΤΥΡΑΝΟΙΑΓΟΥΣΙΜΕΤΟΥΣ·ΕΚΡ·Α[ΡΧΟΝ]	
	ΤΩΝΔΕΤΩΝΕΡΙΘΕΟΔΩΡΟΝΒΟΗΘΟΥΜΗΝΟΣΑΡΕΜ·Ι·Ι·	
	ΩΝΟΣ·Λ·ΕΣΦΡΑΓΙΣΑΝΟ ΘΕΟΔΩΡΟΣΒΟΗΘΟΥΡΩ	
g	ΤΟΣΑΡΧΩΝ·ΚΑΙΣΑΡΖΟΥΡΗΑΡΧΩΝ·ΛΑΙΣΘΕΝΕΜΟΚΚΑ	i
	ΑΡΧΩΝ·ΑΙΛΙΟΣΛΟΥΚΙΟΣΑΡΧΟΝ·ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟΣΠΟΝ	
25	ΤΙΚΟΥΕΙΣΗΓΗΤΗ·ΤΙΒ·ΚΛΑΥΔΙΟΣΑΝ[...]	
	ΜΙΟΣΙΕΡΟΣΩΝΟΣ·ΤΙΔΑΝΟΣΠΙΤΦΑΡ[...]	
	ΒΑΣΣΙΑΝΟΥ·ΙΕΡΩΝΥΜΟΣΑΡΕΜΙΔΩ·Ο·Θ·Ο·Δ·[...]	
	ΔΩΡΟΥ·ΧΡΥΣΙΠΠΟΣΧΡΥΣΙΠΠΟΥ·ΝΙΓΕΡΑΡΕΜΙΔΩΡΟΥ·ΜΑ	k
	ΚΑΡΙΟΣΑΡΕΜΙΔΩΡΟΥ·ΔΙΟΝΥΣΟΔΩΡΟΣΑΧΙΛΛΑΙΟΥ	
30	ΛΟΥΚΙΟΣΣΑΤΟΡΝΕΙΛΟΥ·ΦΙΛΟΚΑΛΟΣΦΙΛΟΚΑΛΟΥ·ΔΙΟ	
	ΝΥΣΙΟΣΠΙΣΚΑ·ΗΡΑΚΛΕΩΝΩΜΑ·ΔΕΛΦΟΣΔΕΛΦΟΥ·	
	Θ·ΑΛΕΡΙΟΣΡΟΥΦΟΣΓΡΑΜΜΑΕΥΣΕΕΛΕΙΩΣΑΤΟ	
	ΨΗΦΙΣΜΑ	
	d      vacat      e	

*Vari.* l. Jurgiewicz cum titulum in actis soc. Odess. maiusculis litteris vulgaribus ederet, facere non potuit quin omnes litteras ligatas disiungeret, eas autem, quarum particulae in lapide restant, aut integras daret, aut omitteret. Praeterea notanda haec sunt: v. 14: ΣΤΕΦΑΝΩΚΑΙ... — v. 21 extr. ΜΙΣΙ — v. 25 extr. ΑΝ... — Σ. Σ. ΠΤΟΥ — v. 26 extr. ΦΑΡ... — ΙΟΣ — v. 27 extr. ΑΡ. ΕΜΙΔΩ... ΘΕΟΔ... .

I. H. Mordtmann accepto a me Inscriptionum mearum voluminis primi exemplo per litteras d. 6 m. Septembris a. 1885 datas adnotationes complures ad titulos illo volumine comprehensos mecum communicavit. Ad hunc titulum supplementa veri similia versuum 5 — 9 proposuit haec: vv. 5 — 6: ... ὑπε]ρηύξησ[ε κτλ., vv. 6 — 7: πλ]εῖστα κατε[σχεύασε κτλ., vv. 8 — 9: τὰ κοί]νὰ ἡμεῖν ἔθ[η κτλ., v. 9: διὰ τῆς τῶν δ[ημοσίων ἐνδείας? κτλ. (Dixi de his *ΣΗΡΑΟ*. v. V, p. 141, et *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV, add. p. 263).

V. 10: παρὰ τοὺς ἡγο[υμένους?... V. 10 — 11: — τῶν τῶ] δῆμω] συμφερόντω[... Jurg. V. 11 — 12: ὠφελίμου ἀν]δρὸς γεγονότ[ος... Jurg. Tum haec sequuntur:

..... δε]-  
 δόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῶ δῆμω Κο[κκήιον ..... ]-  
 νον τετειμησθαι χρυσῶ στεφάνω κ[αὶ τύπ]ω ἐπι[χρύσω?],  
 15 τό τε ψήφισμα τελειωθὲν ὑπὸ τοῦ γραμμ[ατέως]  
 τῆς πόλεως Οὐαλερίου Ῥούφου δοθῆναι τῶ π[ατρὶ]  
 αὐτοῦ Κοκκήϊω Οὐάλεντι καὶ τὸ ἀντίγραφον ἀ[ποτε]-  
 θῆναι εἰς τὰ δημόσια.— Ἐγένετο ἐν Τύρῃ πρὸ ε' καλ(ανδῶν) Μα-  
 ῖων αὐτοκράτορι Κομόδω τὸ γ' καὶ Ἀντιστίῳ Βούρ-  
 20 ρῶ ὑπάτοις, ὡς δὲ Τυρανοὶ ἄγουσιν, ἔτους εκρ', ἀρχόν-  
 των δὲ τῶν περὶ Θεόδωρον Βοήθου, μηνὸς Ἀρτεμεισι-  
 ῶνος λ'.— Ἐσφραγίσαντο· Θεόδωρος Βοήθου πρῶ-  
 τος ἄρχων· Κ[α]ῖσαρ Ζούρη ἄρχων· Λαισθένης Μόκκα  
 ἄρχων· Αἴλιος Λούκιος ἄρχων· Οὐαλεριανὸς Πον-  
 25 τικοῦ εἰσηγητῆς· Τιβ(έριος) Κλαύδιος Ἀντ[ισθένης]· Σεπτύ-  
 μιος Ἱεροσῶντος· Πίδανος Πιτφαρ[νάχ]ο[υ]· Οὐα[λ]ῆ[ρι]ος  
 Βασιλιανῶ· Ἱερώνυμος Ἀρτεμιδώρο[υ]· Θεοδ[ῶ]ς Ἀρτε[μι]-  
 δώρου· Χρυσίππος Χρυσίππου· Νίγερ Ἀρτεμιδώρου· Μα-  
 κάριος Ἀρτεμιδώρου· Διονυσόδωρος Ἀχιλλαίου·  
 30 Λούκιος Σατορνεῖλου· Φιλόκαλος Φιλοκάλου· Διο-  
 νύσιος Πίσκα· Ἡρακλέων Σωμᾶ· Δελφὸς Δελφοῦ.  
 Οὐαλέριος Ῥούφος γραμματεὺς ἐτελειώσατο  
 [τό] ψήφισμα.

d. 27 m. Aprilis a. 181 p. Chr. n.

De singulis supplementis pauca monebimus. Vs. 13 nomen viro fortasse [Οὐαλεντινι]ανός fuit, a nomine patris Οὐάλεντος derivatum. — Vs. 14 Jurgiewicz in editione francogallica restituendum proposuit (ὀπλ)ω ἐπι(χρύσω), sed litterae vestigium, quod est post ΚΑΙ, ad Ο

pertinere non potest. — Vs. 25 idem restituit Τιβ. Κλαύδιος Ἀν(τέρωτος); constat tamen imperatorum romanorum aetate persaepe Graecos civitate Romana donatos praenomina et nomina gentilicia romana, in primis imperatorum, sumpsisse, nomina autem graeca cognominum loco retinuisse; cf. in Olbiopolitanis Μάρκος Οὐλπιος Πύρρος, Πόπλιος Αἴλιος Ἀργαμηνός, Π. Αἴλιος Ἀχιλλεύς etc. (v. indices). — V. 26 Πιτφαρ[νάκου] restitui conlato titulo Tanaitico a L. Stephanio in *Compte-rendu de la comm. Impériale archéolog. pour l'a. 1870—71* p. 239 n° 5 edito (= IosPE<sup>1</sup>. v. II, n° 446), ubi Πιτοφαρνάκου legitur. In fine eiusdem versus litterarum aliquot vestigia a nobis excepta nomen a priore editore non tactum supplere permiserunt. — Vs. 27 propter litterarum ductus qui in lapide exstant nomen Θεόδ(ωρος Θεο)δώρου ad Jurgiewiczio suppletum ferri non potest. Θεοδᾶς nomen notum (cf. Papii et Benseleri lex. nom. propr. graec.). — V. 32 in priore editione ἐτελείωσα τὸ legi, sed nunc puto articulum a lapicida per errorem omissum esse.

Finem solum decreti habemus, cuius pars principalis periit praeter reliquias exiguas vv. 1 — 12, e quibus nihil certi colligere licet. Jurgiewicz in versibus 5 — 6 restituendis (ὁ) θειότ[ατος -- Ῥωμαίων αὐτοκράτω]ρ ἠῦξησ[ε τὴν πόλιν ἡμῶν] respexit ad immunitatem Tyrannorum e titulo anni 201 quem infra dabimus (n° 4) notam, et coniecit Cocceium hunc ad Commodum a Tyranis missum esse oraturum, ut hanc immunitatem Tyranis imperator confirmaret, quae urbis opes auget; ad id verbum quod est ἠῦξησε spectare<sup>1</sup>). Quae sententia omnino erit improbanda, si cum Henzeno et Mommseno statuerimus alteram illius tituli epistulam, quae est ad Heraclitum, ab imperatoribus Severo et Caracalla datam esse, non a Commodum, ut Jurgiewicz putabat Beckeri opinionem secutus. Nihilominus ex epitheto quod est θειότατος conligendum videtur in enumerandis Coccei meritis re vera imperatorem ob quamlibet causam nominatum esse.

Constat imperatorem Commodum cum L. Antistio Burro Advento a. 181 p. Chr. consulem fuisse (v. Clinton, *Fasti rom.* I p. 180; Klein, *Fasti* p. 82; Liebenam, *Fasti cons. imp. Rom.* p. 26), quem annum aerae Tyranae centesimum vicesimum quintum fuisse titulus docet. Id optime concinit cum titulo 4, unde compertum habemus annum p. Chr. 201 Tyranis fuisse centesimum quadragesimum quintum. Quod non monerem nisi vidissem ab Jurgiewiczio titulum nostrum ad annum 182 sive 183 minus recte esse relatum.

Dies 30 mensis Artemisionis anni Tyrani in titulo in diem 27 m. Aprilis anni Iuliani incidit; id Jurgiewiczio difficile explicatu visum est, quippe quod cum calendario solari Asiano non concinat, quo Beckerus et Jurgiewiczus Tyranos usos esse putabant: in hoc enim, si hemerologiis Florentino et Leydensi fides est, primus Artemisionis dies in diem 24 m. Martii incidebat (v. Ideleri *Handbuch d. Chronol.* I p. 416; C. F. Hermann, *Ueber griech. Monatsk.* p. 85); apparet igitur inter titulum nostrum et hemerologia quinque dierum dis-

1) « Quant au supplément dans les lignes 5 et 6 θειότ(ατος αὐτοκράτωρ) ἠῦξησε, je l'ai fait en pensant à l'immunité des droits de douane, accordée à la ville de Tyra par l'empereur Commode, et confirmée en l'an 201 par Septime Sèvre. . . Le verbe ἠῦξησε s'applique mieux

que tout autre à cette faveur impériale, qui augmente la richesse et le bien-être de la ville. C'est pour solliciter ce privilège que Cocceius aura été envoyé auprès de Commode, et c'est après avoir réussi qu'il est devenu εὐχρηστος τῇ πατρίδι ».

crepantiam esse, quae tamen maior etiam in titulo a. 201 est, nempe dierum 17. Quod cum videret qui primus hunc titulum edidit Beckerus (v. *ΣΗΟΟ*. II, p. 468), proposuit pro H littera, quae ibi diei numerum indicat. M legendum quasi vocis *μηνός* compendium, quamquam ipse non potuit quin fateretur H litteram tam bene in lapide conservatam esse, ut vix ullam permetteret mutationem, et supra lineolam exstare, quae hanc litteram numeri vim habere significaret; quae re vera in lapide ita se habere ipse vidi. Cum igitur tituli neque inter se, neque cum hemerologiis in hac re consentiant, manifesto apparet nullum anni Tyrani cum anno solari Romanorum consensum fuisse, usosque esse Tyranos vel tertii p. Chr. saeculi initio anno lunari Graecorum, sine dubio ex anno Milesiaco derivato, unde Tyram originem duxisse constat; id quod mensium quoque Tyranorum nominibus probatur, quae multis calendariis ionicis communia sunt (cf. quae dixi in libro «De calendariis aliquot aeolicis et doricis» lingua russica conscripto (Petrop. 1883) p. 30 sq. Annum solarem a Graecis sero admodum receptum esse ibid. monui p. 43; cf. praeterea quae H. Droysen de calendario Ephesio dixit Hermae v. XV p. 363). Anno lunari Tyranos usos esse iam Mommsenus vidit, qui haec verissime monuit (C. I. Lat. III, 1, p. 148): «Qui in hanc rem inquisiverunt viri docti, Lenaeonem anni Milesiaci credunt respondere Atheniensium Gamelioni in universum comparando mensi anni Iuliani Ianuario, scilicet quatenus comparare licet annum lunarem cum anno solari. Cur autem Lenaeonis dies 8 a. 201 p. Chr. Tyranis incidere in anni Iuliani Febr. 17, eius [rei] tum tantum ratio videtur reddi posse, cum de anni Tyrani natura principio intercalatione accuratius constiterit». De his omnibus uberius exposui commentatione peculiari, inserta operibus VI congressus archaeologici (*Τρυφὴ VI ἀρχ. ἐπιστάδα*), v. II. (Od. 1887), pp. 56—71, et repetita in sylloge commentationum mearum, cuius titulus est *Ποντικά* (Petrop. 1909), pp. 37—40. Cf. quae Mommsenus addidit C. I. L. v. III Suppl. p. 2105.

Reliquum est ut moneamus in titulo nostro satis multa inveniri, quae Tyranorum institutis publicis cognoscendis inserviant. Iam in titulo a. 201 *ἄρχοντες, βουλὴ, δῆμος* Tyranorum memorati sunt; nunc cognovimus archontes qui rei publicae praefuerint quattuor fuisse quotannis creatos, e quibus unus, qui anni eponymiam habuerit, *πρῶτος ἄρχων* appellatus sit, ut Olbiae; cuius institutis Tyrana similia videntur fuisse; nec mirum: Olbia enim et ipsa Milesiorum colonia fuit. Verissime autem Jurgiewicz observavit nunc iam dubium non esse, quin P. Aelius Calpurnius in fine tituli a. 201 adscriptus Tyranorum archon eponymus fuisset; quod iam antea Philippus Bruun (*ΣΗΟΟ*. v. III, p. 63) et Mommsen demonstraverant. Praeterea e titulo nostro *εἰσηγητής* (quem decreti auctorem fuisse putat Cagnat) et *γραμματεὺς τῆς πόλεως* innotuerunt et mos memorabilis acta publica archontum et τοῦ *εἰσηγητοῦ* et testium quindecim — si quidem tot testes semper adfuerunt — sigillis consignandi; de hoc more infra in explicandis decretis Chersonesitarum copiosius agemus.


**Переводъ** <sup>1)</sup>. . . . да постановить совѣтъ и народъ почтить Ко[к]кея. . . . ]на золотымъ вѣнцомъ и вызолоченнымъ рельефнымъ изображеніемъ (?), и это постановление, редактированное городскимъ секре-

1) Курсивомъ набраны въ переводахъ тѣ слова, | текстѣ. При переводѣ мы вездѣ придерживались какъ |  
которымъ соответствующихъ нѣтъ въ греческомъ | можно ближе греческаго текста.

таремъ Валеріемъ Руфомъ, выдать [отцу] его Коккею Валенту и копію положить въ общественный архивъ.— Состоялось въ Тирѣ за 5 дней до Майскихъ календъ въ консульство императора Коммода въ третій разъ и Антистія Бурра, а по счету Тирянъ въ 125 году, при архонтахъ Θεοδορῆ сынῆ Воноа съ товарищами, мѣсяца Артемисиона 30-го дня.— Печатами скрѣпили: Θεοδορῆ с. Воноа первый архонтъ. Κοσάρη с. Зуры архонтъ. Λαίσεενς с. Μοκκί архонтъ. Ἐλίη Λυκίη архонтъ. Βαλερίανς с. Ποντικα докладчикъ. Τιβ. Κλαυδίη Αντισεενς. Σεπτυμίη с. Γερόсонτα. Πιδανῆ с. Πιτφοαρναка. Βαλερίη с. Βασσιана. Γερονимῆ с. Αρτεμιδора. Θεοδα с. Αρτεμιδора. Χρисиππῆ с. Χρисиππα. Νιγερῆ с. Αρτεμιδора. Μακαρίη с. Αρτεμιδора. Διονисοδορῆ с. Αχιλλεя. Λυκίη с. Σατορνιλα. Φιλοκαλῆ с. Φιλοкала. Διονισίη с. Πισки. Ιρακλεονῆ с. Σομυ. Δельφῆ с. Δельφα. Секретарь Βαλερίη Руфῆ редактировалъ постановление.

3. Fragmentum tabulae marmoris candidi ab omnibus praeter dextram partibus mutilatum, a. 0,23 m., l. infra 0,20, cr. 0,065. Tituli litterae superstites (a. 0,012 m.) inter lineolas diligenter exaratae optime etiam nunc leguntur. Ed. E. de Stern *ZHOO*. v. 23, p. 3, n° 2 cum imagine zincotypica, quam repetii IosPE<sup>1</sup>. v. IV add. n° 452<sup>1</sup>). Quae cum nimis opaca sit visa, hic apographum ad eandem factum praebere malo.

Lapis in oppido Akkerman vere a. 1900 inventus («между крѣпостью и лиманомъ, на гласисѣ крѣпости, вмѣстѣ съ черепками простой античной посуды, при работахъ, предпринятыхъ для устройства пристани») Odessae adservatur in museo societatis hist. et archaeologicae.



...ωρισ. ....  
 ...ε]ν κατά τὴν συνήθει-  
 [αν. ....]σια μισθὸν λαμβά-  
 [ν. ....]ν οἱ βάρβαροι φορτία  
 [.....κατ]ακλείσαι ἐπὶ τὸ αὐ-  
 [ριον?.....] οἱ στρατιῶται ὑπὲρ  
 [.....κατ]ατιδέσθωσαν οἱ τρα-  
 [πεζῖται?.....]ωσαν χαρακτῆρα ἔχον-  
 [τ. ....χα]λκοῦν ἢ σιδηροῦν ἢ  
 .....ποιήσαντα ὁ ἑκατον-  
 [τάρχης? ... οἱ ξ]ένοι αὐθημερὸν ἑκκα-  
 .....ἡμέ]ραις· εἰ δὲ εἴεν ξένοι ἐκ  
 .....

Videtur esse decreti fragmentum, quod propter litteraturam ad II p. Chr. saeculum rettulerim. Vehementer dolendum est, quod e titulo gravissimi argumenti tam exiguum frustulum aetatem tulit, ut de restituendo decreto plane sit desperandum.

1) Huius lapidis et aliorum nonnullorum tabellas misit Sternius, cum volumini quarto edendo operam ipsas zinco illitas (clichés) roganti mihi summa comitate navarem.

## Sectio II. Epistulae.

4. Tabula marmoris candidi superne fracta, alta ut nunc est 1,34 m., lata 0,77, crassa 0,14. Margines qui ad dextram sinistramque et infra exstant, ornati sunt quadro eminenti, lato fere 0,04; infra desinit tabula in spinam basi infingendam; quae basis, una cum tabula reperta, lapidis est calcarii, alta fere 0,26 m., lata c. 0,97, crassa c. 0,71. Titulus diligentissime incisus est litteris elegantibus, altis 0,02 m., quae ubique fere bene conservatae facillimaeque sunt lectu. Infra plus 0,14 m. scriptura vacant. Primus edidit P. Becker *ЗИОО*. v. II p. 2 (a. 1850), p. 416—469, cum commentario copioso, adiecta tituli imagine in tabula lithographica (cf. eiusdem commentationem de Tyrannorum statu civili russice scriptam: *Гражданскій бытъ Тиритовъ*. Одесса 1849). Ph. Bruun in dissertatione quam de Tyrae situ scripsit *ЗИОО*. v. III (a. 1853) p. 47—66 titulum repetiit adiecitque Beckeri tabulam correctiorem, cum lapide denuo a se conlatam. (Eadem dissertatio pertractata et contracta Bruunii scriptorum syllogae inserta est «Черноморье» inscriptae, quae a. 1879 prodiit, part. I p. 3—13). Beckeri tabulam cum commentario repetiit L. Mercklin in Gerhardi *Archäolog. Zeitung*, v. XI (1853), p. 161—166, unde sumpserunt: Guil. Henzen, *Monumenti, annali e bull. pubbl. dall' Inst. di corr. archeol. nel 1854*, p. 67 sq., adiecta Borghesii epistola ad se scripta, et *Inscr. latin. sel. coll.* v. III, n° 6429; Th. Mommsen, *C. I. Lat.* III, 1, n° 781 (cf. III, 2 p. 1009; *Suppl.* p. 2105, n° 12509); inde C. G. Bruns, *Fontes iuris Romani ant.* (ed. 7), p. 261, n° 89. Nos edidimus *IosPE*<sup>1</sup>. v. I, n° 3, eadem tabula repetita, quam huic quoque volumini adiungimus. (Repetierunt: Dessau, *Inscr. lat. selectae*, n° 423; Cagnat, *Inscr. Gr. ad res Rom. pertin. t. I*, n° 598; Minns, *Scyth. and Greeks*, p. 640, n° 4).

Reperta est tabula a. 1846 prope vicum cui nomen est Corotnoje (Коротное) inter oppida Tyraspolin et Akkerman situm, 35 verstis ab illo, 90 fere verstis ab hoc distantem. Ph. Bruun loco, quo tabula inventa erat, diligenter explorato, haec ad Mommsenum scripsit (v. *C. I. Lat.* III, 2, p. 1009. Eadem russice *ЗИОО*. v. III, p. 48): «Le village de Corotnoïé est situé dans la vallée du Dnièstre à deux verstes du courant principal sur la rive gauche du fleuve. A une demi-verste au dessus du village se trouve un courgane ou tumulus assez grand, à cent pas de roseaux qui s'étendent de là jusqu'au bras principal du fleuve et que traversent ses ramifications. A quelques pas de ce tumulus on remarque une autre élévation beaucoup plus petite qui se détache par une pente douce de la plaine qui l'entoure. C'est sous cette élévation que fut trouvée notre inscription par le neveu du staroste ou chef du village, Pétrou, lorsqu'en labourant la terre dans cet endroit, il donna avec sa charrue contre la partie supérieure du monument. D'après le témoignage unanime de Pétrou, de son neveu et d'autres paysans qui assistaient au déblaiement ultérieur de ce monument, ce dernier se trouvait placé debout sur un piédestal, qu'on me fit voir dans la cour de Pétrou et que j'ai fait transporter à Odessa, pour être gardé au musée de la société d'histoire. . . Sous ce piédestal on trouva encore, au dire de Pétrou, une poignée de charbon qu'il n'eut garde de ramasser,

voyant que ce charbon avait tout-à-fait l'air du charbon de bois actuel». Quomodo factum esset, ut titulus inveniretur tam procul ab oppido Akkerman, ubi Tyram antiquam fuisse credunt<sup>1)</sup>, varie explicare conati sunt viri docti. Beckerus putabat lapidem in eum locum, ubi repertus esset, Tyra ab aliquo transportatum esse, ut pro ornamento poneretur aut alii cuidam usui inserviret<sup>2)</sup>. Bruunius ex eis, quae a rusticis vici Corotnoje de lapide invento cognoverat, persuasum habuit titulum olim eo ipso loco stetisse, quo repertus esset, non Akkermani, ipsumque Tyranorum oppidum Vespasiani temporibus in ea loca translatum; ubi nunc est Corotnoje. Mommsenus cum illud probaret, addidit limitis loco lapidem positum fuisse apparere cum ex aliis indiciis, tum praesertim ex subditis carbonibus, conlato August. de civ. dei 21, 4, 2: *in carbonibus . . . tanta firmitas, ut nullo umore corrumpantur, nulla aetate vincantur, usque adeo, ut eos substernere soleant qui limites figunt ad convincendum litigatorem, quisquis post quantalibet tempora extiterit fixumque lapidem limitem non esse contenderit*, et Sic. Flacc. p. 141 Lachm. Inde apparere lapide quem habemus quasi termino signatum fuisse finem immunitatis Tyranis concessae; plane ut lapides circa urbem Romam positi essent ab imp. Marco. At Jurgiewicz cum titulum Tschobrutschianum ederet (v. supra n° 2), Bruunii et Mommseni sententias probare se non posse dixit, persuasumque sibi habere utrumque lapidem posterioribus demum temporibus in ea loca transportatum, ubi uterque repertus esset; si lapides olim eis ipsis locis stetissent, futurum fuisse ut reliquae eorum partes ibidem invenirentur aliaque urbis antiquae vestigia exstarent; lapides aliunde esse transportatos iam inde apparere, quod vici, ubi reperti essent, novem verstis distarent, explicarique eo, quod Tyra flumine facillime transportari possent a Moldavis, qui saepissime per id flumen navigarent; utrumque vicum Moldavos etiam nunc incolere<sup>3)</sup>. Scilicet ad eandem sententiam rediit, quam olim Beckerus pronuntiaverat; et re vera lapis Tschobrutschianus ad huius sententiae auctoritatem restituendam multum facit: nunc iam nullo modo affirmari potest utrumque lapidem in situ repertum esse; nam etiam si quis Bruunii sententiam probarit, nemo tamen affirmare potest urbem totum illud novem verstarum spatium

1) Vide I. Stempkovskii Исслѣдованія о мѣстоположеніи древнихъ греч. поселеній на берегахъ Понта Евксинскаго. СПб. 1826. Cf. Beckeri et Bruunii opp. citt. et Э. Р. Фонъ-Штернъ, Раскопки въ Аккерманѣ лѣтомъ 1912 года in ЗИОО. т. 31 (1913), prot. pp. 92—101.

2) «Спрашивается: какимъ именно образомъ найдень былъ камень на сказанномъ мѣстѣ? Изъ различныхъ предположеній, которыя каждый готовъ представить, самое естественное можетъ быть слѣдующее: красивый и большой камень этотъ вмѣстѣ съ пьедесталомъ своимъ вѣроятно привезень былъ съ противоположнаго берега (а на немъ, какъ видѣли, по свидѣтельству всѣхъ писателей находился Тирасъ) для украшенія какого нибудь сада или тому подобнаго употребленія, на настоящее мѣсто, гдѣ онъ поставлень былъ». Becker l. c. p. 422.

3) Francogallice v. cl. haec ita exposuit (russice paulo aliter): «Sans discuter les opinions citées [sc. Bruunii et Mommseni], je ferai observer: 1° que les deux inscriptions ont été déterrées dans des villages éloignés de neuf kilomètres l'un de l'autre; 2° que les fragments qui manquent n'ont pu être retrouvés; 3° qu'on n'a trouvé jusqu'à présent sur les lieux où les pierres furent découvertes ni décombres, ni monnaies, ni morceaux de vaisselle cassée, ni autres preuves de l'existence d'une ville; 4° que le transport par eau étant facile, nous avons tout droit de croire que les pierres ont été transportées par les Moldaves qui, pendant la domination turque, s'étaient établis sur la rive gauche du Dniester, d'autant plus que ce sont eux qui étaient chargés de fournir, avec leurs galères, du bois de construction et de chauffage pour les forteresses turques. Les villages de Korotnoï et de Tchobroutchi sont jusqu'à nos jours habités par les Moldaves».



occupasse, quod inter utrumque vicum est, lapidesque in diversis urbis partibus fuisse positos; at si necesse est statuere alterutrum lapidem esse transportatum, idem probabiliter de altero conici potest. Addo ea quae Bruunius attulit, ut sententiam suam probaret, levissimi momenti omnia esse, Mommseni vero sententiam, quamvis Augustini loco nixam, omnino esse improbabilem: quis enim animum inducere potuit monumentum in primis grave marmori pretioso accuratissime incidere eo tantum consilio, ut in solitudinem ab urbe remotissimam transportaretur ibique limitis poneretur loco? Immo oppidanis necessarium fuit quasi optimus immunitatis concessae testis, servandumque fuit in tabulario publico aut ἐν τῷ ἐπισημοστάτῳ τῆς πόλεως τόπῳ, non loco deserto; si quidem termino necesse fuisset finem immunitatis Tyrans concessae signare (quod per se non est probabile: immunitatem enim, ut Mommsenus ipse monuit, aut per Illyricum universum habuerunt Tyrani, aut in solo portu Tyrano), certe lapidem vilem cum brevi inscriptione posuissent, non item omnia documenta incidissent, quae ad immunitatem pertinerent. — His Jurgiewiczii et meis ratiocinationibus perpensis Mommsenus C. I. L. III Suppl. p. 2105 ad n° 12509 scripsit explosam esse opinionem, quam invitus admisisset, ut antiquo loco teneret lapidem repertum esse, neque restare nisi quod olim Beckerus proposuisset titulum utrumque ex Tyrae rudibus in eum locum avectos esse, ubi postea emersissent.

Lapis brevi postquam repertus est, Odessam transportatus et museo soc. hist. et arch. inlatus est, ubi hodie servatur. Cum titulum ederemus IosPE<sup>1</sup>. v. I, n° 3, Beckeri tabulam a Bruunio correctam et a nobis cum lapide diligenter conlatam repetendam curavimus; quam cum conferremus, tam accurate exscriptam lapideque expressam esse apparuit, ut nihil nisi hasce res minutissimas sane in schedis nostris notaremus: versuum 32 et 42 primae litterae (illic O, hic I) ceteris aliquanto maiores in lapide sunt; v. 45 post Π litteram in lapide est punctum; v. 43 consulum nomina et v. 44 litterae ΥΠΑΤ in litura exaratae sunt.

(v. tabulam I).

Versus 7 priores, qui in lapide non exstant integri, varie restituerunt editores; nos Mommseni supplementa, ut par erat, adoptavimus.

[*Exemplum epistulae ad Tertullum*].

[*Misimus tibi epistulam ad Heraclitum, unde intelleges, quid statuerimus de immunitate, quam Tyrani sibi concessam esse contendunt. Quam licet admittere non soleamus nisi privilegii auct[oritate perpensa et origine immu-  
1 vile]nitatis inspecta, quod us[urpatum esse diu qua]-  
qua ratione videbatur, cum iusta [moderati]-  
one servavimus, ut neque ipsi cons[uetudi]-*

5 *ne diuturna pellerentur et in poste[rum]  
decreta civium adsumendorum consi[liis]  
praesidis provinciae c[larissimi] v[iri] perpenderent[ur].*

*Exemplum epistolae ad Heraclitum.*

*Quamquam Tyranorum civitas or(i)ginem  
10 dati beneficii non ostendat nec facile, quae  
per errorem aut licentiam usurpata sunt, prae-  
scriptione temporis confirmentur, tamen,  
quoniam divi Antonini parentis nostri litte-  
ras, sed et fratrum imperatorum cogitamus, item  
15 Antonii Hiberi gravissimi praesidis, quod attinet  
ad ipsos Tyranos quique ab iis secundum leges  
eorum in numerum civium adsumpti sunt, ex pri-  
stino more nihil mutari volumus. Retineant  
igitur quaquam ratione quaesitam sive possessam  
20 privilegii causam in promercalibus quoque re-  
bus, quas tamen pristino more professionibus  
ad discernenda munifica mercimoniorum eden-  
das esse meminerint. Sed cum Illyrici fructum  
per ambitionem deminui non oporteat, sciant  
25 eos, qui posthac fuerint adsumpti, fructum  
immunitatis ita demum habituros, si eos legatus  
et amicus noster v(ir) c[larissimus] iure civitatis dignos esse de-  
creto pronuntiaverit. Quos credimus satis a-  
bundequaque sibi consultum, si grati fuerint, exi-  
30 stimaturos, quod origine beneficii non quaesi-  
ta dignos honore cives fieri praeceperimus.*

*Ἰουίνιος Τέρτυλλος ἄρχουσι, βουλῆ, δή-  
μῳ Τυρανῶν χαίρειν.*

*Ἀντίγραφον τῶν θείων γραμμάτων, πεμ-  
35 φθέντων μοι ὑπὸ τῶν κυρίων ἡμῶν ἀνει-  
κῆτων καὶ εὐτυχεστάτων Αὐτοκρατόρων,  
τούτοις μου τοῖς γράμμασιν προέταξα, ὅ-  
πως γνόντες τὴν θείαν εἰς ὑμᾶς μεγαλο-  
δωρίαν τῇ μεγάλῃ αὐτῶν τύχῃ εὐχαριστή-  
40 σῆτε. Ἐρρωσθαι ὑμᾶς καὶ εὐτυχεῖν πολ-  
λοῖς ἔτεσιν εὐχομαι. Ἀπεδόθη πρὸ*

ιγ' καλανδῶν Μαρτίων, Ἀηνεῶνος η΄.  
 Ἀνεστάθη ἐπὶ Μουκιανοῦ καὶ Φαβιανοῦ  
 ὑπάτων, ἐν τῷ εμρ' ἔτει,  
 45 ἀρχῆς Π(οπλίου) Αἰλίου Καλπουρνίου.

d. 17 m. Februarii a. 201 p. Chr.

Ad v. 2 cf. quae Mommsenus dixit C. I. Lat. III, 2, p. 1009: «Bruunius me docuit v. 2 in lapide post QVOD superesse litteras dimidiatas non VO, ut contendit Beckerus, sed VSVRP; itaque pro eo quod ego proposui u[*su receptum esse*] iam apparet substituentum esse *usurp[atatum esse diu]* eadem fere sententia».

Tres epistulas lapidi incisas videmus, duas imperatorias, quarum prioris non exstat nisi pars extrema (vv. 1 — 7), altera superest integra (vv. 8 — 31), tertiam Ovinii Tertulli magistratus Romani ad magistratus senatumque et populum Tyrannorum datam (vv. 32—41); infra tempus, quo titulus positus fuit, aerae Tyranae anno 145 indicatum est et consulum Romanorum nominibus, Muciani et Fabiani, qui a. 201 p. Chr. munere functi sunt, impetrantibus Septimio Severo et Caracalla.

Beckerus probare studuit epistulam quae est ad Heraclitum ab imperatore Commodo datam esse, altera autem, quae illi in lapide anteposita est, ab imperatoribus Severo et Caracalla Commodo edictum confirmatum; quam sententiam Bruun, Mercklin, Jurgiewicz (v. supra ad tit. 2) secuti sunt, quamquam in titulo nihil fere Beckerus invenit, quo eam confirmaret, nisi quod divus Antoninus, quo nomine et ille et alii viri docti M. Aurelium designatum esse putant, imperatoris parens dictus est. Contra Henzenus rectissime observavit vocem communem quae est *parens* pro *patris* voce consueta usurpatam magis Severo et Caracallae convenire, quia ille se M. Aurelii filium lubenter dixisset, tumque hic eiusdem non filius, sed nepos fuisset; praeterea notavit Henzenus, si epistula ad Heraclitum a Commodo scripta esset, Severum et Caracallam eius exemplum suae ipsorum epistulae addituros non fuisse, sed memoraturos solum, sicut M. Aurelii et fratrum imperatorum et Antonii Hiberi epistulas<sup>1)</sup>. Nec alia est Th. Mommseni sententia<sup>2)</sup>. Verum vidit Dessau, qui «divi Antonini parentis nostri» commemorationem ad Antoninum Pium refert.

De hominibus, ad quos imperatorum epistulae datae erant, post Henzeni et Borghesii

1) Ipsa Henzeni verba adponere placet: «In primo luogo credo non abbisognar di giustificazione veruna, se li attribuisco ambedue agli Augusti Severo e Caracalla, al cui impero appartengono i consoli Muciano e Fabiano citati in ultimo e corrispondenti all' anno 201 dell' era nostra; nè so intendere, come mai il Mercklin abbia potuto assegnarne il secondo a Commodo, opinando che gli anzidetti Augusti nell' atto di confermare i privilegi de' Tyranni con apposito loro rescritto, vi avessero aggiunto la copia di quell' epistola del loro predecessore, in luogo di citarla semplicemente, come fu fatto cogli antecedenti rescritti di M. Aurelio, de divi fratelli e di Antonio Hiberio. Imperocchè non posso credere, che il dotto pro-

fessore di Dorpat sia stato indotto a quel parere dal nome di *parens noster*, del quale vien designato il divo Antonino, essendo notissimo che Settimio Severo amava di chiamarsi figlio del medesimo, mentre puranco l'espressione più generica di *parens* in luogo del consueto *pater* convien bene agli imperatori Severo e Caracalla, visto che quest' ultimo non era figlio, ma nipote di M. Aurelio».

2) In epistula ad Th. Struvium data, cuius partem Ph. Bruun *3HOO.* v. VIII p. 349 attulit, haec vir clarissimus scripsit: «Je soutiens que les deux lettres impériales viennent des mêmes empereurs, et je ne comprends pas pourquoi on attribue la seconde à Commode».

quaestiones subtilissimas Mommsenus haec scripsit: «Praeses, cuius haec est epistula ad Tyranos, L. Ovinus Tertullus est legatus Augustorum Moesiae inferioris imperantibus Severo et Caracalla, notus praeterea tam ex nummis Nicopolis ad Istrum inscriptis Augustorum ex illorum legatique nominibus (Borghesi dec. XV, 8 opp. 2 p. 224)<sup>1)</sup>, quam rescriptis quibusdam (Dig. 38, 17, 1, 3; 49, 15, 9. Cod. Iust. 8, 51, 1). Eodem officio antea functus est Antonius Hiberus (v. 15) fortasse non diversus ab eius nominis consule ordinario a. 133<sup>2)</sup>. Mittit Tertullus Tyranis epistulam de eorum immunitate ad se datam ab imperatoribus Severo et Caracalla (34 sq.), cuius non extat nisi pars extrema (v. 1 — 7); integra tamen superest altera epistula, cuius simul exemplum accepisse videtur Tertullus, de eadem re ab imperatoribus scripta ad Heraclitum quendam, quem apparet in reditibus Illyrici pro magistratu tunc versatum esse et fortasse obtinuisse procuratoris Augustorum officium in eadem provincia<sup>3)</sup>. Quae cum ita sint, facile intellegi potest, cur imperatores eodem tempore de eadem re duas scripserint epistulas. Nimirum in altera ad procuratorem data singillatim ea exposuerunt, quae de Tyranorum privilegio statuerant, altera provinciae praesidem de iisdem breviter certiore fecerunt; cumque consentaneum esset hunc, non procuratorem, civibus Tyranis nuntiare, quid de privilegio eorum imperatores statuissent, hoc munus ita absolvit, ut exempla epistularum imperatorum suae ipsius epistulae praeponeret, non ut ipse earum argumenta exponeret. Haec fere Henzenus, qui cum ita rem intellegeret, supplementa epistulae prioris proposuit, quibus ex parte Mommsenus usus est.

Cui provinciae Romanae adscriptus fuerit ager Tyranus quandoque ei adiunctus, Mommsenus post alios verissime explicavit, cuius verba integra hic proponenda videntur: «Regionem Tyranam non Daciae provinciae, sed Moesiae inferiori attributam esse item ostendit Ptolemaeus (3, 8. 10), Daciam orientem versus terminans fluvio Hieraso (Sereth) totamque Bessarabiam quam hodie dicimus oramque adeo maritimam universam ita secer-

1) Vide nunc Pick, *Die antiken Münzen Nordgriechenlands*, v. I (Berl. 1899), nn<sup>o</sup> 1271—1283; 1449—1452; 1516—1534; 1622—1625.

2) De Antonio Hiberio Cagnat l. c. conferri iubet Prosop. imp. Rom. I, p. 100, n<sup>o</sup> 667. Cf. etiam G. E. Stout, *The governors of Moesia* (Princeton 1911), p. 55, № 84.

3) Heraclitum procuratorem fuisse iam Beckerus coniecerat, qui tamen non recte Ovinium Tertullum eodem munere functum esse putabat. De Heraclito Cagnat l. c. conferri iubet Prosop. imp. Rom. III, p. 135, n<sup>o</sup> 62. C. (non L.) Ovinium Tertullum Moesiae inferioris legatum pro pr. fuisse a. 200 et 201 comprobarunt tituli duorum lapidum miliariorum Hirschovae repertorum, quos edidit Točilescu *Archäol.-epigr. Mittheilungen aus Oesterreich*, v. VIII (1884), p. 29, nn<sup>o</sup> 5 et 6. Horum alterum integrum his adscribere iuvat: *Imp. Caes. L. Septimius Severus | Pius Pertinax | Aug. Arab. Adiab. | Part. Max. cos. II, | trib. pot. VIII, | imp. XI, | p. p., et | Imp. Caes. M. |*

*Anto[ni]nus Aug. trib. | pot. II et | L. Septimius Ge[ta] Caes. Aug. restituerunt per C. | Ovinium Tertullum leg. pr. pr. | M. P. X.* (Haec indicavimus IosPE<sup>1</sup>. v. I add. p. 219). Adde titulos quos ediderunt Točilescu, *Arch.-epigr. Mitth. aus Oest.* v. XI, p. 44, n<sup>o</sup> 57 (ex opp. Constantia) et p. 69, n<sup>o</sup> 143 (e vicinia Černawod) atque Domaszewski *ibid.* v. X p. 243 (ex opp. Οὐλίπια Νικόπολις ἢ πρὸς Ἴστρου). (Haec adiunximus v. IV add. p. 263). Omnino C. Ovinii Tertulli nomen referunt hi tituli latini: C. I. Lat. III, nn<sup>o</sup> 7540 (a. 201), 7602—4 (a. 200), 12370—14209b, 14428 (a. 198), 14431, 14447, 14461 (a. 200). Cf. praeterea Cagnat, *IR.* v. I, nn<sup>o</sup> 575, 576 (cf. add. n<sup>o</sup> 1418), 612. Cagnat de C. Ovinio Tertullo conferri iubet Pros. imp. Rom. II, p. 443, n<sup>o</sup> 127. Cf. etiam Stout l. l. p. 60, n<sup>o</sup> 92; Б. Филовъ, *Периодич. спис.* 68 (1907), p. 629 sqq. et *Извѣстия на българското археолог. друж.*, III, 2 (1913), p. 343.

nens a Dacia, ut Tyra sit in Moesia, Olbia vero extra provinciam in Sarmatia<sup>1</sup>). Quod confirmatur cum Dionis loco 68, 12, ubi Decebalum scribit petiisse a Traiano ut sibi agrum ad Istrum usque concederet, tum, sicut observavit Borghesius, nummis Tyrannorum incipientibus (v. elenchum *Mém. de la soc. d'arch. de St. Pétersbourg* 3. a. 1849 p. 192) ab Vespasiano, qua aetate nulla etiam tum fuit Dacia provincia. Finiunt autem tam hi quam Olbiopolitani imperatorii incipientes demum a Septimio Severo (Köhne *musée Kotschubey* 1 p. 83 sq.) utrique sub Severo Alexandro. Videtur igitur Moesiae inferioris pars trans Danuvium barbaris cecidisse imperante Maximino (v. vita Maximi et Balb. c. 16: *sub his pugnatum a Carpis contra Moesos fuit et Scythici belli principium et — excidium eo tempore — Histricae civitatis*), aliquanto ante quam relicta est Dacia provincia universa sub Gallieno. Quando vero redactus sit in provinciae formam ager Tyrannus, videmur doceri hoc ipso decreto, unde (v. 42 sq.) innotuit epocha Tyrannorum annum p. C. 201 numerans 145 incipiensque ita anno p. C. 56 aut 57 imperante Nerone. Nam Tyrannorum omnino haec clausula est, ut non legatus diem notarit epistulae acceptae (ἀπεδόθη), sed magistratus urbicus (scilicet archon P. Aelius Calpurnius in fine memoratus) adscripserit et diem acceptae epistulae et annum, quo publice proposita est. Monuit autem optime Borghesius eo ipso tempore (cf. eundem *annali dell' Inst.* 1839 p. 157) Ti. Plautium Silvanum legatum Moesiae praefuisse et provinciae fines Chersonesum versus protulisse secundum notissimum elogium (Orell. 750): *legat. pro pract. Moesiae, in qua plura quam centum mill(ia) ex numero Transdanuvianor(um) ad praestanda tributa cum coniugib(us) ac liberis et principib(us) aut regibus suis transduxit . . . pacem provinciae et confirmavit et protulit*.

Tyrannorum immunitas quid esset, idem vir doctissimus ita definiuit: «Privilegium de quo agitur est immunitas, id est ut liceat civibus Tyrannis merces ita accipere, ut conductoribus portiorum edantur quidem (v. 22), nec tamen portorium solvant idque fiat non solum in usuariis mercibus, id est quas emptor suo ipsius usui destinat, sed etiam in promercalibus (v. 20; cf. Marquardt *enchir.* 3, 2, 209). Utrum privilegium personis datum sit an loco, id est utrum hanc immunitatem Tyranni habuerint per Illyricum universum an quod magis crediderim in solo portu Tyrano, ex titulo diiudicari non potest». De eadem immunitate cf. Dessau *Hermæ* v. 19, p. 530. De professionibus (v. 21) v. Rostowzew, *Archiv für Papyrusforschung*, v. IV, p. 309 sqq. De *munificis mercimonionum* (v. 22) Beckerus Borghesius Mommsenus Pauli verba conferri iubent Dig. 39, 4, 4: *divus Hadrianus scripsit, ut quoties (praeses) usus sui causa mittet quendam empturum, significet libello manu sua subscripto eumque ad publicanum mittat, ut si quid amplius quam mandatum est transferet, id munificum sit*.

De Illyrico (v. 23) haec docuit Henzenus: «. . . tutte le provincie comprese da' Romani sotto il nome comune d' *Illyricum* formavano un sol complesso doganale, corrispondente a

1) Id iam Bruunius ante Mommsenum probavit *3HOO.* v. III p. 61 sq. contra Beckerum, qui Tyram Daciae provinciae adscriptam esse putabat.

quello delle Gallie col quale confinava (cf. Mommsen, *die Schweiz in Römischer Zeit* p. 8). Ed erano quelle provincie, secondo ci narra Appiano Illyr. 6 [τὸ τέλος τῶνδε τῶν ἐθνῶν ἀπὸ ἀνίσχοντος Ἰστρου μέχρι τῆς Ποντικῆς θαλάσσης ὑφ' ἐν ἐκμισθοῦσι (Ῥωμαῖοι) καὶ Ἰλλυρικῶν τέλος προσαγορεύουσιν], oltre l' Illirico proprio tutte le altre situate al meriggio del Danubio, vuo' dire la Rezia, il Norico, le Pannonie e le Mesie. Di esse narraci espressamente il lodato autore, essersi unitamente affittate le rendite doganali, qualificandosi come *portorium Illyricum*, ossia in greco τέλος Ἰλλυρικόν. La quale cosa adunque vien egregiamente confermata dalla lapide nostra, in cui vengono ordinate misure per impedire che il frutto dell' *Illyricum* non vada diminuito soverchiamente mediante l'accordata immunità de' Tyrani (vv. 24 segg.), nonchè dall' epigrafe Gruteriana 83, 5 [= C. I. Lat. III, 1, n° 4015; cf. ibid. nn° 751, 752, 753 et quae ibi adnotavit Mommsenus], che, benchè ritrovata a Poetovio della Pannonia, fa nonpertanto menzione d'un *conductor portorii Illyrici*. De portorio Illyrici Cagnat IrR. v. I p. 202 conferri iubet librum suum *Etude historique sur les impôts indirects chez les Romains*, p. 20 sqq., et Domaszewski, *Arch.-ep. Mitth.* XIII (1890), p. 126 sqq. Vide etiam M. И. Ростовцевъ, *Исторія государств. откупа въ Римской имперіи* (Спб. 1899), p. 80 sqq.; M. Rostowzew, *Geschichte der Staatspacht in der röm. Kaiserzeit* (Leipz. 1902), p. 65 sqq.; O. Hirschfeld, *Die Kaiserl. Verwaltungsbeamten bis auf Diocletian* (Berl. 1905), p. 85 sqq.; V. Ivanov, *De societatibus vectigalium publ. populi Romani* (Petrop. 1911), p. 121 sqq.

De epocha et anno Tyranorum cf. quae ad tit. 2 dicta sunt.

Consulum nomina v. 43 in litura exarata esse supra monuimus. Utrum autem quadratarius, postquam in nomine alteriusutrius consulis erraverit, postea id correxerit, an prius aliorum consulum nomina incisa fuerint, diiudicari non potest.

**Переводъ.** [*Копія письма къ Тертулану.* — Мы послали тебѣ письмо, адресованное къ Гераклиту, изъ котораго ты узнаешь сдѣланное нами постановленіе относительно свободы отъ пошлинь, которую присвоиваютъ себѣ Тиряне. Хотя мы обыкновенно допускаемъ ее не иначе, какъ по обсужденіи основаній *этой* привилегіи и по рассмотрѣніи происхожденія свободы отъ пошлинь], но въ данномъ случаѣ мы съ справедливою снисходительностью сохранили то, что казалось давно вошедшимъ въ употребленіе на какомъ бы то ни было основаніи, какъ для того, чтобы не лишить ихъ давнишняго обычая, такъ и для того, чтобы впоследствии постановленія о принятіи *тыкъ или друиакъ лицъ* въ число гражданъ были представляемы на благоусмотрѣніе сіятельнѣйшаго правителя провинціи.

*Копія письма къ Гераклиту.* — Несмотря на то, что гражданская община Тирянъ не объясняетъ происхожденія данной ей льготы, и что присвоенное неправильно или произвольно не можетъ быть подтверждаемо давностью времени, однакоже, принимая во вниманіе грамоты родителя нашего, блаженной памяти Антонина, а также и братьевъ императоровъ и почтеннѣйшаго правителя Антонія Гибера, мы, что касается до самихъ Тирянъ и тѣхъ, которые приняты ими въ число гражданъ по ихъ законамъ, не желаемъ никакого измѣненія прежняго обычая. Посему право на привилегію, на какомъ бы то ни было основаніи испрошенное или приобрѣтенное, пусть остается за ними и относительно предметовъ торговли, съ тѣмъ однакоже, чтобы они помнили о необходимости заявлять ихъ *подлежащимъ властямъ* по прежнему обычаю, для различенія товаровъ, подлежащихъ оплатѣ пошлиною. Но такъ какъ доходы Иллирика не должны уменьшаться вслѣдствіе происковъ, то да будетъ имъ извѣстно, что тѣ, которые впоследствии будутъ принимаемы *въ число гражданъ*, только въ такомъ случаѣ будутъ *имѣть право* пользоваться свободою отъ пошлинь, если сіятельнѣйшій легатъ и другъ нашъ *особымъ* декретомъ объявитъ ихъ достойными права гражданства. Мы полагаемъ, что если они не будутъ неблагодарными, то оцѣнить всю редкость и важность оказанной имъ милости, такъ какъ мы, не входя въ рассмотрѣніе происхожденія ихъ льготы, освѣдѣли призывать ихъ достойными чести гражданами.

[*Письмо Тертуллиана*]. Овиній Тертуллъ властямъ, совѣту и народу Тирянъ *желаетъ* здравствовать.

Копію благоговѣнно-чтимыхъ посланій, присланныхъ мнѣ отъ владыкъ нашихъ, необходимыхъ и благополучнѣйшихъ императоровъ, я предпослалъ моему настоящему письму, дабы вы, узнавъ божественныя къ вамъ щедроты, благодарили ихъ высокую судьбу. Желаю вамъ здравія и благополучія на многія лѣта. — Дано въ 13-й день до Мартовскихъ календъ, Линэона 8-го дня. — Поставлено въ консульство Мукіана и Фабіана, въ 145-мъ году, въ архонтство П. Эліа Кальпурнія.

### Sectio III. Tituli dedicatorii.

5. Basis marmorea a sinistra fracta, a. 0,18 m., 1. in fronte supra 0,218, infra 0,24, cr. 0,145. Titulus fronti incisus bene etiam nunc legitur; litterae circa 0,013 m. altae arcte admodum positae sunt. Ad ectypi chartacei fidem a Fr. Knauero professore Kioviensi missi edidi *Mam.* № 9, p. 58, n° 1; posthac imagine photographica ab Oreschnikovio accepta (quam hic praebeo) lapidis descriptionem dedi *Mam.* № 17, p. 82. Iterum edidi *IosPE*<sup>1</sup>. IV, n° 1.

Lapidem a. 1891 Knauer in oppido Akkerman iuxta arcem invenit apud Gregorium Antonov fabrum lignarium, qui dixit eum a. 1889 in aula sua casu effossum esse. A. 1892 lapis Consilii Imperialis archaeologici decreto museo historico Mosquensi inlatus est, ubi hodie adservatur.



... ς Κρατίνου Σαράπιδι, Ἴσιδι,  
... θεοῖς συν(ν)άοις χαριστήριον.

Cum Serapide et Iside Harpocrates maxime et Anubis colebantur ut θεοὶ σύνναοι; sed uter in lapidis parte fractura ablata fuerit nominatus, certo dici nequit. Utcunque est, probat titulus deos Aegyptios in hac quoque remotissima plaga esse cultos<sup>1)</sup> et optime supplet testimonia a G. Drexlero collecta, qui de horum deorum cultu in regionibus Istro adiacentibus dissertatione separata egit<sup>2)</sup>.

1) Cf. G. Lafaye, Histoire du culte des divinités d'Alexandrie hors de l'Égypte (Par. 1884); Roscher in *Lex. d. gr. und röm. Myth.* s. v. Isis, Ausserägyptische Kulte (II, 373—423); Н. И. Новосадскій, Къ вопросу о культѣ Изиды въ Греціи въ *ЖМНП*р. июль 1885, отд. кл. фил.; A. Rusch, De Sarapide et Iside in Graecia

cultis. Berlin 1906 (diss.); O. Gruppe, Griech. Myth. und Religionsgeschichte, II, p. 1560 sqq.

2) W. Drexler, Mythol. Beiträge. Heft I. Der Cultus der ägyptischen Gottheiten in den Donauländern, Leipz. 1890 (V. pp. 89—97).

Titulum II sive I a. Chr. saeculo non esse recentiore puto cum propter litteraturam (et maxime quidem Γ litterae formam), tum ideo quod ι (in vocibus Κρατινου et Ἰσιδι) nondum per εἰ scribitur. De vestigiis deorum Aegyptiorum cultus in ora Ponti Euxini septentrionali et de tituli nostri aetate egit A. Sonny professor Kioviensis in *ΦΟΒ.* v. V, 1, p. 53 sq., cui respondi *ibid.* p. 140 sq. Cf. etiam quae dixi *ЖМНПр.* 1896, m. Ianuarii, cl. hist.-phil. p. 17 in nota 5.

6. «Parallelepipedon» lapidis calcarii vilis supra epistyllo ornatum, infra fractum, a. ut nunc est fere 0,91 m., l. 0,62, cr. 0,42. In fronte titulus est, cuius supersunt versus novem litteris fere 0,05 m. altis inscripti, quae etiam nunc bene dispiciuntur.

Lapis vere a. 1890 effossus est in vinea A. Arnautov mercatricis, MD fere passus ab oppido Akkerman distanti. Ant. Al. f. Matvejev iussu Consilii Imp. archaeologici loco, ubi lapis extractus erat, et lapide ipso explorato, Consilio relationes et imagines duas photographicas misit, quibus usus titulum edidi *Mam.* № 9 p. 59 sq., n° 2<sup>1</sup>) (inde repetiit

1) Изъ присланныхъ А. А. Матвѣевымъ въ Имп. Археологическую Коммиссію двухъ подробныхъ отчетовъ заимствуемъ (съ сокращеніями) слѣдующія данныя о мѣстѣ и обстоятельствахъ открытія камня и о внѣшнемъ его видѣ.

«Камень найденъ рабочими при посадкѣ винограда въ плантаціи, принадлежащей аккерманской купчихѣ А. Арнаутовой и расположенной подѣ Аккерманомъ въ разстояніи едва одной версты отъ городской окраины, у ведущей изъ Аккермана въ уѣздъ проѣзжей дороги, извѣстной у мѣстныхъ жителей подѣ кличкой «Черкесской». Виноградникъ отъ дороги отдѣленъ канавой, мѣстонахождение памятника отстоитъ отъ послѣдней шагахъ въ 15-ти. Камень скрытъ въ мягкомъ почвѣ виноградника, на глубинѣ не болѣе 2 аршинъ отъ поверхности. Какъ въ томъ же виноградникѣ, такъ и по другую сторону «Черкесской дороги», въ противоположащихъ виноградныхъ плантаціяхъ, уже при самомъ поверхностномъ изслѣдованіи найдены мною остатки сильно вывѣтрившихся человѣческихъ костей и черепки древней горшечной утвари изъ красноватой глины, что наводитъ на мысль о близости стариннаго некрополя.


Найденный камень представляетъ собою обработанный каменотесомъ подѣ грубый типъ монумента параллелепипеда изъ простого, не поддающагося тонкой обработкѣ мѣстнаго известняка, съ расширенной, какъ бы подѣ карнизъ или капитель, верхней частью и съ отчасти неровной отъ излома нижней. Высота найденной части параллелепипеда достигаетъ 1 арш. 4<sup>1</sup>/<sub>2</sub> в., шир. до 14 вершковъ, а толщина около 9<sup>1</sup>/<sub>2</sub> вершковъ. Камень найденъ былъ въ землѣ опрокинутымъ верхней или карнизной частью внизъ. Надпись,

несмотря на вывѣтрившуюся какъ лицевую поверхность, такъ и нѣкоторые штрихи въ очертаніи буквъ (напр. поперечные въ лит. А, хвостики въ лит. S и др.) читается сравнительно не трудно. Она размѣщается въ 9 строкахъ и начертана обычнымъ латинскимъ «монументальнымъ» шрифтомъ, заурядно высѣченымъ вглубь. Средній размѣръ буквъ почти 2 дюйма. Знаки препинанія отсутствуютъ или, вѣрнѣе сказать, не различаются среди множества дырокъ въ вывѣтрившейся поверхности и пустыхъ мѣстъ отъ выпавшихъ раковинъ. [На фотографическихъ снимкахъ во многихъ мѣстахъ ясно различаются листочки, имѣющие въ этой надписи служебное значеніе — для раздѣленія словъ. В. Л.]. Горизонталы строкъ выдержаны довольно правильно, но интервалы между литеръ не всегда равномерны, иногда представляя собою какъ бы перерывъ словъ, очевидно въ зависимости отъ качества камня, мѣстами препятствовавшаго своимъ раковистымъ составомъ начертанію литеръ.

Относительно отдѣльных буквъ А. А. Матвѣевъ замѣчаетъ: «Сильно стертыхъ буквъ намѣчается немного: во 1-хъ только полторы литеры въ 2-ой строкѣ (именно послѣ буквы Р еще явствуется слабое чертаніе слѣдующей литеры, а затѣмъ вывѣтрившееся мѣсто третьей), во 2-хъ неясно обрисовывается послѣдняя литера l въ словѣ Severi въ пятой строкѣ и еще болѣе стершаяся первая литера въ словѣ Pertepacis въ той же 5 строкѣ; въ 3-хъ слабы слѣды послѣдней литеры (S) въ томъ же словѣ въ 6-й стр.; въ 4-хъ исчезла верхушка первой литеры (A) въ словѣ Aug(ustorum) въ 8-й строкѣ; наконецъ въ единственныхъ двухъ литерахъ изъ 10-й строки первая (быть можетъ E) сохранилась только въ верхней части, а вторая (быть



A. von Domaszewski C. I. Lat. v. III suppl. p. 2242, n° 13747, qui iam antea ibid. p. 2105 n° 12510 dederat ad Matvejevi editionem «in actis soc. hist. et arch. Odessifanae a. 1890 die 23 mensis Augusti») et IosPE<sup>1</sup>. v. IV, n° 2. Lapidem in aream ecclesiae graecae oppidi Akkerman transportatum esse comperi Odessae a. 1900 (v. IosPE<sup>1</sup>. v. IV, add. p. 293). Hic praebeo imaginem photographicam zinco expressam.



*Tempori bon-*  
*o. Pro salute*  
*dominorum*  
*n(ostrorum)(duorum) L. Septimi*  
*Severi Pert-*  
*nacis et M.*  
*Aurel(i) Anton-*  
*ini Aug(ustorum) (duorum) et*  
*L. Septimi [Getae*  
*Caesaris] et*  
 .....

V. 4 prima littera N speciem habet NP (quasi ligatarum N et P). V. 5 ultima littera E pro I lapicidae errore scripta (in voce *Pertinacis*) optime dispicitur. V. 9 de praenomine Getae v. Prosop. imp. Rom. III p. 206, № 325. Vv. 9 et 10 voces *Getae Caesaris* consulto erasae sunt, quod in omnibus fere monumentis Getae nomen referentibus factum esse inter omnes constat.

можетъ Т) — только въ лѣвой половинѣ горизонтальнаго штриха и какъ бы въ верхнемъ исходѣ (начаткѣ) штриха вертикальнаго. Обломъ камня хотя произошелъ немногимъ ниже слѣдующаго за 9-й строкой междустрочія, но такъ невыгодно для дешифровки, что за исключеніемъ двухъ болѣе или менѣе гадательныхъ литеръ 10-я строка совершенно не читается. [На фотографическомъ снимкѣ довольно ясно замѣтно, что ко-


нецъ 9-й строки и большая часть десятой (содержавшія слова: *Getae Caesaris*) были нарочно выскоблены, какъ это сдѣлано было почти на всѣхъ памятникахъ съ именемъ Геты. В. Л.]. Но тѣ же литеры въ то же время не могутъ не свидѣтельствовать о быломъ существованіи какъ 10-й строки, такъ и послѣдующей, даже, быть можетъ, и многихъ послѣдующихъ»...

Continet titulus initium dedicationis pro salute imperatoris L. Septimi Severi filiorumque eius factae. Cui vero numini quamve ob causam dedicatio sit facta, e parte tituli superstite non liquet. Coniecerit quispiam «Tempori bono» monumentum fuisse dicatum, cuius nomen titulo superscriptum est; sed cum nulla adhuc videantur exstare testimonia, quae probent Tempus bonum in imperio Romano esse cultum, veri similis est «Tempori bono» nihil aliud esse quam formulam sollemnem Ἄγαθῆ τύχῃ latine versam casu dativo aut ablativo; casus ablativi formae in *i* exeuntis exempla nota sunt (v. Georges, *Lexicon d. Latin. Wortformen* s. v.).

Cum Caracalla in titulo Augustus nuncupatus sit et Geta Caesar, titulus ponendus est inter annos 198 p. Chr., quo Caracallam «participem imperii dixerunt milites» (Spart. *Sev.* 16), i. e. Imperatorem, et 209, quo Getam quoque Imperatorem Augustum dictum esse constat. Ad hoc temporis spatium, scilicet ad a. 201 pertinet beneficium illud, quo Septimius Tyranos affectus, immunitatem dico, quam cognovimus e titulis post alios a nobis editis supra n° 4. Itaque conici potest Tyranos pro salute domus imperatoriae hoc monumentum vovisse, ut gratias pro illo ipso beneficio agerent, quamvis nihil obstat, quominus dedicationem a militibus factam esse putemus.

7. Fragmentum basis lapidis calcarii duri leucophaei, a. 0,14 m., l. in fronte 0,45, longum 0,49. Titulus diligenter exaratus est litteris 0,05 m. altis. Ed. E. de Stern *3HOO.* v. 23, p. 1, n° 1 cum imagine zincotypica, quam repetimus IosPE<sup>1</sup>. v. IV add. n° 453.

Lapis, qui diu ante domum privatam in via quadam oppidi Akkerman pone castellum iacuerat, anno 1900 Odessam transportatus museo soc. hist. et arch. inlatus est. Hic lapis repraesentatur ex imagine photographica minore modulo delineatus.



Πρεῖσχος Φ. . . . .

ων τὸν ν[αὸν] . . .

Titulus videtur esse dedicatorius. Sed quidnam et cuinam deo Priscus ille dedicaverit, certo dici nequit. V. 2 in litterae ΩΝ videntur superesse e participio praesentis, quo designatum sit Priscum fuisse magistratum aliquem aut sacerdotem (conici potest ἀρχοντέων, ἱερέων vel sim.). Titulum ad I vel II p. Chr. saeculum refert Sternius. Nobis potius secundi videtur esse saeculi, quam primi.

#### Sectio IV. Tituli sepulcrales.

8. Lapis sepulcralis marmoris subcaerulei altus 0,41 m., l. 0,43, cr. 0,10; pars superior periit. Inest anaglyphum exhibens virum in alto lecto cubantem, cui mensa tripes

adposita est; iuxta viri pedes mulier sellae insidet, pedibus subsellio impositis; viri et mulieris capita superiore lapidis parte fracta perierunt; utrimque adstant pueri. Sub anaglypho in dextra lapidis parte mortui nomen exaratum est.

Lapis Akkermani a. 1860 in Tyrae fluminis ripa repertus est, cum locus portui exstruendo purgaretur, una cum fragmentis duarum statuarum antiquarum (v. Rationes redd. soc. hist. et arch. Odessit. a. 1859—60, p. 17). Titulum Odessae in museo societatis exscriptum et charta madida expressum edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I, n° 5. Lapidem accurate descripsit Watzinger *GGs.* p. 123, n° 587, et imaginem dedit in tab. L. Hic titulum ex ectypo chartaceo delinatum praebeo ( $\frac{1}{3}$  v. m.).

Α Ε Σ Τ Ο Σ  
Α Ι Σ Χ Ι Ν Ο Υ

Ἄ[ρ]εστος  
Αἰσχίνου.

Var. l. In rat. redd. soc. Od. v. 1 legitur APE etc. Nunc P littera evanuit. Ἄ[γ]εστος Watzinger.

Quantum e litteratura colligi licet, lapis saeculo II a. Chr. recentior esse vix potest. Watzinger eum ad III a. Chr. saeculum dubitanter refert.

9. Tabula marmorea a parte superiore fracta, a. ut nunc est 0,59 m., l. 0,61, cr. 0,10. Supra ornata erat anaglypho, cuius non superest nisi infima pars pallae et pes mulieris sedentis ad sinistram spectanti. Infra est titulus diligenter incisus et optime etiam nunc conservatus. Ed. L. Jurgiewicz *ЗНОО.* v. XVI, p. 11, n° 2, addita in tabula lapidis imagine phototypica quae dicitur arte expressa. Ex hac imagine exscriptum titulum edidi *ЗНРАО.* v. VII, p. 81 et IosPE<sup>1</sup>. IV, n° 3. Cf. Watzinger *GGs.* p. 40, n° 228.

Lapis a. 1892 inter oppidum Akkerman et coloniam Schabo dictam in vinea quadam inventus exstat Odessae in museo societatis hist. et arch. Praebeo delineationem ex imagine phototypica factam.

ΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΩ ΣΕΙΛΙΟΥ ΒΙΩ-  
ΣΑΝΤΙ ΚΑΛΩΣ ΚΑΙ ΜΕΤΑΛΛΑ-  
ΣΑΝΤΙ ΕΝ Τῷ Ξ' ΕΤΕΙ  
ΦΛΩΟΥΛΙΑΝΟΣ ΟΥΙΟΣ ΜΗΜΗΣ  
ΧΑΡΙΝ

Καλλιστράτῳ Σειλίου βιώ-  
σαντι καλῶς καὶ μεταλλά-  
ξαντι ἐν τῷ Ξ' ἔτει


Φλ. Ίουλιανὸς ὁ υἱὸς μνήμης  
χάριν.

V. 1 Σειλίου legit Jurgiewiczzius; Σειλίου potius legendum esse proposui *ЗНРАΟ.* l. c., cum monerem *Silii* nomen latinum in aliis quoque titulis Graecis eandem habere formam

(ex. c. C. I. Gr. II, 3691), latinis vero nominibus aetate Romana libenter usos esse Tyranos. Titulum nostrum Vespasiani imperatoris aetate non esse antiquiorem e filii nomine ipse vidit Jurgiewiczus.

10. Tabula integra lapidis vilis, supra ornamentis praedita, infra desinens in spinam basi infingendam, a 0,74 m., l. 0,35, cr. 0,165. Tituli quadro inscripti versus superiores pessime detriti sunt (litt. a. fere 0,03). Litteris vulgaribus ed. E. de Stern, *3HOO.* v. 22, prot. p. 47. Odessae in museo societatis hist. et archaeolog. exscripsi a. 1894 et edidi *IosPE<sup>1</sup>.* v. IV, n° 4. Hic idem apographum repetitur.

Lapis in oppido Akkerman aut in vicinia eius repertus esse dicitur.



.....  
 .....  
 [filio?]  
 Ma[r]co  
 [t]itu[l]u[m]  
 pos[u]i[t].  
 Vixi[t]  
 ann(is) VII.

*Var. l. V.* 1 MARCO, v. 2 █I...M, v. 3 NONYM, v. 4 extremae litterae vestigia om., v. 5 ANNYM Stern.

11. Tabula sepulcralis parva, a parte inferiore fracta, ornata anaglypho satis rudi manu sculpto, quod repraesentat mulierem sedentem, adstantibus a fronte puero et a tergo altera muliere; capita omnium figurarum mutilata sunt. Sub anaglypho est titulus. Exscripsit et edidit E. de Stern *3HOO.* v. 23 p. 4, n° 4 (litteris vulgaribus). Repetii *IosPE<sup>1</sup>.* v. IV add. n° 454. E Sternii editione lapidis descriptionem sumpsit Watzinger *GG.S.* p. 41, n° 238 (qui calami lapsu scripsit γυ(ν)ή Σούσου).

Lapis a. 1900 in vico Schabo, haud procul ab oppido Akkerman sito, in aula rustici Andreae Conoplian repertus ibidem etiam nunc manere videtur. Litteras Romanae aetatis vulgares esse nobis scripsit Sternius excepto, quod N antiquiorem haberet formam.

### ΔΙΟΝΥΣΙΑ ΠΙΑ ΣΟΥΣΟΥ ΓΥΝΗ ΧΑΪΡΕ

Διονυσία Πία Σούσου γυνή χαΐρε.

In exemplo a Sternio edito legitur ΓΥΗ operarum, ut videtur, errore: nam in lapide N litteram in hac voce omissam esse non adnotavit Sternius. Idem titulum ad aetatem imperatoris Antonini Pii refert, litteratura nismus et cognomine Πία. Σούσου nomen hic primum in ora septentrionali Ponti Euxini occurrit.

## Sectio V. Varia.

**12.** Angulus dexter superior tabulae marmoris candidi, a. 0,088 m., l. 0,10, cr. 0,085; v. 1 litterae sunt 0,01 altae, reliquorum minores. Edidit Th. Struve *ЗНОО*. v. VI (1867), p. 608 (russice), cuius apographum repetii IosPE<sup>1</sup>. v. I, n° 6, portea vero, cum lapidem m. Augusto a. 1884 Odessae in museo soc. hist. et arch. ipse exscripsissem, apographum meum dedi ibid. add. p. 219. Quod hic quoque repeto.



Propter litterarum speciem fragmentum ad III maxime a. Chr. saeculum rettulerim.

Struvius dixit manifesto hic tria nomina apparere: Π(ΟΣΕΙΑ)ΟΥ — ΜΕ)ΔΟΝΤΟ(Σ — ΞΕΝΟΦ)ΩΝΤΟΣ; quartum nomen fortasse fuisse ΝΕΟΠΤΟΛΕ(ΜΟΥ. Quae supplementa tamen cave certa credas: primo enim versu cum ipsius dei marini nomen, tum omnia ab eo derivata restitui possunt, et v. 3 litterae quae extant ad multa alia nomina praeter Ξενοφώντος pertinere possunt, v. autem 4 tertia a fine littera videtur potius X fuisse quam M.

Struvius dixit lapidem sibi L. A. Bielkowiczium [in oppido Akkerman] dedisse ab Iudaeo quodam acceptum, qui dixisset fragmentum a puero quodam in tumulo arenoso loci Bugas inventum esse. De hoc loco sic fere disserit Struvius. Loco qui hodie est Bugas proxima Graecorum habitatio fuit «Neoptolemi turris» et «Hermonactis vicus», cf. Strab. VII, 3, 16: Ἐπὶ δὲ τῷ στόματι τοῦ Τύρα πύργος ἐστὶ Νεοπτολέμου καλούμενος καὶ κώμη Ἑρμώνακτος λεγομένη. Beckerus putat [v. *ЗНОО*. v. III, p. 162 sq. = *Mém. de la soc. d'arch.* v. V, p. 377 sq.] turrin illam in ripa septentrionali lacus Kimbetiani (Кимберкиѣ лиманъ) stetisse eique proximum fuisse Hermonactis vicum. Et re vera his locis fundamenta aedificii rotundi reperta sunt, sed lapides inscripti nulli adhuc ibi apparuerunt. Omnino in tota ora maritima ab Istro usque ad Hypanim perraro inscriptiones inveniuntur... Hoc fragmentum undis valde laesum esse videtur... ideo perquam probabile est id undis marinis esse electum, olim autem in altera lacus ripa fuisse, ubi Νικώνιον antiquum stetisse Beckerus admodum probabiliter statuit.

**13.** Fragmentum epistylia, ut videtur, portae aedis antiquae. Al. Cočubinski prof. Odessitanus in *ЗНОО*. v. 23 p. 100 dicit id hieme a. 1885-6 a rusticis B. et Al. Kotliarenko in tumulo quodam inventum esse prope vicum Divisia dictum, 35 verstas distantem ab oppido Akkerman et 17 v. a mari. Lapidem esse calcarium album, longum fere 0,70 m.,

latum 0,52, a. 0,35. Ubinam hodie lapis lateat, ignorat Cočubinskius. Titulus, cuius media tantum pars superest, incisus est litteris maximis (a. plus 0,05 m.) aetatis Romanae. Ad fidem ectypi chartacei, quod N. P. f. Kondakov vere a. 1887 mecum communicaverat, edidi *ЗНРАО*. v. IV, p. 125, n° 7<sup>1</sup>, et *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV, n° 5 (cf. add. p. 293). Hic accuratius ex eodem ectypo delineatum praebeo ( $\frac{1}{6}$  v. m.).



... νω νωω εν τω...

Titulus in integrum restitui non potest; patet tamen eum ad templum aliquod pertinere.

14. Fragmentum tabulae marmoris candidi undique mutilum, a. 0,19 m., l. 0,16 cr. 0,11. Litterae grandes (a. 0,035 m.) et pulchrae bene conservatae sunt. Ed. N. Kondakov, *Труды 2-го археолог. съезда*, part. III, pag. 23. Is dixit fragmentum a. 1867 in litore sinus Dniestrensis repertum esse in ea parte oppidi Akkerman, quae est inter septentriones et orientem. Servatur Odessae in museo Universitatis, ubi a. 1883 ipse id exscripsi et edidi *ЗНРАО*. v. IV, p. 123, n° 3<sup>1</sup> et iterum *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV, n° 6. Hic idem apographum repetitur.

ΔΕΙ  
 2ΝΚΑ  
 ΟΙΣΚΑ  
 'Τ 2.1

Kondakovii apographum a meo nulla re fere differt. Restitui nihil potest nisi v. 4 ... εν] τω [.. έται]. Kondakovius recte putat lapidem nostrum fragmentum esse tabulae satis mag-  
 nae, cui decretum aliquod fuerit incisum. Aetatis Romanae titulum esse probat litteratura.

15. Frustum tabulae marmoris candidi cr. 0,066 m., utrimque inscriptum, repertum a. 1867 in sinu Dniestrensi, prope litus. Ubi nunc sit, non constat. Ed. N. Kondakov l. l. ad n° 14. Repetii *ЗНРАΟ*. v. IV, p. 124, n° 4<sup>1</sup> et *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV, n° 7.

ab una parte:

CAE  
 RPP

ab altera:

A  
 ITI

De tituli argumento nihil posse dici re ipsa apparet.

16. «Akkerman, ubi Tyra fuit, rep. aestate a. 1867 *im Fundament eines alten Ofens*<sup>1)</sup>. Nunc Odessae in museo societatis. Ectypa misit Struvius ex Odessa a. 1869». Mommsen, C. I. Lat. III, 2, add. p. 1010, n° 6222. Inde repetii IosPE<sup>1</sup>. v. I, n° 4, et hic ~~re~~peto.

<p><i>ab una parte:</i></p> <div style="border: 1px solid black; padding: 2px; display: inline-block;"> <p style="margin: 0;">A <i>ugusto</i></p> <p style="margin: 0;">II T <i>rb. pot.</i></p> </div>	<p><i>ab altera:</i></p> <div style="border: 1px solid black; padding: 2px; display: inline-block;"> <p style="margin: 0;">C A E</p> <p style="margin: 0;">leg. aug. p. R · PE</p> </div>
---	---

17. Kischinevi in museo Surutschaniano<sup>2)</sup> inter alias res antiquas asservabatur fragmen tabulae marmoris candidi undique mutilum (a. 0,08 m., l. 0,088, cr. circa 0,03), quod Surutschanus ipse a. 1876 invenit in oppido Akkerman. Quamvis in eo duae tantum litterae TH (circa 0,03 m. altae) supersint, tamen dignum est quod commemoretur inter varias res antiquas in oppido Akkerman repertas, quippe quae probent hoc oppidum ipso loco Tyrae veteris esse situm. Cf. quae de his dixit L. Jurgiewicz, *Труды VI археолог. съезда*, v. II (a. 1888), p. 29 — 32, ubi p. 31 hoc quoque fragmentum inter res antiquas musei Surutschaniani in oppido Akkerman repertas commemoravit. Haec exposui *ЗИРАО*. v. IV, p. 125, n° 4<sup>2</sup> et IosPE<sup>1</sup>. v. IV, n° 8.

18. Frustulum tabulae marmoris candidi a. 0,11 m., l. 0,08, cr. 0,05, aestate a. 1900 ex oppido Akkerman Odessam asportatum in museum societatis hist. et archaeologicae. Ed. E. de Stern *ЖИОО*. v. 23, p. 4, n° 3. Sub circulo excavato leguntur litterae DEA. Commemoravi IosPE<sup>1</sup>. v. IV add. n° 455.

19. «Prope Adjeder (Ovidiopol) in sinistra ripa *Tyrae* fluvii, haud procul ab ostio . . . in basi statuae marmoreae, cuius pedes ex parte adhaerent. Ed. Leo de Waxel, *Recueil de quelques antiquités trouvées sur les bords de la Mer-Noire*<sup>3)</sup>, n° 6 in aere». Boeckh, C. I. Gr. II n° 2057. Duobus basis lateribus singuli versus incisi sunt, qui integri exstant, si Waxelii delineationi fides est. Ad exemplum Waxelianum dedi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 7. Hic ipsam delineationem repetendam curavi (v. p. 26).

Cum nemo archaeologorum, qui meridionales Russiae regiones post Waxelium viserunt, huius lapidis mentionem fecerit, veri simile est eum denuo periisse brevi postquam Waxelius delineasset.

1) Cf. quae ipse Struvius de hoc fragmento dixit *Rhein. Mus.* v. XXIV p. 558 n. 1.

2) Rerum antiquarum collectio, quam Ioannes C. f. Surutschan possidebat Kischinevi in Bessarabiae oppido, post mortem eius a. 1897 a vidua in vicum Vadli Vody transportata est, ubi etiamnunc videtur servari.

3) Waxelii liber russice quoque prodit: *Изображения разныхъ памятниковъ древности, найденныхъ на берегахъ Чернаго моря, принадлежащихъ Россійской имперіи...* изданные Н. С. Л. Вахселемъ. Въ Санктпетербургѣ, 1801 г. 4<sup>0</sup>.

«a legas Μησ[ι]θεος, antique scriptum, ut in columna Naniana; alterum nomen non extrico: et nimis incerta sunt Waxelii aprographa». Boeckh. — Quae de titulo a legendo vir clarissimus dixit, videntur improbanda. Neque enim in columna Naniana (C. I. Gr. I n° 3 = Roehl, I. Gr. Ant. n° 412), nec usquam in titulis graecis antiquissimis quantum scimus **TH** litterae pro **⊗** positae inveniuntur: haec enim nota iam in alphabeto Phoenicio exstabat, cuius signa Graeci ad exprimendos linguae suae sonos adaptarunt. Quae cum ita sint, ea posteriorum grammaticorum et scholiastarum testimonia, quae Boeckhii in commentario inscriptionis columnae Nanianae attulit, summo iure reici posse putamus, quantum ad **⊗**



litteram attinent; admodum enim probabile est ea nullo alio fundamento niti, nisi quod latine  $\vartheta$  sonus per **TH** expressus esset. Sed etiam si temporibus antiquissimis Graeci pro **⊗** littera **TH** posuissent, in nostro tamen titulo hoc utique maxime esset mirabile: nam et aliarum litterarum omnium formae archaicis non sunt similes et  $\Omega$  nota inter eas comparet, quae om-

nium ultima a Graecis recepta est (cf. Kirchhoff, *Studien zur Gesch. d. griech. Alphab.* p. 39). Si exemplo opus est, in titulis Abu-Simbelianis (Roehl, I. G. A. n° 482), quos anno 590 a. Chr. recentiores esse non posse constat,  $\Omega$  nondum comparet, **⊗** autem constanter usurpatur. Ceterum cf. quae exposuit I. Franz *Elem. epigr. Graecae* p. 18.

Cum igitur Boeckhii coniecturam probare non possimus, fatemur tamen nos nullam aliam probabiliorē invenisse neque minus inextricabilem nobis videri titulum a, quam b, aut etiam magis: in hoc enim fortasse legendum est [N]i[x]ω[v](o)ς aut [N]i[x]ω[v]iς, quod sit ἐθνικόν masculini aut feminini generis a nomine oppidi Νικώνιον aut Νικωνία derivatum; quod oppidum eis locis fuisse constat, ubi haec basis reperta est (cf. quae P. Becker disputavit *ΣΗΡΑΟ*. v. VI p. 110 sq. = *ΣΗΟΟ*. v. III p. 174 sqq.). Stephanus quidem Byzantinus huius oppidi incolas Νικωνιάτας nominat, sed in titulis et nummis persaepe ἐθνικῶν formas inveniri, quae ex scriptoribus non sint notae, inter omnes constat.

### III. OLBIA ET VICINIA.

Olbia a Milesiis condita est, si fides est Eusebio, a. 645 a Chr. Rudera eius exstant iuxta vicum Iljinskoje sive Parutino, in dextra Hypanis ripa inter oppida Nicolajev et Oczakov situm. De rebus Olbiopolitarum publicis nostra aetate scripserunt: В. В. Латышевъ, *Изслѣдованія объ исторіи и государственномъ строѣ г. Ольвии*. СПб. 1887; Fr. Lindisch, *De rebus Olbiopolitarum*. Diss. Hal. 1888; Б. В. Фармаковскій, *Энциклопед. Словарь изд. Брокгауза-Эфрона*, т. II доп. (1906), стр. 338—342.




## CLASSIS PRIMA.

## Decreta.

## a. Decreta senatus et populi.

20. «Tabula marmorea inscripta». Primus edidit N. Mursakevicz *ЖИОС*. v. II p. 2 (1850), pag. 404, alieno apographo usus. Comes A. Ouvaroff, *Recherches sur les antiquités de la Russie méridionale*<sup>1)</sup> (Paris. 1855), tab. XXIV n° 3 lapidis integri imaginem dedit, ad quam minusculis litteris titulum expressit L. Stephani in censura libri Uvaroviani, *Bulletin hist.-philol. de l'académie des sciences de St. Pétersbourg*, v. X, p. 28 = *Mélanges gréco-romains*, v. I, p. 210.

Lapis in Olbiae rudibus a. 1847 repertus est. Petropolin eum translatum ibique in aedibus comitis Kuschelevi-Besborodko, qui Olbiae solum possidebat, servatum esse Uvarovius et Stephanius testantur; ego cum editionem priorem praepararem, lapidem non repperi. Itaque ad Uvarovii delineationem titulum edidi IosPE<sup>1</sup>. I. n° 8, delineatione ipsa in tab. II expressa. Ex hac sylloge nostra titulum minusculis litteris repetierunt Ch. Michel, *Recueil d'inscriptions Grecques* (Brux. 1900), n° 335; G. Dittenberger, *Sylloge inscr. Graecarum*,



- 1 Τύχη ἀγαθῆ.  
 Ὀλβιοπολίται  
 ἔδωκαν Χαιριγένει  
 Μητροδώρου Μεσημ-  
 5 βριανῶι αὐτῶι καὶ ἐκ-  
 γόνοις προσξενίαν,  
 πολιτείαν, ἀτέλειαν  
 πάντων χρημάτων,  
 ὧν ἂν αὐτὸς εἰσάγη  
 10 ἢ ἐξάγη, ἢ παῖδες, ἢ ἀ-  
 δελφοὶ οἷς κοινὰ τὰ  
 πατρῶια, ἢ θεράπων,  
 καὶ εἰσπλουν καὶ ἐκπλουν  
 καὶ ἐ(μ) πολέμωι καὶ ἐν  
 15 εἰρήνῃι ἀσυλε(ι) καὶ  
 ἀσπονδε(ι).

Ἔδοξε τᾷ βουλᾷ καὶ τῷ δᾶμῳ τοὶ στραταγοὶ εἰπαν Ἐπεὶ Ὀρόντας Ὀλβιοπολείτας  
 εἰ Ἀβάβου | υἱός, ἀνδρὸς οὐ μόνον τᾶς πατρίδος, ἀλλὰ καὶ || σύνπαντος τοῦ Ποντικοῦ πρατι-

1 Ο ΔΑΜΟΣΟΒΥΖΑΝΤΙΩΝ  
 ΕΔΟΞΕΤΑΒΟΥΛΑΚΑΙΤΩΔΑΜΩΤΟΙΣΤΡΑΤΑΓΟΙΕΙ  
 ΠΑΝ·ΕΠΕΙΟΡΟΝΤΑΣΟΛΒΙΟΡΟΛΕΙΤΑΣΑΒΑΒΟΥ  
 ΥΙΟΣΑΝΔΡΟΣΟΥΜΟΝΟΝΤΑΣΠΑΤΡΙΔΟΣΑΛΛΑΚΑΙ  
 5 ΣΥΝΡΑΝΤΟΣΤΟΥΡΟΝΤΙΚΟΥΡΡΑΤΙΣΤΕΥΣΑΝΤΟΣ  
 ΕΘΝΕΟΣΚΑΙΜΕΧΡΙΤΑΣΤΩΝΣΕΒΑΣΤΩΝΓΝΩ  
 ΣΕΩΣΠΡΟΚΟΙΑΝΤΟΣΠΟΛΛΑΔΕΚΑΙΒΥΖΑΝ  
 ΤΙΩΝΠΟΛΕΙΚΑΤΑΤΕΤΑΣΔΑΜΟΣΙΑΣΧΡΗΑΣΚΑΙ  
 ΤΩΝΕΙΣΤΟΕΝΡΟΡΙΟΝΡΛΕΟΝΤΩΝΡΡΟΣΤΑ  
 10 ΣΙΑΣΓΕΝΟΜΕΝΟΥΩΦΕΛΙΜΟΥΚΑΙΑΥΤΟΣΩΣ  
 ΠΕΡΤΑΛΟΙΡΑΤΟΥΡΑΤΡΟΣΟΥΤΩΣΤΑΝΡΟΤΙΤΟΝ  
 ΔΑΜΟΝΕΥΝΟΙΑΝΚΑΙΡΡΟΞΕΝΙΑΝΔΙΑΔΕΞΑ  
 ΜΕΝΟΣΥΡΟΡΑΝΤΩΝΜΕΝΜΑΡΤΥΡΕΙΤΑΙΤΩΝ  
 ΕΙΣΡΛΕΟΝΤΩΝΕΙΣΤΟΝΡΟΝΤΟΝΡΟΛΕΙΤΑΝ  
 15 ΕΡΙΦΙΛΑΝΘΡΩΡΙΑΚΑΙΡΡΕΟΝΟΙΑΚΑΙΡΡΑΡΑ  
 ΓΕΝΟΜΕΝΟΣΔΕΕΙΣΤΑΝΡΟΛΙΝΣΕΜΝΩΣΜΕΝ  
 ΡΡΟΕΣΤΑΤΑΣΕΡΙΔΑΜΙΑΣΡΡΟΕΤΡΕΨΑΤΟ  
 ΔΕΕΙΣΡΛΗΟΝΑΣΕΛΡΙΔΑΣΤΟΝΤΕΔΑΜΟΝΚΑΙ  
 ΤΟΥΣΙΔΙΩΤΑΣΑΔΕΡΟΛΙΣΔΙΑΤΕΤΑΣΕΙΣΕΑΥ  
 20 ΤΑΝΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣΚΑΙΔΙΑΤΟΤΟΥΑΝΔΡΟΣΚΑΙ  
 ΤΩΝΡΡΟΓΟΝΩΝΑΞΙΩΜΑΕΡΙΤΑΔΗΟΝΗΓΗΣΑ  
 ΤΟΜΗΑΣΑΜΗΩΤΟΝΑΥΤΟΥΤΑΝΡΡΑΡΟΥΣΙΑΝΑΦΕ  
 ΜΕΝΟΤΕΔΑΜΟΣΕΝΕΚΕΛΕΥΣΑΤΟΤΟΙΣΣΤΡΑ  
 ΤΑΓΟΙΣΤΕΙΜΑΣΑΙΤΟΝΑΝΔΡΑΔΙΑΔΗΔΕΔΟ  
 25 ΧΘΑΙΕΡΑΙΝΗΣΘΑΙΜΕΝΟΡΟΝΤΑΝΑΒΑΒΟΥ  
 ΟΛΒΙΟΡΟΛΕΙΤΑΝΕΡΙΤΑΙΔΙΑΝΕΚΕΙΡΟΤΙΤΟΝ  
 ΔΑΜΟΝΚΑΙΔΙΑΡΡΟΓΟΝΩΝΡΡΟΝΟΙΑΙΕΙΜΕΝΔΕ  
 ΑΥΤΟΝΚΑΙΡΟΛΕΙΤΑΝΚΑΙΤΟΥΣΕΓΓΟΝΟΥΣΑΥ  
 ΤΟΥΚΑΙΡΟΤΙΓΡΑΦΗΜΕΝΡΡΟΘΑΝΚΑΘΕΛΗΤΑΝ  
 30 ΕΚΑΤΟΣΤΥΩΝΤΕΘΗΜΕΝΔΕΑΥΤΟΥΚΑΙΕΙΚΟ  
 ΝΑΕΡΙΧΡΥΣΟΝΕΝΤΩΙΒΟΥΛΕΥΤΗΡΙΩΙΕΝ  
 ΤΟΡΩΙΩΙΜΗΑΛΛΟΣΕΧΕΙΚΑΙΕΡΙΓΡΑΦΑΝΕΡΙ  
 ΓΡΑΨΑΙΤΑΝΡΡΟΔΕΔΗΛΩΜΕΝΑΝΔΙΑΡΡΕΜΨΑ  
 ΣΘΑΙΔΕΚΑΙΤΟΨΑΦΙΣΜΑΤΟΥΤΟΔΙΕΡΙΣΤΟ  
 35 ΛΑΣΤΟΙΣΟΛΒΙΟΡΟΛΕΙΤΑΝΑΡΧΟΥΣΙΝΙΝΑΚΑΙΑ  
 ΡΑΤΡΙΣΑΥΤΟΥΤΑΣΒΥΖΑΝΤΙΩΝΕΥΝΟΙΑΣΡΡΟΣ  
 ΤΟΝΑΝΔΡΑΚΑΙΤΕΙΜΑΣΑΙΣΘΗΤΑΙ

στεύσαντος | ἔθνεος καὶ μέχρι τᾶς τῶν Σεβαστῶν γνώσεως προκά[ψ]αντος, πολλά δὲ καὶ  
 Βυζαντίων πόλει κατὰ τε τὰς δαμοσίας χρήας καὶ | τῶν εἰς τὸ ἐνπόριον πλεόντων προστα||-  
 10 σίας γενομένου ὠφελίμου, καὶ αὐτὸς ὡσπερ τὰ λοιπὰ τοῦ πατρὸς, οὕτως τὰν ποτὶ τὸν | δᾶ-  
 μον εὐνοίαν καὶ προξενίαν διαδεξάμενας, ὑπὸ πάντων μὲν μαρτυρεῖται τῶν εἰσπλεόντων εἰς  
 15 τὸν Πόντον πολειτᾶν || ἐπὶ φιλανθρωπίαι καὶ π[ρ]ονοαί, καὶ παραγενόμενος δὲ εἰς τὰν πόλιν  
 σεμνῶς μὲν | προέστα τὰς ἐπιδαμίας, προετρέψατο | δὲ εἰς πλήονας ἐλπίδας τὸν τε δᾶμον  
 20 καὶ | τοὺς ιδιώτας, ἅ δὲ πόλις διὰ τε τὰς εἰς ἑαυ|τὰν εὐεργεσίας καὶ διὰ τὸ τοῦ ἀνδρὸς  
 καὶ | τῶν προγόνων ἀξίωμα ἐπιτάδηον ἠγήσαίτο μὴ ἀσαμήωτον αὐτοῦ τὰν παρουσίαν ἀφέ-  
 25 μεν, ὃ τε δᾶμος ἐνεκελεύσατο τοῖς στραταγοῖς τειμαῶσαι τὸν ἄνδρα· δι' ἃ δὴ δεδόχθαι  
 ἐπαινῆσθαι μὲν Ὀρόνταν Ἀβάβου | Ὀλβιοπολείταν ἐπὶ ταῖ διανεκεῖ ποτὶ τὸν | δᾶμον καὶ διὰ  
 προγόνων προνοαί, εἶμεν δὲ | αὐτὸν καὶ πολεῖταν καὶ τοὺς ἐγγόνους αὐτοῦ καὶ ποτιγραφῆ-  
 30 μεν ποθ' ἂν κα θέλη τᾶν || ἑκατοστύων· τεθῆμεν δὲ αὐτοῦ καὶ εἰκόνα ἐπίχρυσον ἐν τῷ  
 βουλευτηρίῳ ἐν | τόπῳ ὧι μὴ ἄλλος ἔχει, καὶ ἐπιγραφὰν ἐπιγράψαι τὰν προδεδηλωμέναν.  
 80 διαπέμψασθαι δὲ καὶ τὸ ψάφισμα τοῦτο δι' ἐπιστολλὰς τοῖς Ὀλβιοπολειτᾶν ἄρχουσιν, ἵνα  
 καὶ ἃ | πατρὶς αὐτοῦ τὰς Βυζαντίων εὐνοίας πρὸς | τὸν ἄνδρα καὶ τειμαῶς αἰσθηται.

De tituli aetate haec verissime Boeckhius docuit: «Ababus Callisthenis f. floruit Tiberio Imp. (n. 2087 [v. infra]), qui si pater Orontae est, titulus Tiberii vel Caligulae aetati tribuendus est. Esse vero illum huius patrem non videtur dubium. Nam in nostro titulo pater huius dicitur μέχρι τᾶς τῶν Σεβαστῶν γνώσεως προκόψας: iam verò Ababus Callisthenis f. Augusto et Tiberio dicavit stoam. . . , quippe illis ob aliquod beneficium addictus: quos esse τοὺς Σεβαστοὺς in nostro titulo commemoratos quis non coniciat? Ceterum nota et Ἀβαβος et Ὀρόντας nomina esse Syriaca». At parum probabile nobis videtur quod idem vir doctissimus statuit titulum ab Olbiopolitis, quibus decretum missum erat, publice esse inscriptum: quod si ita se habuisset, sine dubio eius rei mentio aliqua in titulo esset addita, quae re vera nulla est; praeterea nullam in ipso decreto video rationem, cur Olbiopolitae id publice lapidi incidendum statuerint. Contra exstabant tituli honorarii ab ipsis Olbiopolitis facti et ab amicis virorum honoratorum privatim lapidibus incisi, cum populus ipse publice eos inscribere statuisset; quod utrum ideo factum sit, quod civitas promisso stare non potuerit aut non festinaverit, an honoris causa virorum laudatorum, diiudicari non potest; ita decretum in Carzoazi honorem factum (n° 39) a Zorsano quodam, Carzoazi sine dubio amico, lapidi incisum et publice propositum est. Quae cum ita sint, magis nobis videtur veri simile titulum nostrum a propinquo quodam Orontae fuisse positum, fortasse a Diomede oeconomo, qui ei exedram aedificasset (v. infra). Etenim quod ornamentum magis exedram decebat magisque erat splendidum, quam exterae eiusque florentissimae civitatis decretum, viri, cui exedra erat dicata, merita conlaudans? Inde vero facile iam unusquisque sibi persuadebit re vera decretum eidem lapidi fuisse incisum, in quo erat titulus a Diomede factus. Boeckhius Peyssonelii indicium (v. supra in lemmate) sequi ideo maxime dubitavit, quod a Clarkio Diomedis titulus erat omissus; quod tamen nostrae sententiae parum videtur

obstare: Walpolius enim Diomedis titulum fortasse non animadvertit, aut non esse transcribendum duxit, quippe qui ad Byzantium decretum non pertineret. Hic quoque analogiam habemus in Carzoazi decreto, quod supra memoravimus: in dextro enim eiusdem lapidis latere exstat titulus antiquior, cuius Henzenus, cum decretum ederet, ne uno quidem verbo fecit mentionem; itaque si hic lapis inventus esset antequam Corpus I. Gr. esset editum, eodem iure Boeckhii aliis decreti editoribus diffidere potuisset.

In tituli argumento explicando morari vix opus est, quippe quod per se sit perspicuum. Hanc solam Boeckhii adnotationem addo, quae ad v. 17 pertinet: «V. 17 προέστα τᾶς ἐπιδαμίας Rochetto Antt. Bosp. p. 178 est: functus est patronatu peregrinorum; et similiter Koehlerus noster [*Ges. Sch.* VI p. 297]. Sed peregrinus non potest peregrinorum patronus esse: Olbiae Orontas, ut Byzantium proxenus, Byzantium patronus est, non Byzantium peregrinorum. Sententia non est alia nisi haec: *Quum Byzantium esset, magnifice sese gessit in commoratione sua.* Sic n. 1193 legati laudantur ob ἐνδαμίαν utraque civitate dignam». Similia exempla nunc quidem permulta possunt inveniri.

Addo quae P. Cauer in ed. I de tituli dialecto observavit: «Dialectus est Dorica, qualis decet coloniam Megarensium, eaque postumo studio antiquitatis redintegrata. in quo is, qui hoc decretum conscripsit, non satis constanter versatus est. nam cum *e* et *o* vocales longas plerumque per *ει* et *ου* (e. g. βουλᾶ, εἶπαν 2. Ἀβάβου 3). . . , tamen *e* longam ubi vel ante vocalem vel in terminatione infinitivi -ῆμεν posita erat, per *η* scripsit: χῆρας 8. πλήνας 18. ἐπιτάδην 21. ἀσαμήωτον 22. ποτιγραφῆμεν 29. τεδῆμεν 30. (at semel εἶμεν 27)».

**Переводъ.** Народъ Византийскій.— Совѣтъ и народъ постановили по предложенію стратиговъ: поелику Оронтъ Ольвіополитъ, сынъ Авава, мужа первенстваваго не только въ отечествѣ, но и во всемъ Понтийскомъ народѣ и возвысившагося до извѣстности Августамъ, а также принесшаго много пользы и городу Византийцевъ въ общественныхъ нуждахъ и въ покровительствѣ пріѣзжавшимъ въ торговую гавань, и самъ, унаслѣдовавъ отъ отца какъ все остальное, такъ и благосклонность къ народу и проксенію, всѣми пріѣзжающими въ Понтъ гражданами прославляется [дословно: свидѣтельствуется] за его челоѣколюбіе и заботливость, и прибывъ въ нашъ городъ велъ себя достоично во все время своѣго пребыванія и внушилъ еще большія надежды народу и частнымъ лицамъ, а городъ за оказанныя ему благодаренія и за достоинство самого мужа и его предковъ счелъ удобнымъ не оставить его пребываніе неознаменованнымъ и народъ приказалъ стратигамъ почтить этого мужа; посему да благоугодно будетъ похвалить Оронта с. Авава Ольвіополита за его постоянную и унаследованную отъ предковъ заботливость къ народу, а также быть ему потомственнымъ гражданиномъ и приписаться къ какой угодно изъ сотенъ; поставить ему и позолоченную статую въ думѣ на мѣстѣ, гдѣ не имѣетъ статуи кто-нибудь другой, и написать вышеприведенную надпись; настоящее же постановленіе сообщить при письмѣ Ольвійскимъ властямъ, для того чтобы и отечество его узнало о благосклонности Византийцевъ къ этому мужу и объ оказанной ему почести.

## CLASSIS SECUNDA.

## Tituli dedicatorii.

## Sectio I. Donaria magistratum et sacerdotum.

Morem Olbiae fuisse, ut annui magistratus pro urbis pace et incolunitate suaque ipsorum salute dis praecipue cultis donaria dedicarent, multi probant tituli. Archontes soli Achilli Pontarchae vota solvisse videntur: certe nullus adhuc repertus est titulus donarii ab archontibus alii deo facti; eidem deo praetores interdum faciebant vota, sed rarius quam Apollini Prostatae, cuius nomen permultae donariorum a praetoribus dedicatorum subscriptiones referunt; praeterea Phoebum colebant iidem, si quidem recte titulus 127 a me restitutus est. Aediles denique Mercurio Forensi, ut par erat, obstricti erant eique faciebant vota (titt. 128 et 129). Praeterea exstant aliquot subscriptiones donariorum Achilli Pontarchae a sacerdotibus quotannis creatis oblatores. Numerus titulorum, qui uniuscuiusque dei referant nomen, admodum est dispar: donariorum enim a praetoribus Apollini Prostatae oblatores plus quadraginta adhuc habemus titulos, ut taceam de fragmentis incertis, cum Achillis Pontarchae nomen inscriptum quattuor tantummodo praetorum lapides habeant et quinque sint donaria ab archontibus eidem oblata; aedilium tituli duo adhuc comparuerunt, sacerdotum sex; Phoebi nomen solus tit. 127 refert isque admodum mutilatus. Quod utrum casu evenerit, an potius ea re explicandum sit, quod praetores Apollini Prostatae quotannis donaria dedicare soliti sint, Achilli vero Pontarchae aliisque dis rarius exsoluta sint vota a magistratibus, decerni non potest; veri similis tamen hoc videtur, quia casu tam disparem titulorum numerum in lucem prodiisse minus est probabile. Ad dedicationes inscribendas marmor plerumque adhibebatur; paucissimi exstant tituli in lapide arenario exarati; erravit igitur Koehlerus, cum dixit (Comment. de ins. et cursu Achillis p. 108) titulos in honorem Achillis positos in marmore exaratos esse, aliorum deorum in lapide arenario; cuius erroris etiam alii quidam viri docti sunt participes (ex. c. comes Uvarov *Rech.* p. 45 et 47, Mostov I. I. ad n° 115, p. 508). Donaria ipsa varia fuerunt: a praetoribus Apollini Prostatae plerumque Victoriae statuae offerebantur aureae (96. 97. 98. 100) vel argenteae (89. 118?) vel aureae cum basi argentea (93. 113. 116), interdum torques aurei (80. 85. 91. 94. 101), phialae argenteae (82. 86. 92? 99 [ubi praeterea memoratur  $\chi\lambda\epsilon\iota\nu\eta\lambda\epsilon\iota\tau\eta$ ]. 105), coronae aureae (107), cingula gemmis ornata (83. 107), lectus (104. 118); semel memoratur pueri statua (84), quae casu felicissimo et ipsa ad nos pervenit. Victoriae statuae argenteae ab aedilibus quoque Mercurio offerebantur (128. 129). Donariorum Achilli Pontarchae oblatores subscriptiones ea re a ceteris differunt, quod donarii nomen in eis non indicatur, sed simpliciter dicitur  $\chi\alpha\rho\iota\sigma\tau\acute{\eta}\rho\iota\omicron\nu$ <sup>1)</sup>, excepto tit. 139, ubi corona memoratur a sacerdote oblata. Mos ipse in nova demum urbe post Geticam vastationem restituta exstitisse videtur: certe

1) Hoc indicio nomen in seriem titulorum Apollini Prostatae dedicatorum reieci omnia fragmenta dei nomine | carentia (nn° 116—126), in quibus aut donarium indicatum est, aut vox  $\chi\alpha\rho\iota\sigma\tau\acute{\eta}\rho\iota\omicron\nu$  deest.

nullus adhuc in lucem prodiit titulus, quem antiquioribus temporibus adscribere liceat; omnes qui exstant recentioris sunt aetatis; plerique videntur secundi aut tertii p. Chr. saeculi esse. Id primum scripturae rationibus probatur, deinde erroribus orthographicis et soloecismis, qui in multis reperiuntur titulis (exempli causa *λένχαι* et *παιδήματι* pro *λόγγη* et *πηδήματι* n° 130; *χρύσεος* forma gen. fem. nn° 93. 96. 98. 100. 116, *ἀργύρεος* fem. nn° 93. 116 etc.) quique sermonis pravitatem indicant, Dionis quoque testimonio probatam; tum nominibus originis barbarae<sup>1)</sup>, quibus tituli referti sunt, denique nominibus quibusdam Romanis, maxime imperatoriis, quibus imperatorum aetate persaepe et ubique usos esse Graeculos vix est quod moneam. Praeterea tenendum est multos titulos non magnis temporis spatiis inter se distare; saepe enim aut eadem nomina in duobus tribusve titulis occurrunt, aut nomina, quae eiusdem gentis homines ostendunt, velut patres et filios (exempla in adnotationibus indicabuntur). Cum autem desint plerumque indicia, quae uniuscuiusque tituli aetati accuratius definiendae inservant, ideoque ordine chronologico disponere eos non licuerit, disposui ordine alphabetico e nominibus eorum petito, qui singulis magistratuum collegiis praefuerint. De aetate horum titulorum copiose egi in libro meo, cuius titulus est «*Изсмд. обз исторіи и іосуд. стпов и. Омсін*», pp. 161—167. Alio eiusdem libri loco (p. 257) demonstravi in magistratuum catalogis singulos homines non promiscue, sed secundum dignitatis ordinem esse dispositos.

a. Tituli donariorum Apollini Prostatæ oblatorum.

80. Pila oblonga marmoris candidi a. 1,04 m., l. 0,31, cr. 0,20, quae primitus partem epistylî aedificii cuiusdam efficiebat, id quod probatur ornamentis architectonicis, quorum pars adhuc in angusto pilae latere est servata. Partis adversae, in qua est inscriptio, margines dexter et sinister aliquot locis laesi sunt. Litterae elegantes apicibus ornatae sunt (altæ circa 0,02 m.) facilesque lectu. «Ex schedis Blarambergii edidit Koeppen. Nordgest. d. Pont. p. 81 n. 4 (hinc Osann. Syll. p. 229). Nos formam litterarum dedimus e manuscriptis Koeppenii schedis ex apographo Blarambergii desumptis; sed quum Blarambergii apographum non videretur satis certum esse, correximus id ad fidem Koehleri adv. Koepp. p. 43» [= *Ges. Schriften* v. II p. 34 sq.]. Boeckh, C. I. Gr. II n° 2067.

Comes Uvarov *Rech.* p. 41 tradit hunc lapidem cum monumento sepulcrali Nicerati Nicerati f., quod infra dabimus, anno 1818 in castello dicto Adschigolski-gorodok (septem verstis ab Olbiae rudibus meridiem versus distanti) repertum a Kazakio Graeco, qui ibi praedium Jasselky dictum possederit (cf. Koeppen l. l. p. 82); inde in museum societatis Odessitanae pervenit, ubi exscripsi et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 50.

Hic idem exemplum repeto cum ectypo iterum collatum.

1) Ex his nominibus permulta optime explicuisse Vs. Millerum virum doctissimum nuper morte abreptum tribus commentationibus russice scriptis semel hic moneo. Prima commentatio prodiit a. 1886 in *ЖМНПр.*, p.

CCXLVII, pag. 232—283, altera a. 1891 in *Этнограф. Обзорніе*, № 1, pp. 188—193, tertia a. 1913 in *И.А.К.* fasc. 47, pp. 80—95.

1 ΑΓΑΘΗ ΤΥ  
 ΧΗΙΑΠΟΛΛΩ  
 ΝΙΠΙΟΣΤΑΤΗ  
 ΟΙΠΕΡΙΑΜΣ  
 5 ΜΔΙΟΝΔΜΣ  
 ΘΑΣΤΟΥΣΤ  
 ΤΗΓΟΙΑΧΙΑ  
 ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ-  
 ΝΟΥΜΗΝΙΟΣ  
 10 ΡΑΔΑΜΥΩΝ  
 ΤΟΣΝΕΙΚΙΑΣ  
 ΠΟΝΤΙΚΟΥ  
 ΔΡΕΙΒΑΛΙΣ  
 ΡΑΠΑΚΕΟΥΣ  
 15 ΒΡΑΓΟΣΣΑΜ  
 ΟΥΤΟΣΑΝΕ  
 ΙΚΑΝΣΤΡΕ  
 ΟΝΧΡΥΣΕ  
 ΥΠΕΡΤΗΣ  
 20 ΛΕΩΣΚΑΙ  
 ΣΕΑΥΤΩΝ  
 -

Ἀγαθῆι τύχηι.  
 Ἀπόλλωνι Π[ρ]οστάτῃ[ι] | οἱ περὶ  
 Ἀμω[ρό]μα[ρον] Ἀμ[ωρ]θάστου  
 σ[τρα]τηγοί·  
 Ἀχιλ[λεὺς] | Δημητρίου, |  
 √ Νουμήνιος | Ῥαδαμψῶν[τος],  
 Νεικίας | Ποντικοῦ, |  
 [Ἀ]ρεῖβαλις | Ῥαπακέου, |  
 [Ἀ]βραγος Σα[μ]βοῦτος  
 ἀνέ|[θη]καν στρε[π]τόν χρύσε[ον].  
 ὑπὲρ τῆς | [πό]λεως καὶ | [τῆς] ἐαυ-  
 τῶν | [υ]γείας.

*Var. lect.* V. 3 extr. TI Blar. ap. Koepf. «In der dritten Zeile ist . . . zu lesen ΠΡΟΣΤΑΤΗ, hiervon ist nur das I verschwunden». Koehl. — V. 4 extr. ΑΜΩΣ Bl. «das Σ hat nie am Ende der Zeile gestanden». Koehl. — V. 5 extr. ΑΜΩ edd. — V. 6 extr. ΣΤΡΑ edd. — V. 7 extr. ΑΧΙΑΛΕΟΣ Bl., ΑΧΙΑ Koehl. Boeckh. — V. 10 extr. ΩΝΟΥ Bl. «Am Ende der zehnten Zeile nicht stehen konnte ΟΥ». Koehl., cuius sententiam secutus Koepf. has litteras uncis inclusit in exemplo edito, Boeckhius omisit. — V. 13 in. lapidem laesum esse non animadverterunt edd. — V. 14 in. ΡΑ edd., extr. ΟΥΣΑ Bl. «Am Ende der 14. Zeile findet sich kein Α, folglich ist der Name . . . nicht Abragos, . . . sondern Bragos». Koehl. «Vs. 14 extr. licet ob spatii angustiam Σ minutum scriptum sit, non dubito perisse Α et ipsum minutum, quamquam obest Koehlerus». Boeckh. Recte quidem Koehlerus dixit v. 14 extr. nullum Α fuisse, sed non animadvertit v. 15 in. lapidem esse laesum; hic sine dubio fuit illud Α. — V. 15 extr. ΣΑΜ edd. — V. 16: ΟΥΤΟΥ ΑΝΕΘ Bl., correxit Koehl. — V. 17 in. ΘΗΚΑΝ Koehl. — V. 18 extr. ΧΡΗΣΕΟΝ Bl., qui inde a v. 17 inscriptionem quasi integram dedit, supplementis suis non distinctis ab eis litteris, quae tum in lapide exstabant (v. 21—22: ΣΕΑΥΤΩΝΥΓΕΙΑΣ).

Vv. 4—6 principis collegii patrisque eius nomina ita restituenda esse, ut in transcrip-



tionem dedi; indicavi vol. I add. p. 221, collatis nominibus Ἀμωρέμαρος, quod in aliis huius voluminis titulis obvenit (exempli causa n<sup>o</sup> 84, 101), et Ἀμάρθαστος, quod habemus in titulo Tanaitico IosPE<sup>1</sup>. v. II n<sup>o</sup> 438 (antea legeram Ἀμώ[μ]αιον Ἀμ[ω][θ]άστου).—V. 13 fortasse legendum esse [Ἀ]ρείβαλις (pro .δρείβαλις) indicavi IosPE<sup>1</sup>. IV add. p. 269, collato nomine Ἀρείβαλος, quod legitur *Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterr.* v. VI, p. 20, n<sup>o</sup> 39 (cf. Μοκάπορις IosPE<sup>1</sup>. v. II n<sup>o</sup> 223 et v. IV n<sup>o</sup> 254 (hic quidem per KK scriptum) et Μοκάπορος v. IV n<sup>o</sup> 241).—Vv. 15—16 iam in priore editione Σα[μ]βο[υ]τος restitui (pro Σαμο[υ]τος, quod dederant editores) collato nomine notissimo Σαμβίων.

Ἀχιλλεύς Δημητρίου, qui hic proximum a principe collegii obtinet locum, in tit. 86 est princeps; praeterea memoratur inter archontes in tit. 176. Δημήτριον Ἀχιλλέος, huius fortasse patrem aut filium, habemus in tit. 130. Idem dicendum de Νεικία Ποντικῶ, qui in tit. 102 inter praetores secundum a principe locum habet, et de Ποντικῶ Νεικίου, qui n<sup>o</sup> 82 item praetor est et n<sup>o</sup> 128 primus archon. Νουμήγιος Ῥαδαμφῶντος redit inter praetores in tit. 1745.

**Переводъ**<sup>1)</sup>. Съ добрымъ счастьемъ. Аполлону Простату стратиги съ Аморомаромъ сыномъ Амороаста во главѣ: Ахиллъ с. Димитрія, Нуминій с. Радампонта, Никій с. Понтика, Аривалій с. Рапакея, Аврагъ с. Самвута посвятили золотое ожерелье за городъ и свое здравіе.

81. Fragmentum tabulae marmoris albi a partibus dextra et ima fractum, a. 0,29 m., l. max. 0,33, cr. 0,09. Tituli litterae 0,03 m. altae diligenter exaratae sunt. Odessae exscripsi in museo societatis (inter Curisiana) et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n<sup>o</sup> 51. Hic idem exemplum repeto.

ΑΓ	ΑΓΛΘ	Ἀγαθ[ῆ τύχη].
ἈΠΟΛΛΩΝ		Ἀπόλλων[ι Προστάτη]
ΟΙΠΕΡΙΑΝ		οἱ περὶ Ἄν. . . .

V. I vocem quae est Ἀγαθῆ prope marginem incidere coeperat lapicida, sed duabus litteris exaratis cessavit et in medio lapide denuo incidit.

82. Tabula marmoris candidi infra fracta, a. 0,95 m., l. 0,62, cr. 0,18. Supra desinit in fastigium marginibus eminentibus ornatum, sub quo aquila repraesentata est unguibus ramum tenens; fastigium pilis sculptis sustinetur, inter quas titulus exaratus est litteris

1) Этотъ переводъ можетъ служить образчикомъ и для другихъ памятниковъ этого отдѣла. Издатель счелъ излишнимъ давать переводъ каждаго изъ нихъ въ виду того, что всѣ они изложены на одинъ манеръ и разнятся между собою почти только собственными именами и названіями приношеній; переводы будутъ приложены только для тѣхъ памятниковъ, редакция которыхъ отличается какими-либо болѣе важными особенностями.

elegantibus, a. 0,025—0,03 m. Sub titulo viri imago palmam tenentis umero impositam rudi quadam manu addita est. Ed. Th. Struve *ЗНОО*. v. VI (a. 1867) p. 23 et *Rhein. Mus.* v. XXV (a. 1870) p. 352 n° 3, Jurgiewiczii usus apographo. (K. Muellenhoff *Hermae* v. III p. 445 n° VI ad Struvii exemplum russice editum).

Mosquae exscripsi in museo historico (inter Buratschkoviana) et edidi *IosPE*<sup>1</sup>. v. I n° 52. Hic idem apographum repeto.

1	ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ	
	ΑΠΟΛΛΩΝΙ ΠΡΟΣΤΑ	
	ΤΗΟΙ ΠΕΡΙ ΑΡΓΟΥ ΑΝΑ	
	ΓΟΝ ΚΑΡΑΞΤΟΥ ΣΤΡΑΤΗ	
5	ΓΟΙ ΠΟΝΤΙΚΟΣ ΝΕΙΚΙΟΥ	
	ΑΒΡΑΓΟΣ ΧΟΥ ΑΡΨΑΖΟΥ	
	ΑΡΘΑ Μ Μ ΝΟΣ ΠΙΝΜΑ	
	ΖΟΥ ΑΛΟΗΣ ΜΑΘΑΝΟΥ	
	ΑΡΣΗΟΥ ΑΧΟ ΚΑΣΑΓΟΥ	
10	ΑΝΕΘΗΚΑΝ ΦΙΕΛΗΝ	
	ΑΡΓΥΡΑΝΥΠΕΡΤΗΣ	
	ΠΟΛΕΩΣ ΕΥΣΤΑΘΙΑΣ	
	ΚΑΙ ΤΗΣ ΕΑΥΤΩΝ ΥΓΕΙ	
	ΑΣ	

Ἀγαθῆ τύχη.

Ἀπόλλωνι Προστάτῃ οἱ περὶ

Ἀργουάναγον Καραῆτου στρατηγοῖ

Ποντικὸς Νεικίου,

Ἄβραγος Χουαρσάξου,

Ἀρδάμ[μα]νος Πινμάξου,

Ἀ[δ]όης Μαθάνου,

Ἀρσηούαχος Κασάγου

ἀνέθηκαν φιέλῃν ἀργυρᾶν ὑπὲρ τῆς

πόλεως εὐσταθίας καὶ τῆς ἑαυτῶν

υγείας.

*V. lect.* V. 4: ΚΑΡΑΣΤΟΥ — v. 6: ΑΡΣΑ — v. 7: ΑΜΜΩΝΟΣ — v. 8: ΑΛΟΗΣ — v. 9: ΧΟΣΚΑΣΑΓΟΥ Struve.

Nomen quod est Κάραξτος variis scribitur modis: hic et n° 132 Κάραξτος, n° 138 Κάραξτος, n° 92 Κάραστος. Arguanagus Caraxti f. qui in hoc titulo praetorum princeps est, inter archontes nominatur n° 132; is pater fortasse fuit aut filius Caraxti illius Arguanagi f., qui in tit. 138 inter praetores memoratur. De Pontico Niciae f. vide ad n° 80. Ἄδός v. 8 recte restitutum esse a Struvio testantur nunc alii tituli (v. indices), in quibus idem redit nomen casu nominativo (Boeckhii cum non nosset nisi genitivum Ἄδού, putabat nominativum fuisse Ἄδοος, *Introd.* p. 116). Ponticum Niciae f. Olbiopolitam commemorari in titulo Tomitano *Arch.-ep. Mitth. aus Oesterreich* v. VIII p. 18 n° 50 monui v. I add. p. 221. Nomen Ἀρδάμμανος, pro quo in priore editione legebam Ἀρδάμ[μω]ν Ὀσπινμάξου, correxi e tit. 135.

**83.** Tabula integra marmoris albi ad cinereum colorem inclinantis, a. 1,09 m., l. 0,70, cr. 0,15. Superne abscisa est in formam aetomatis humilis, ima pars terrae infigenda crassior relicta est. Tituli litterae apicibus ornatae, punctorum binorum formam praebentibus, leviter quidem exaratae sunt, sed satis bene etiam nunc conservatae (a. 0,042 m.).

Ad dextram partem versus quinti signum quoddam incisum est. Exscripsi et edidi *IAK.* f. 18, p. 103, n° 4.

Lapis a. 1905 a Pharmakovskio in Olbiae ruderibus effossus exstat Petropoli in museo Universitatis.

1	ἈΓᾶΘΗΤΥΧΗ ἈΠΟΛΛΩΝΙΠΡΟΣΤᾶ ΘΗΙΟΠΕΡΙἈΡΣΗΟΥἈΧΟΝ ΕΥΡΗΣΙΒΙΟΥΣΤΡᾶΤΗΓΟΙ 5 ΤΟΒ ΞΑΡΤΑΜΟΣΚᾶΡΙΓΓ ΖΟΥἈΖΟΥΟΚᾶΙΙΛΒΙΟΣ ΠΟΥΡΘΑΙΣΝΙΝΙΚΕΟΥΣ ΧᾶΛΑΙΣΚΑΡΖΟΥἈΖΟΥ ΔΩΤΟΥΣΓΟΛᾶΣΤΕΦᾶ 10 ΝΟΣΚᾶΛᾶΝΔΙΩΝΟΣ ΖΩΣΤΗΡᾶΧΡΥΣΟΥΝΔΙ ἈΛΙΘΟΝΠΕΡΙΕΘΗΚᾶΝ ΥΠΕΡΤΗΣΠΟΛΕΩΣΚᾶΙ ΤΗΣΕΑΥΤΩΝΥΓΕΙΑΣ	Ἀγαθῆι τύχη. Ἀπόλλωνι Προστάτη οἱ περὶ Ἀρσηοῦαχον   Εὐρησιβίου στρατηγοὶ   τὸ β'. Ξάρταμος Καρζουάζου ὁ καὶ Ἴλβιος, Πούρθαις Νινικέους, Χάλαις Καρζουάζου, Δωτοῦς Γόλα, Στέφανος Καλανδιῶνος ζωστῆρα χρυσοῦν δι- ἀλιθὸν περιέθηκαν ὑπὲρ τῆς πόλεως καὶ τῆς ἑαυτῶν ὑγείας.
---	---	---


Δωτοῦς Γόλα (v. 9) redit in titulo 99, ubi proximum a principe obtinet locum; inde sequitur hunc titulum illo aliquot annis esse antiquiorem. Stephanus Calandionis f. fortasse frater fuit Eupli Calandionis f., qui occurrit in titulis 90, 100, 175. Καρζουάζου nomen (vv. 5 et 8) procul dubio scripturae tantum varietate differt a nomine Καρζουάζος, quod habemus in tit. 39.

84. Tabula integra marmoris albi ad caeruleum colorem inclinantis, paululum curvata, supra et infra epistylis ornata, a. 1,09 m. l. 0,70, cr. in epistylis 0,26, sub eodem 0,13 m. Videtur fuisse pars exedrae magnae semirotondae. Titulus elegantissime exaratus optime etiam nunc legitur; litterae 0,043 m. altae apicibus ornatae sunt, haud raro punctorum binorum formam praebentibus. Edidi *IAK.* f. 18, p. 104, n° 5, cum imagine zincotypica, quae hic repetitur. Cf. B. Pharmakowsky, *Archäolog. Anzeiger* 1906, col. 120—121 (item cum imagine zincotypica).

Lapis a. 1905 a Pharmakovskio in Olbiae ruderibus repertus exstat nunc Petropoli in museo Universitatis.

(Textum vide p. 118).

Ex hoc praetorum collegio nemo in aliis titulis commemoratur. Illa ipsa pueri statua, quam praetores Apollini se consecrasset praedicant, videtur a Pharmakovskio eodem anno esse effossa. Statua e marmore candido satis rudi quidem manu sculpta, sed optime conservata,




Ἀγαθῆι τύχη.  
 Ἀπόλλωνι Προστάτη  
 οἱ περί Ἀρχέδημον Δα-  
 δάκου στρατηγοί  
 Ἀχιλλῆτος Νεικηράτου,  
 Ἀσπούργος Παρσπανάκου,  
 Ζουρῶζις Γετομούσου,  
 Διονύσιος Ἑρμεγένους,  
 Βάξαργος Ἀμωρομάρου  
 παῖδα κατέστησαν δῶρον ὑπὲρ  
 τῆς πόλεως καὶ τῆς ἐαυ-  
 τῶν ὑγείας.

repraesentat puerum nudum stantem, sinistra utrem tenentem, qui aqua impleri posse videtur, unde probabile fit statuam ad fontem ornandum fuisse destinatam. Descriptionem eius et imagines dedit Pharmakovsky in *Ομνυτῆ Ἡκπ. Ἀρχ. Κομμ. za 1905 v.*, p. 15, n<sup>o</sup> 15 et 16 (tituli ipsius imagine repetita ibid. p. 16 n<sup>o</sup> 17) et *Archäolog. Anzeiger* 1906, col. 119, n<sup>o</sup> 5.

**85.** Gleba marmoris candidi in formam parallelepipedo elaborata, cuius parti adversae aetate Romana praetorum Olbiopolitanorum titulus dedicatorius erat incisus. Multis saeculis post, cum Turci oram septentrionalem Ponti Euxini possiderent, lapis ad construendum monumentum sepulchrale Turci cuiusdam adhibitus est. Cui usui ut melius adaptaretur, terrae impositus est ita, ut pars titulo graeco praedita ad terram spectaret, et a lateribus abscisus, quo factum est, ut a sinistra singulae litterae uniuscuiusque versus perirent, a dextra complures. Eodem tempore a dextra linea directa desuper ad imum producta est. In partibus, quae lapide a lateribus absciso obliquae erant factae, utrimque titulus arabicus incisus est (continens Corani II surae v. 256). Tempore procedente uterque angulus eius partis, quae primitus fuerat summa (scilicet supra titulum graecum), ita laesus est, ut media pars tituli arabici prorsus periret, in titulo graeco extremae litterae versuum trium superiorum corrumperentur. Lapis, ut nunc est, altus est 0,76 m., l. 0,35, cr. 0,36. Titulus graecus diligenter

exaratus est litteris 0,025 m. altis. Edidi *HAK.* fasc. 47 (a. 1913), p. 105, addita imagine photographica zinco expressa ( $\frac{1}{6}$  v. m.), quam hic repeto. Lapidis laterum titulo arabico praedictorum imagines ibid. dedi p. 106 cum versione russica.


Lapis vere a. 1912 a S. N. f. Goerbel Consilio Imp. archaeologico donatus exstat nunc in museo Imperiali quod dicitur Ermitage.



[Ἄγα]θῆ [τ]ύχη.  
 Ἀπό]λλωνι Π[ροστάτη  
 ο]ί περι Ἀτάδο[να Μη-  
 τ]άκου στρατηγ[οί·  
 Π]ανέρως Ἐρωτο[ς, . . .  
 ]ίτσαζος Ἰαζαδ[άγου,  
 Ἑ]ρακλείδης Τού[μβάγου,  
 Γ]άιος Κασάγου, Σ[ . . .  
 .]ος Βάτου ἀνέθ[ηκαν  
 σ]τρεπτόν χρύ[σειον  
 ὑ]πὲρ τῆς πόλε[ως και  
 τ]ῆς ἑαυτῶν ὑγ[είας].

Ἀτάδων Μητάκου, qui hic est praetorum princeps, redit in tit. 106, ubi ultimum inter praetores locum obtinet. Inde sequitur hunc titulum illo aliquot annis esse recentiorem. Τούμβαγος Ἑρακλείδου, qui inter praetores commemoratur in tit. 100, fortasse pater fuit aut filius eius viri, qui in hoc titulo quarto loco est inscriptus. Ἰαζάδ[αγος] nomen v. 6 positum videtur scripturae tantum varietate differre a nomine Ἰέζδαγος, quod videbimus in tit. 111. Praetorum tertii et sexti nomina restituisse non contigit.

86. Fragmentum statuæ marmoris candidi bene elaboratae (a. 0,75 m., l. 0,35), cuius parti aversae recentiore aetate titulus est incisus. Inventum id esse in oppido Oczakov («на горѣ близь Карагтинной пристани, въ землѣ») nobis scripsit Surutschanus. Vere a. 1887 Kondakovius prof. lapidem acquisivit et museo Universitatis Odessitanae intulit; ad ectypum chartaceum ab eodem liberalissime suppeditatum edidi titulum *ΞΗΡΑΟ*. v. IV p. 126 n° 52<sup>1</sup> et *ΙοςΡΕ*<sup>1</sup>. v. IV n° 15. Litterae in ectypo optime dispiciuntur nisi quod prope margines aliquot locis sunt detritae; altae sunt 0,025 m. Hic ex eodem ectypo accuratius delineatum titulum praebeo (<sup>1</sup>/<sub>7</sub> v. m.).



[Ἄγα]θῆ [τύ]χ[η].  
 [Ἀπό]λλωνι Προστά-  
 [τη] οἱ περὶ Ἀχιλλέα  
 [Δη]μητρίου στρατη-  
 [γ]οί· Παπίας Ἀχιλλέ-  
 ος, Θεόφιλος Θεο-  
 φίλου, Πουρδάκης  
 Μανιάγου, Ἀνθέσ-  
 τιος Σαμβίωνος,  
 Ἄζιαγος Οὐαχωζά-  
 [χ]ου φιέλην ἀργ[υ-  
 ρ]ᾶν ἀνέθηκαν  
 [ύ]περ τῆς πόλε-  
 ος εὐσταδίας  
 [κ]αὶ τῆς ἑαυτῶν  
 ὑγείας.

Inter praetores duo sunt, quos ex aliis inscriptionibus iam novimus: nam Ἀχιλλεύς Δημητρίου collegii princeps idem videtur esse atque is, qui in tit. 80 proximum a principe obtinet locum et n° 176 inter archontes tertio loco inscriptus est, Ἀνθέστιος Σαμβίωνος apparet n° 129. Cum in libro nostro, inscripto «*Ἰεραπολιτοῦ ὁβὲς ιστορίῳ καὶ ἱεροῦδ. στρωβ. καὶ Ολοῖῳ*» (p. 162 sq.), de ordine chronologico titulorum Olbiopolitanorum ageremus, quibus iidem homines essent inscripti, titulum n° 129 Traiani imperatoris aetate non esse antiquiorem demonstravimus, sed titulo n° 80 aliquanto antiquiorem. Titulus vero, quem nunc edimus, numero 80 paululo recentior est habendus propterea quod Achilles Demetrii f., qui in illo catalogo primus est post principem, in nostro titulo iam est princeps.

De nominibus propriis nonnullis pauca addamus necesse est. De Μανιάγου nomine v. ad n° 96. Ἄζιαγος nomen in aliis titulis nondum obvenit; sed in titulo n° 142 et Murzakewiczius

et ego simillimum nomen legimus AZIAIOY; quam similitudinem cum animadvertissem, Jurgiewiczium rogavi. ut iterum inspiceret, quomodo in tit. 142 nomen illud legeretur; qui statim qua solebat esse comitate respondit illic revera esse AZIAIOY. Pütandum est igitur AZIAIOS et AZIAGOΣ aut varias eiusdem nominis formas esse, aut duo nomina inter se simillima. Οὐαχῶζα[χ]ος nomen inter Olbiopolitana nondum obvenit, sed comparandum est cum Tanaiticis Χοδιάκιος et Ὀχωδιάκιος (v. IosPE<sup>1</sup>. v. II ind. IV), a quibus fortasse non differt nisi pronuntiatione (cf. Olbiopolitana Ἀρσηούαχος, Ἀρσηόαχος, Ἀρσήοχος).


87. Fragmenta duo coniuncta tabulae marmoris candidi, undique mutila, a. 0,215 m., l. max. 0,135, cr. 0,095. In fragmine superiore exstant superiores partes trium versus primi litterarum, reliqua omnia in inferiore (litt. a. circa 0,03 m.). Rep. Olbiae m. Augusto a. 1885, exstabant Kischinevi in museo Surutschaniano. Ad ectypum chartaceum edidi ΖΗΡΑΟ. v. IV p. 128 n° 52<sup>2</sup> et IosPE<sup>1</sup>. v. IV n° 16. Hic idem exemplum repetitur.

ΤΥΧΗ  
ΝΙΠΡC  
\_ΡΙΑ  
x x r

[Ἀγαθῆ] τύχη.  
[Ἀπόλλω]νι Προ[στά-  
τη οἱ πε]ρι Ἄ[.....  
... Οὐα]λλε[ρίου?  
στρατηγοὶ κτλ.

88. Fragmentum tabulae marmoris candidi venis rubris variati, utrimque politae, a. 0,23 m., l. 0,12, cr. 0,04. Supra exstat marginis particula. Pars adversa, ut patet ex imagine, adeo laesa est, ut paucae tantum litterae bene dispiciantur (a. 0,025 m.). Edidi ΗΑΚ. f. 18, p. 107, n° 10, cum imagine, pro qua hic novam minore modulo factam praebeo.

Fragmentum a. 1905 in Olbiae rudibus a Pharmakovskio inventum exstat nunc Odessae in museo societatis.



[Ἀ]γαθ[ῆ] τύχη.  
Ἀπόλλων]ι [Προστάτη  
οἱ πε]ρ[ι] Δά[δακον?...  
...ο]υ στρα[τηγοὶ ὁ δεῖ-  
να....]του[...]

89. «Lapis Olbiopolitanus, Athenas ad Fauvelium translatus, ubi transcripsit Walpolius, ex cuius schedis ed. Clark. Itin. t. I p. 616 [ed. 4 v. II p. 354]. Ex hoc Rochettus Antt. Bosp. tab. VIII n. 1. non tamen sine mutatione». Boeckh, C. I. Gr. II n° 2069.

Cf. quae de lapide ad n° 79 adnotavi. Exemplum Clarkianum repetii IosP'E<sup>1</sup>. v. I n° 53 et hic repeto.

1	ΑΓΑΘΗΤΥΧΗ	Ἀγαθῆι τύχη.
	ΑΠΟΛΛΩΝΙΠΡΟΣ	Ἀπόλλωνι Προσ τάτῃ οἱ περι
	ΤΑΤΗΙΟΙΠΕΡΙΔΗΜΗ	Δημή τριον Πραξιάνακτος   στρατηγοί
	ΤΡΙΟΝΠΡΑΞΙΑΝΑΚΤΟΣ	Ἀλούθα[γ]ος   Ἀντέρωτος,
5	ΣΤΡΑΤΗΓΟΙΑΛΟΥΘΑΤΟΣ	Αἴλιος   Ναυτεί[μ]ου,
	ΑΝΤΕΡΩΤΟΣΑΙΛΙΟΣ	Ἀριστό νικος Διονυσίου ὁ
	ΝΑΥΤΕΙΛΛΟΥΑΡΙΣΤΟ	καὶ βασιλεύς,
	ΝΙΚΟΣΔΙΟΝΥΣΙΟΥ	— — — — —
	ΚΑΙΒΑΣΙΛΕΥΣ . . . . .	— — — — —
10	. . . . .	
	. . . . . ΑΝΕΘΗ	ἀνέθη κάν Νείκην ἀργυρᾶν   ὑπὲρ τῆς
	ΚΑΝΝΕΙΚΗΝΑΡΓΥΡΑΝ	πόλεως καὶ τῆς ἐ αυτῶν ὑγείας.
	ΥΠΕΡΤΗΣΠΟΛΕΩΣΚΑΙΤΗΣΕ	Λούκιος Λουκίου [ὑπηρέτησεν κτλ.]
	ΑΥΤΩΝΥΓΕΙΑΣ	
15	ΛΟΥΚΙΟΣΛΟΥΚΙΟΥ	

«Βασιλεύς videtur sacrificulus rex esse, fortasse unus ex archontibus, ut Athenis: post βασιλεύς periit fortasse γενόμενος. De duplici quidem nomine (cf. ad n. 2090 [nobis ~~103~~]) hic non cogitandum videtur, quod in hac terra duplicium nominum solet alterum barbarum esse. Post haec unius tantum viri nomen perierit. Vocem ὑπηρέτησεν supplevi ex n. 2071 [nobis 94; cf. 107 et 111]. Vs. 5 conieci Ἀλούθα[γ]ος; vide Introd. Γ et Τ facile confunduntur». Boeckh.

Haec non omnia recte disputata esse a viro illustrissimo facile tibi persuadeas. Primum enim praetorum est titulus, non archontum, ideoque vix potuit Aristonicus ἀρχων βασιλεύς esse, quia eodem anno eundem virum duobus muneribus (scilicet praetoris et archontis) functum esse minime est probabile. Equidem potius eo inclinor, ut regis sacrificuli munus Olbiae διὰ βίου fuisse putem (ut Romae, et apud Graecos multa sacerdotum munera Romanae aetatis) illumque, qui hoc munere fungeretur, simul alios magistratus annuos gerere potuisse<sup>1</sup>). Deinde post βασιλεύς vocem duorum praetorum, non unius, nomina periisse consentaneum est, quia omnino quinque fuerunt Olbiae praetores praeter principem, non quattuor; ex omnibus praetorum titulis, qui integri ad nos pervenerunt, unum tantum habemus 94, qui quattuor

1) Ceterum monendum est voce Βασιλεύς ut nomine | in quo commemoratur Αὐρ. Βασιλεύς Καλλισθένους (v. proprio usos esse Olbiopolitas probari titulo dedicatorio, | indices).




nomina referat praeter principem; sed hoc casu aliquo potius factum esse videtur, fortasse ideo quod quintus mortuus erat, antequam magistratu se abdicaret. Et si γενόμενος illud Boeckhianum, quod nobis videtur supervacaneum, omiserimus, spatii satis habebimus ad duo nomina restituenda: cf. vv. 5—7, ubi nomina satis longa quae sunt Ἀλούθα[γ]ος Ἀντέρωτος, Αἰλιος Ναυταί[μ]ου tantundem fere spatii obtinent. Quod autem Boeckhius Introd. p. 89,9 praetorum collegii principem archontem eponymum fuisse coniecit, id minime est probabile. De regis sacrificuli munere cf. quae disputavi *Изслед. обѣ Олаσίου*, p. 301—303.

Propter Aelii nomen titulus Hadriani imperatoris aetate non est antiquior. Praetores huic titulo inscripti in aliis non occurrunt.

**90.** Angulus dexter superior pilae marmoris subcaerulei a. 0,20 m., l. 0,16, cr. 0,28. Pilam olim parieti fuisse inmissam probant vestigia cavernarum triangularum in partibus summa et dextra, nec non clavorum ferreorum in parte aversa. Titulus alte et accurate incisus litteris 0,02 m. altis optime etiam nunc legitur. Exscripsi et edidi *ΙΑΚ.* f. 18, p. 104, n° 6. Hic praebeo imaginem photographicam zinco expressam.

Lapis a. 1905 in Olbiae rudibus a Pharmakovskio repertus exstat nunc Odessae in museo societatis.



[Ἀγα]θῆ τύχη.  
[Ἀπόλλω]νι Προ-  
[στάτῃ] σί περι Εὐ-  
[πλου]ν Κ]αλανδίου-  
[νος στ]ρατηγού  
κτλ.

Euplus Calandionis f., qui in hoc titulo est collegii princeps, commemoratur etiam n° 175, ubi quintum a principe locum tenet, et n° 100, ubi est quartus. Inde colligimus hunc titulum illis recentiore esse aliquot annis.

**91.** Tabula integra marmoris candidi, a. 0,56 m., l. 0,40, cr. 0,07. Titulus litteris grandioribus diligenter exaratus etiam nunc optime legitur. Primum editus est a. 1814 in opere periodico, quod inscriptum est «Периодическое сочинение о успѣхахъ народнаго просвѣ-

шения» (Спб., при Имп. Академіи Наукѣ), n° XXXVII p. 195 sq. in tabula lithographica cum versione russica. Postea ex Stempkovskii schedis ed. Rochettus, Antt. Bosp. tab. V, n° 3 et p. 198; inde Boeckh, C. I. Gr. II n. 2070.

Lapis a. 1810 a comite Severino Potockio in Olibiae ruderibus inventus Universitati Charcoviensi dono datus est, cuius in museo exscripti a. 1883 et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 54. Hic idem exemplum repeto.

1	Λ Θ Η Ι Τ Υ Χ Η Ι Α Π Ο Λ Λ Ω Ν Ι Π Ρ Ο Σ Τ Α Τ Η Ο Ι Π Ε Ρ Ι Κ Λ Ι Ν Α Ζ Α Ρ Θ Ο Ν Α Ρ Γ Ο Υ Α Ν Α Γ Ο Υ Σ 5 Σ Τ Ρ Α Τ Η Γ Ο Ι Δ Α Δ Ο Σ Α Δ Α Δ Ο Υ Χ Ο Υ Ν Α Ρ Ο Σ Η Ρ Α Κ Λ Ε Ι Δ Ο Υ Α Β Ν Ω Ζ Ο Σ Ρ Α Θ Α Γ Ω Σ Ο Υ Χ Α Ρ Α Ζ Η Ν Ο Σ Α Β Ρ Α Γ Ο Υ Ο Υ Α Ρ Ζ Β Α Λ Ο Σ Α 10 Β Ρ Α Γ Ο Υ Α Ν Ε Θ Η Κ Α Ν Σ Τ Ρ Ε Π Τ Ο Ν Χ Ρ Υ Σ Ε Ο Ν Υ Π Ε Ρ Τ Η Σ Π Ο Λ Ε Ω Σ Ε Ψ Τ Α Θ Ι Α Σ Κ Α Ι Τ Η Σ Ε Α Υ Τ Ω Ν Υ Γ Ε Ι Α Σ	[Αγ]αθηι τύχη Απόλλωνι Προστάτη οι περι Καινά- ξαρθον Αργουανάγου στρατηγοί Δάδος Δάδου. Χούναρος Ηρακλείδου, Αβνωζος Ραθαγώσου, Χαράζηνος Αβράγου, Ούαζβαλος Αβράγου ανέθηκαν στρεπτόν χρύσειον υπέρ της   πόλεως ευσταδίας και   της εαυτών υγείας.
---	--	---

V. lect. In exemplo russice edito totus titulus septem versibus non recte dispositus est. V. 1 in. ibid. ΑΓΑΘΗ, ap. Roch. ΑΘΗ. — V. 3 extr. ΖΑΡ et v. 4 med. ΑΡΤΟΥ Roch. (recte ed. russ.). — V. 7: ΡΑΚΕΙ ed. russ. — V. 8 extr. ΖΗΝΟΣ Roch. — V. 9 in. ΑΒΡΑΓ. id. p. 198 (recte in tab.). — Vv. 9—10 vox ΑΒΡΑΓΟΥ in ed. russ. supra lineam litteris minoribus addita est. — V. 12 med. ΣΤΡΑ Roch. — Vv. 4, 5, 8, 13 sigla interpunctioni inserta non sunt enotata. Iure igitur Koehlerus adv. Roch. p. 126 (= *Ges. Schr.* I p. 212) titulum a Stempkovskio non accurate esse transcriptum dixit, quamquam dubitare licet, num ipse accuratius habuerit apographum, cum nullas lectiones veriores addiderit.

De nominibus in -ξαρθος exeuntibus v. quae dixerunt Muellenhoff *Monatsber. d. Berl. Akad.* 1866 p. 572, Marty in *ΣΗΟΟ.* v. 31 (1913), protoc. p. 35, Vs. Miller *ΙΑΚ.* fasc. 47 (1913), p. 83, ad n° 12. V. 6 Χούναρος (quod in [Κ]ούνα[γ]ος mutare voluit Boeckhius) et v. 9 Ούαζβαλος nulli dubitationi sunt obnoxia.

92. «Ein Block von weissem Marmor..., welcher ursprünglich das Eckstück eines mit reicher Relief-Darstellung verzierten Frieses eines grösseren Gebäudes gebildet hat und offenbar bis in das vierte oder fünfte Jahrhundert v. Chr. zurückreicht. Die gegenwärtige Dicke beträgt 5 Verschock (0,22 Mètre), die Höhe und Länge je 13 Versch. (0,56 M.). . .

In römischer Zeit, etwa im zweiten Jahrhundert v. [leg. nach] Chr., ist das Gebäude, von dessen Fries uns leider nur ein so kleiner Theil erhalten ist, zerstört worden und die einzelnen Marmor-Blöcke haben anderen Zwecken dienen müssen. Der uns erhaltene Block ist benutzt worden, um auf der Rückseite in ganz flacher Form einen Giebel einzumeisseln und darunter die folgende Inschrift anzubringen, deren Ende jedoch noch später mit einem Theil des Blocks wieder verloren gegangen ist». L. Stephani in *Compte-rendu de la commission Impér. arch. pour l'année 1874*, p. 100.

Lapis a. 1873 in Olbiae rudibus ab Io. G. f. Zabelino inventus Petropoli servatur in museo Imperiali quod vocatur Ermitage. Exscipsi et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 55. Hic idem exemplum repeto.

1	ΑΓΑΘΗΤΥΧΗ	Ἀγαθῆ τύχη.
	ΑΠΟΛΛΩΝΙΠΡΟΣΤΑΤΗ	Ἀπέλλωνι Προστάτῃ
	ΟΙΠΕΡΙΚΑΡΑΣΤΟΝΣΑΡΑΤΟΥ	οἱ περὶ Κάραστον Σαράτου
	ΣΤΡΑΤΗΓΟΙΝἈΜΓΗΝΟΣ	στρατηγῶν Νάμγηνος
5	ΝΕΙΚΟΔΡΟΜΟΥΟΡΟΝΤΗΣ	Νεικοδρόμου, Ὀρόντης
	ΟΡΟΝΤΟΥΟΥΣΙΓΑΣΟΣΣΙΡΑ	Ὀρόντου, Ὀσίγασος Σιράγου,
	ΧΟΥΤΑΝΑΣΙΣΟΣΧΟΥΡΑΡ	Τανάσισος Χουαρσάου,
	ΣΑΖΟΥΚΑΣΑΙΣΠΑΡΝΟΥ	Κάσαις Πάρνου
	ΙΝΑΡΓΥΡΑΝ	[ἀνέθηκαν φιέλη?]ν ἀργυρᾶν κτλ.

De nomine Κάραστος v. quae dixi ad n° 82.

**93.** Tabula integra marmoris caerulei a. 1,24 m., l. 0,75, cr. 0,10, infra non polita. Tituli litterae elegantes altae sunt 0,025—0,03; vv. 1—10 litterae ΑΔΛ et inde a v. 11 fere omnes apicibus ornatae sunt. «Ed. Koeppen Nordgest. d. Pont. p. 81 n. 3. ex quo Osannus Syll. p. 229. Nos accuratius damus ex ipsis Koeppenii schedis, in quibus vs. 10 in edito lacunosus exhibetur integer, fere ut eum in lapide scriptum esse docet Koehler adv. Koeppen. p. 43 [= *Ges. Schr.* v. II p. 34]». Boeckh. C. I. Gr. II n° 2074<sup>1</sup>).

Petropoli exscipsi in scalis bibliothecae publicae, quo lapis Stolna a. 1880 adlatus est (cf. ad n° 32), et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 56. Inde minusculis litteris repetiit F. Bechtel, *Die Inschriften des ion. Dialekts* (Götting. 1887) p. 83, № 129, additis adnotationibus de usu formarum χρύσεος et ἀργύρεος. (Indicavi hanc editionem *ΣΗΡΑΟ.* v. IV, p. 143, et IosPE<sup>1</sup>. v. IV add. p. 269). Hic idem exemplum repetitur.

1) Quod Boeckhii in fine lemmatis addidit Koehlerum de hoc titulo dixisse etiam in libello «*Médailles Grecques*», ut ipse e Koeppenii libro videret, id verum non est. Koehlerus enim eo loco, quem laudavit Koeppen

(v. *Ges. Schr.* I p. 34), nomen quod est Νουμήνιος Ἐραμψώντος attulit ex eo titulo, qui nobis est 80, de hoc autem prorsus nihil dixit.

1 | Α. ΑΘΗΛΛΗ  
 ΑΠΟΛΛΩΝΙ ΠΡΟΣΤΑΤΗ  
 ΟΙ ΠΕΡΙ ΜΑΡΚΟΝΟΥΛΠΙΟΝ  
 ΠΥΡΡΟΝ ΑΡΣΗΟΥ ΑΧΟΥ ΣΤΡΑ  
 5 | ΤΗΓΟΙ ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ  
 ΞΗΣΣΑΓΓΑΡΟΥ ΖΩΙΛΟΣ  
 ΑΡΣΑΚΟΥ ΒΑΔΑΚΗΣ  
 ΡΑΔΑΝΥΩΝΤΟΣ  
 ΕΠΙΚΡΑΤΗΣ ΚΟΞΟΥΡΟΥ  
 10 | ΑΡΙΣΤΩΝΟΥ ΑΡΓΑΔΑΚΟΥ  
 ΑΝΕΘΗΚΑ ΝΗΙΚΗΝ  
 ΧΡΥΣΕΟΝ ΣΥΝ ΒΑΣΕΙ ΑΡ  
 ΓΥΡΕΩ ΓΕΡΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ  
 ΚΑΙ ΤΗΣ ΕΑΥΤΩΝ ΥΓΕΙΑΣ

*vac. 0,67.*

Α[γ]αθη̄ [τύ]χη.  
 Απόλλωνι Προστάτη | οί περί  
 Μάρκον Ούλπιον | Πύρρον Ἀρσηου-  
 άχου στρατηγοί.  
 Δημήτριος | Ξησσαγάρου,  
 Ζώιλος | Ἀρσάκου,  
 Βαδάκης | Ῥαδανψώντος,  
 Ἐπικράτης Κοξούρου,  
 Ἀρίστων Οὐαργαδάκου  
 ἀνέθηκαν Νείκην χρύσειον σὺν βά-  
 σει ἀργυρέῳ ὑ[π]έρ τῆς πόλεως καὶ  
 τῆς ἑαυτῶν ὑγείας.

*V. lect. V. 1: ΑΓ᾽ΑΘΗΤΥΧΗ* edd. — *V. 7* inter duo nomina foliolum interpunctioni inserviens posuit Boeckh (sine dubio ex Koeppenii manuscripto), quod tamen in lapide nunquam videtur exstitisse. — «*Vs. 10* Koehl. diserte ΟΥΑΠΑΔΑΚΟΥ; Koepp. (Nachhall p. 14) dubitabat, quartus ductus essetne Π an ΡΓ. In edito eius-exemplo est O. A. ΑΔΑΚΟΥ». Boeckh. Ego ΡΓ litteras certas esse notavi in schedis. — *V. 12* in. Χρῖ Koepp. in edito, ΧΥ Boeckh. — *V. 13: ΥΠΕΡ* edd.

M. Ulpius Pyrrhus redit in tit. 129, ubi est archontum princeps. Vixisse eum non ante Traianum ex ipso nomine colligitur.

**94.** «Marmor est candidum, 1'7" longum, 1' latum; supra est anáglyphum, quo globus expressus ad sinistram, et iuxta hunc ad dextram figura animalis, gryps ni fallor, etsi Koeppenius (Nachhall p. 14) sphingem dicit; iuxta hanc ad dextram duo pedes humani. [«Der obere Theil des Steines. . . ist leider abgebrochen». Koepp. l. cit. infra]. Cetera tria latera sertis laureis ornata sunt; sub ultimi versus litteris ΧΡ clavus ferreus erat, qui lapidi in muro retinendo inserviebat. *Vs. 1* inter ἀγαθη̄ et τύχη ornamentum aliquod sculptum est, ut passim in huiusmodi titulis[?]. Ed. Koeppen Nordgest. d. Pont. p. 79. n. 1. Nos dedimus ex Koeppenii manuscripto apographo accuratissimo; in hoc comparent etiam ea, quae Koehlerus adv. Koepp. p. 42 [= *Ges. Schr.* II p. 34] in edito Koeppenii desiderat, nisi quod in rebus duabus minimi momenti differunt, quas tamen ex parte infra notavi». Boeckh, C. I. Gr. II n° 2071.

Lapis, quem primis saeculi XIX decenniis Stolnae servatum esse auctor est Koeppenius, postea videtur periisse: nam inter lapides qui a. 1880 Stolna Petropolim in bibliothecam publicam transportati sunt, non invenitur. Exemplum in C. I. Gr. editum repetii IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 57 et hic repeto.

1 ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ  
 ΑΠΟΛΛΩΝΙΨ ΠΡΟΣΤΑΤΗ  
 ΣΤΡΑΤΗΓΟΙ ΟΙΠΕΡΙΝΑΥΤΙ  
 ΜΟΝΑΡΓΟΥΑΝΑΓΟΥΨΘΕΟ  
 5 ΔΩΡΟΣΤΟΥΜΒΑΓΟΥΤΡΥ  
 ΦΩΝΤΡΥΦΩΝΟΣΧΩΔΑΡ  
 ΖΟΣΦΑΡΖΗΟΥΝΙΣΤΑΙΟΣ  
 ΣΑΔΑΙΟΥΑΝΕΘΗΚΑΝΨ  
 ΣΤΡΕΠΤΟΝΧΡΥΣΕΟΝΥΠΕΡ  
 10 ΕΥΣΤΑΘΕΙΑΣΤΗΣΠΟΛΕΩΣ  
 ΚΑΙΕΙΡΗΝΗΣΚΑΙΤΗΣΕΑΥ  
 ΤΩΝΥΓΕΙΑΣΨΚΑΙΑΝΔΡΑΓΑΘΙ  
 ΑΣΨΘΕΟΔΟΥΛΟΣΜΑΚΑΓΥ  
 ΥΠΗΡΕΤΙΣΕΝΕΥΑΡΕΣΤΩΣ  
 15 ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟΣΤΟΥΣ  
 ΚΑΛΩΣΣΤΡΑΤΙΓΗΣΑΝΤΑΣ  
 ΕΤΙΜΙΣΕΝΧΡΥΣΩΣΤΕΦΑΝΩ


Ἀγαθῆ τύχη.  
 Ἀπόλλωνι Προστάτῃ | στρατηγοὶ  
 οἱ περὶ Ναυτίμων Ἀργουανάγου·  
 Θεόδωρος Τουμβάγου,  
 Τρύφων Τρύφωνος,  
 Χώδαρζος Φαρζίου,  
 Ἴστατος | Σαδαίου  
 ἀνέθηκαν | στρεπτόν χρύσειον ὑπὲρ |  
 εὐσταθείας τῆς πόλεως | καὶ εἰρήνης  
 καὶ τῆς ἐαυτῶν ὑγείας καὶ ἀν(δ)ρα-  
 γαδί|ας. Θεόδουλος Μακάγου | ὑπη-  
 ρήτησεν εὐαρέστως. | Ἡ βουλὴ καὶ  
 ὁ δῆμος τοὺς | καλῶς στρατηγήσαν-  
 τας | ἐτίμησεν χρυσοῦ στεφάνῳ.

«Siglum vs. 2 post Ἀπόλλωνι positum Koehlerus perhibet esse post προστάτῃ. Vs. 12 septimâ a fine litterâ quadratarius primum Α scripserat, deinde ex eo fecit Δ; hinc figura nata est ex Α et Δ composita, quam tamen Koehlerus quintae a fine litterae tribuit. Cf. Koeppen. Nachhall p. 14».—«Theodulus est ὑπηρέτης Praetorum, qui dicitur munus ita gessisse, ut placuerit magistratui (εὐαρέστως). Subscripta est laus Praetoribus a populo data: quippe haec donaria omnia dicabantur tum, ubi magistratu abibant vel abierant ii, qui ea dicabant. Idem patet ex fine n. 2072» [nobis 98]. Boeckh. Cf. etiam n° 107. Θεόδωρος Τουμβάγου inter praetores commemoratur in tit. 136, ubi quartum a principe obtinet locum. Τρύφων Τρύφωνος Iovis Olbii sacerdos posuit titulum 143. Χωδάρζου nomen non diversum esse opinor ab eo, quod ap. Tac. Ann. XII, 14 scribitur Gotarzes.

**Переводъ.** Съ добрымъ счастьемъ. Аπολλону Простату стратиги съ Навтимомъ с. Аргуанага во главѣ: Θεοδὸρ с. Тумвага, Трифонъ с. Трифона, Ходарзъ с. Фарзία, Истѣй с. Садзя посветили золотое ожерелье за благосостояніе города и миръ и за ихъ собственное здравіе и мужество. Θεοδουλъ с. Μακάγου служилъ похвальнѣ. Совѣтъ и народъ почтилъ золотымъ вѣнцомъ стратиговъ за прекрасное исполненіе должности.

**95.** Pila marmoris albi ad subcaeruleum colorem inclinantis, infra fracta, a. ut nunc est 0,50 m., l. 0,175, cr. 0,195. Partem fuisse aedificii cuiusdam antiquioris inde patet quod in latere sinistro supra foramen exstat ad clavum ferreum infigendum factum et in partibus summa, sinistraque et dextra margines politi sunt, ut alii lapides melius adiungerentur. Titulus diligenter incisus (litt. a. 0,02 m.) optime conservatus est. Edidi *ИВК.* f. 18, p. 105, n° 7, cum imagine zincotypica, quae hic repetitur.

Lapis a. 1905 a Pharmakovskio in Olbiae rudibus effossus exstat in museo societatis archaeologicae Petropolitanae.



Ἄγαθῇ τύχῃ.  
 Ἀπέλλωνι | Προστάτῃ οἱ περὶ  
 Οὐργάζου Οὐμβηούρου  
 στρατηγοί·  
 Ἀριαράθης | Διονυσίου,  
 Κουνοῦς | Στεφάνου,  
 Σώρωτος Ποσειδή|ου,  
 Π[οσει]δῆ[ος] . . .

In titulo n° 101 inter praetores Οὐμβηούρος Οὐργάζου nominatus est, quem patrem fuisse aut filium principis collegii huic titulo inscripti vel maxime est veri simile; nam Οὐμβηούρος et Οὐμβηούρος sine dubio unius nominis sunt formae. Reliqui praetores alibi non commemorantur.

**96.** Tabula marmoris candidi supra et infra mutilata, a. 0,33 m., l. 0,43, cr. 0,09, marginibus eminentibus. Litterae eleganter exaratae (a. 0,022 m.) et satis bene servatae sunt. Ed. Boeckh C. I. Gr. II add. p. 999 n° 2077c, Duboisii Neoburgensis apographo usus.

Odessae in museo societatis exscriptum titulum edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 59 et hic repeto.

(Textum vide p. 129).

*Var. lect.* V. 1: Ἀ ΛΛ (Boeckhius Ἀ[χι]λλ[εῖ] restituit).—V. 2 in. ΘΙ, extr. ΠΑΠ—v. 3 extr. ΤΗΙ—v. 5: ΘΡΑΣΙ—v. 8 in. ΜἈΜΙ—v. 10 in. Υ—v. 11: ΤΙΣΕ ΣΩΝΥΓΕΙ Dubois.

Vv. 2 — 3 [Οὐμβη]ουάρου restitui e tit. 101 et v. 4 [Φλει]μναγος e tit. 42, utrumque sane dubitanter (pro hoc potest legi [Ἄ]μναγος). Ad v. 8 haec Boeckhius: «malim Ἄμναγος p. Μαμίαγος; possis etiam legere M. Ἄμναγος». At forma, quam dedi, cum in lapide satis certa est, tum optime confirmatur titulo 86.

1	ΑΙΓΟΥΛΛΑ	Ἀπόλλ[ωνι Προστάτῃ]   οἱ περι
	ΟΙ ΠΕΡΙ ΠΑΠΙΑ	Παπί[αν Οὐμβη]   ουάρου στρατη[γοί·
	ΟΥ ΑΡΟΥΣΤΡΑΤΗΙΟ	Ἄγα]   θοκλῆς Στράτωνος,
	ΘΟΚΛΗΣ ΣΤΡΑΤΩΝΟ	Φλεί]   μναγος Θρασυβούλου,
5	ΜΝΑΓΟΣ ΘΡΑΣΥΒΟΥΛΟΥ	Πόπλιος Αἴλιος Ἀργαμη νός,
	ΠΟΠΛΙΟΣ ΑΙΛΙΟΣ ΑΡΓΑΜΗ	Καζίνας Φαρνάγου,
	ΝΟΣΚΑΖΙΝΑΣ ΦΑΡΝΑΓΟΥ	Μανίαγος Ποσειδῆου
	ΜΑΝΙΑΓΟΣ ΠΟΣΕΙΔΗΟΥ	ἀνέ θηκαν Νείκην χρύσειον   ὑπὲρ τῆς
	ΘΗΚΑΝΗΕΙΚΗΝΧΡΥΣΕΟΝ	πόλεως εὐστα]   θίας· και τῆ]   ε[αυ]-
10	ΜΠΕΡΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ ΕΥΣΤΑ	τῶν ὑγεῖ]   [ας].
	Α Α ΤΙΣ ΓΩΝΥΓΕΙ	

Si vv. 4 — 5 recte [Φλεί]μναγος restitui, titulus ad eam aetatem referendus erit, quae Septimii Severi temporibus paulo est antiquior aut paulo recentior: nam Θρασύβουλος Φλειμνάγου, qui in tit. 42 primus archon est, huius Phlimnagi Thrasybuli f. fuerit aut pater, aut filius, decretum autem illud ad Septimii Severi aetatem pertinere satis probasse mihi videor in commentario, quo decretum illustravi. In aliis titulis hi praetores nondum obvenerunt.


**97.** Fragmenta tria tabulae marmoris subcaerulei, 0,05 m. fere crassae; *a* a. max. 0,13 m., l. max. 0,11, *b* a. 0,19 m., l. 0,26, *c* a. 0,30 m., l. 0,38. Litterae alte, sed satis neglegenter exaratae, magnitudine inaequales (*a*. 0,013 — 0,02 m.), in omnibus fragmentis optime leguntur. Fr. *a* et *c* separatim edidi *HAK.* f. 37, p. 65 — 67, n° 1 et 2, additis imaginibus zinco expressis; fr. *b* edidd. Th. Struve *Rhein. Mus.* v. 25 (a. 1870), p. 357 n° 6; Latyschew *IosPE*<sup>1</sup>. v. I n° 60.

Fr. *a* et *c* in Olbiae rudibus a Pharmakovskio a. 1909 effossa Odessam missa sunt in museum societatis hist. et arch., ubi fr. *b* iam diu servatur (inter Curisiana). Cum unius esse tabulae omnia fragmenta mihi persuasissem, accuratius ex ectypis chartaceis hic repraesentanda curavi (<sup>1</sup>/<sub>4</sub> v. m.).

(*Textum vide p. 130*).

*Var. l. fr. b.* V. 3 extr. H; v. 4 in. IEP I, omisso puncto; v. 7 extr. A; v. 8 ΠΑ (in lapide A litterae media lineola nunquam fuit); v. 9 ΛΓ; v. 10 ΙΑΓ Struve.

V. 11 Ἀσάν[δρου] restitui non potest, quoniam post N litteram fuit ◊, non Δ. V. 14 bis erravit laticida, cum E pro E exaravit et B pro C. Praetores huic titulo inscripti alibi non commemorantur.



98. «Länglich viereckiger Block aus weissem Marmor; Höhe  $12\frac{1}{2}$  Werschok [0,55], Breite  $6\frac{1}{2}$  W. [0,29] und Tiefe  $6\frac{1}{4}$  W. [fere 0,28]. Die Buchstaben sind in den 14 ersten Zeilen fast noch einmal so gross, als in den 4 letzten; in jenen messen sie einen halben Werschok in der Höhe» (Becker). His addendum est lapidem hunc basis fragmentum esse, cui antiquioribus temporibus statuam impositam fuisse admodum est probabile; alteri basis lateri alius titulus olim incisus erat, cuius hodie paucissimae exstant litterae (ab aliis editoribus non exscriptae), quas suo loco dabimus (n° 197). Titulus recentior, quem hic edimus, ei basis lateri inscriptus est, quod antea ad terram erat versum. «Primum edidit Pallas Itin. Russ. merid.<sup>1)</sup> T. II tab. 5 in aere, non magnopere vitiatum; vitiosius Leo de Waxel Rec. de quelq. ant. n° 1 in aere; tum paulo emendatius Clarkius Itin. t. I p. 615 [ed. 4

1) P. S. Pallas, Bemerkungen auf einer Reise in die südlichen Statthalterschaften des Russischen Reichs in den Jahren 1793 und 1794 (Leipzig. 1801). 2 vv. Ea pars voluminis 2 (pp. 1—344), quae Crimeae itinerarium continet, russice versa prodit *ЖИО*. v. XII pp. 62—208 et v. XIII pp. 35—92.



v. II p. 353]. Ex Waxelio et Clarkio dedit Rochettus Antt. Bosp. tab. VII n. 4. 5. ex ipso vero lapide emendatissime Koehlerus adv. Koep. p. 40 sq. [= *Ges. Schriften* v. II p. 32 sq.], qui Heynium in eo titulo non sufficienter versatum esse scribit. Boeckh, C. I. Gr. II n° 2072. Denuo e lapide a sese transcriptum edidit P. Becker *Bulletin hist.-phil. de l'acad. de St. Pétersbourg* v. XV p. 37 sq. = *Mélanges gr.-rom.* v. II p. 59 sq. (a. 1857) et *ЗНОО.* v. IV (a. 1858) p. 126 sq. (inde minusculis expressus est titulus Philologi v. XIV p. 419).

Lapis quo loco repertus sit, non satis constat. Rochettus (Antt. Bosp. p. 16) eum ex Olbiae rudibus in lucem prodisse tradit; Koehlerus (*Mém. sur les îles* etc. p. 108) certis quibusdam indiciis («des traditions avérées») fretus lapidem in insula Borysthenide repertum indeque a Ribasio ablatum et Blarambergio donatum adfirmavit; at Phil. Bruun in epistula ad Th. Mommsenum data (v. C. I. Lat. III, 2 p. 1009. Item russice *ЗНОО.* v. III p. 64) adversus Koehlerum haec scripsit: «Ayant entendu fréquemment de ce même Ribas, feu mon beau-père, que l'inscription qu'il avait donnée à Blaramberg, ainsi qu'une autre cédée par lui au comte Felix Potocki [nobis n° 134], avaient été déterrées près du village du Touzla, entre les limans du Tiligoul et de Bérézane, j'ai cru devoir profiter de l'occasion actuelle pour indiquer l'erreur de Koehler, d'autant plus que cette erreur lui a servi de principal argument pour soutenir sa thèse, que l'on aurait désigné dans l'antiquité deux îles par le nom d'Achille». Beckerus tamen Bruunio diffusus promisit alio loco se monstraturum lapidem re vera primo in Achillis templo in insula Berezan fuisse positum, sed quantum scio promisso non stetit. Hodie lapis Odessae servatur in museo societatis (inter Blarambergiana; cf. praeter eos libros, quos supra laudavimus, Koeppenii *Nordgest.* p. 77). Exscripsi et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 77. Hic idem exemplum repeto iterum cum ectypo collatum.



1	ΑΘΗΙΤΥΧΙ	[Ἄγ]αθῆι τύχ[ηι].
	ΙΛΛΕΙΠΟΝΤ	Ἄχ]ιλλεῖ Ποντ[άρχ]ηι
	ΠΕΡΙΑΝΑΞΙ	οῖ] περι Ἄναξ[ιμέ]-
	ΝΗΝΣΩΚΡΑΤ	νην Σωκράτ[ους]
5	ΤΟ Δ ΑΡΧΟΝ	τὸ δ' ἄρχον[τες]
	ΠΟΥΡΘΑΙΟΣΙ	Πουρθαῖος [Πουρ]-
	ΘΑΙΟΥΔΗΜΗΤΡ	θαίου, Δημήτρ[ιος]
	ΑΧΙΛΛΕΟΣΕΥΡ	Ἄχιλλέος, Εὐρ[ησί]-
	ΙΟΣ ΑΔΟΟΥΑ	β]ιος Ἄδούου, Ἄ[μω-
10	ΡΟΜΑΡΟΣΕΥΡΗΣ	ρ]όμαρος Εὐρησ[ιβί]-
	ΟΥ ΥΠΕ ΕΙΡΗΝΗΣΚ	ου ὑπέ[ρ] εἰρήνης κ[αί]
	ΠΟΛΥΚΑΡΤΙΛΣΚΑ	πολυκαρπ[ία]ς κα[ὶ ἀν]-
	ΔΡΑΓΑΘΙΑΣΤΗΣΠ	δραγαθίας τῆς π[έ]λε-
	ΩΣΚΑΙΤΗΣΣΑΥΤ	ως καὶ τῆς ἑαυτ[ῶν] ὑγεί]-
15	ΑΣ	ας.
	ΠΟΥΡΘΟΣ ΠΟ	Πουρθ[αῖ]ος Πο[υρθαῖ]-
	ΟΥ ΑΡΧΟΝΤΙΥΩΝΕΝ	ου ἀρχοντ[ε]ύων ἐν[εῖχα
	ΛΟΝΧΑΙΔΙΣΚΟΤΥΡΗΣ	λ]όνχαι, δίσκ[ωι]. Ε]ύρησ[ιβί]ος
	ΔΟΟΥΑΡΧΟΝ.ΕΥΩΝ	Ἄ]δούου ἀρχον[τ]εύων ἐ[νείχα]
20	αῖς ΔΡΟΜ. ΠΑΙΔΗΜ	δρόμ[ωι], π[α]ιδῆμ[ατι].

*Var. lect.* Rochetti, Koehler, Blarambergii varias lectiones Boeckhii diligenter enotavit; nobis igitur satis erit indicare, quibus locis apographum nostrum a Boeckhiano et Beckeriano differat. V. 1: ΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙ Boeckh ex Roch. et Bl. — V. 2 in. ΙΛΛΕΙ Boeckh, ΛΛΕΙ Becker, extr. Τ uterque. — V. 3 extr. Ζ!Μ Boeckh, Ξ!Ι Becker. — V. 6 extr. Π Boeckh; Τ Becker. — V. 7 in. Θ uterque, extr. ΡΙ Becker. — V. 8 in. ΧΙ Boeckh, extr. ΡΗ uterque. — V. 9 in. ΒΙ Boeckh. — V. 10 in. ΦΟ uterque. — V. 11 in. ΟΟΥ uterque, tum ΥΠΕΡ uterque, extr. Κ omittit Boeckh. — V. 12 extr. ΠΙΑΣΚΑΙ Boeckh, ΠΙΑΣΚ Becker. — V. 14 in. Ω. ΚΑΙ Boeckh. — V. 16: ΘΑΙΟΣΠΟΥΡΘΑΙ Boeckh, ΠΟΥΡΘΑ. ΟΣΠΟΥ Becker. — V. 17: ΕΥΩΝ Boeckh, Ε. ΩΝ Becker. — V. 18 in. ΛΟ Boeckh, mox ΚΑΙΔΙΣΚΟΝΕ idem ex Bl., ΔΙΣΚΩ!Ε Becker. — V. 19: ΑΔΟΟΥΑΡΧΟΝΤΕΥΩΝΕΝ Boeckh, idem Becker, omisso primo Α. — V. 20: ΔΡΟΜΩΠΑ!ΔΗΝ Boeckh, ΔΡΟΜΩ ΠΑΙΔΗΜ Becker, qui pro paenultima littera Η nullo modo Ω et pro ultimo Μ nullo modo Ν legi posse disertis testatur verbis. Idem ad vv. 17 et 19 haec adnotavit: «V. 17 fehlt nichts nach dem zuletzt stehenden ΕΝ, mit welchem Worte auch die 19-te Zeile schliesst; in beiden Zeilen darf also nichts supplirt werden». Non recte: utrum enim post ΕΝ in fine utriusque versus fuerit aliquid scriptum necne, diiudicari non potest, quoniam totius lapidis superficies ad dextram laesa est. Ipse quidem Beckerus reliquorum versuum supplementa ad dextram posuit. Ideo utrobique ἐν[εῖχα] restitui conlato tit. 80.

V. 17 ΛΟΝΧΑΙ vitiose scriptum esse secundum pronuntiationem («nach dem Wortklange unorthographisch . . . geschrieben») pro λόνγη et v. 20 ΠΑΙΔΗΜ pro ΠΗΔΗΜ(ΑΤΙ) recte Beckerus statuit; nemo sane λόνχαι illud dorismo explicabit, qui Olbiae ut in colonia Milesiaca nullus fuit (cf. λόνγη n° 138). Boeckhius cum apographa haberet vitiosa, vv. 17—18 restituit ἀρχοντεύων [ἐν ἀγῶνι διαυ]λον και δίσκον, et vv. 19—20 ἀρχοντεύων ἐν [ἀγῶνι—και] δρόμῳ παιδ[ω]ν, et rem explicare conatus est ita, ut Purthaeum et Heuresibium, cum archontes essent, gymnics simul ludis praefuisse statueret, sed ipse facere non potuit quin fateretur dictionem esse eiusmodi, ut aegre pateretur interpretationem, nec videre se aliud nisi ut Purthaeus diceretur munere suo archontis functus esse *in ludis* (ἐν ἀγῶνι) *diauli* et *disci* certamini speciatim praepositus, et similiter Heuresibius alii certamini et *cursui* puerorum. Contra Beckerus, cum accuratius hos versus exscripsisset, rectius quoque interpretatus est: «Wir sehen jetzt, inquit (ed. germ. p. 57, cf. ed. russ. p. 124), dass Purthaios . . . und Heuresibios . . . nicht Kampfrichter waren (Boeckh C. I. II, p. 88, 8...), sondern dass sie vielmehr selbst in den gymnischen Wettkämpfen den Sieg davon getragen hatten, und zwar Purthaios im Lanzenstechen und Diskoswerfen, Heuresibios im Wettlauf und Wettsprung. Der Wettlauf der Knaben (δρόμος παιδων), für dessen Existenz in Olbia nach dieser Inschrift (Koehler *Mém. sur les îles* etc. p. 636 sq.) schon gar kein Zweifel mehr zu herrschen schien, fällt also von selbst weg» etc.

De archontum principe haec Boeckhius: «Nomen Anaximenis Olbiae habuimus n. 2059 [nobis 40], ubi Antiphontis pater est; Antiphontis f. Socrates habetur n. 2077 [nobis 134]. Hoc vero loco Socrates est Anaximenis pater: vides hos omnes eiusdem esse familiae». Stemma igitur hoc fuerit:

Ἀναξιμένης	aut hoc:	Σωκράτης
Ἀντιφῶν		Ἀναξιμένης
Σωκράτης		Ἀντιφῶν
Ἀναξιμένης.		Σωκράτης.


Eiusdem familiae fuisse putandus est Anaximenes Anaximenis f., qui obvenit n° 132.

Anaximenem Socratis f. archontum principem tum quartum fuisse addendumque fuisse in eponymo τὸ δ', ut annus a ceteris distingueretur annis, quibus is eponymus fuisset, item monuit Boeckhius contra Koehlerum, qui τὸ δ' illud rettulerat ad ἀρχοντες. Vv. 9—10 Ἀ[μωρ]όμαρος restitui e tit. 101, ubi Heuresibius Amoromari f. memoratur, huius pater aut filius. Etiam Purthaeus et Demetrius, qui memorantur vv. 6—8, patres fuerint aut filii eorum virorum, quos in tit. 176 scriptos invenimus.

**Переводъ.** Съ добрымъ счастьемъ. Ахиллу Понтарху архонты Анаксимень Сократовъ въ 4-й разъ и товарищи: Пурээй Пурээевъ, Димитрій Ахилловъ, Еврисивій Адоевъ, Аморомаръ Еврисивіевъ [посвятили] за миръ, многоплодіе и мужество города и собственное здравіе. — Пурээй Пурээевъ въ бытность архонтомъ одержалъ побѣду [въ состязаніяхъ] копьемъ и дискомъ. Еврисивій Адоевъ въ бытность архонтомъ одержалъ побѣду въ бѣгѣ и прыганьи.

**131.** Tabula marmorea l. 0,12 m., cr. 0,06, ornamentis carens, in tres partes fracta, quarum summa et media repertae sunt, altae 0,32 m. Supra caverna parvula quadrangula exstat ad clavum, ut videtur, immittendum facta, quo fortasse aetoma affixum erat. Edidd. E. de Stern *ЗНОО*. v. 27, protoc. p. 65 (368 cons. 5 sept. 1905) litteris vulgaribus; Latyshev *ИСК*. f. 18, p. 110, n° 14, ad imaginem photographicam, quae hic in zinco repraesentatur ( $\frac{1}{4}$  fere v. m.).


Lapis a. 1905 in iusula Berezan a Sternio repertus, cum solum eius exploraret, Odessam in museum asportatus est.



Ἀγαθῆι τύχηι.  
Ἀχιλλε[ῖ] | Ποντάρχῃ  
οἱ περὶ Εὐρησιβίων | Στράτωνος  
ἀρχο[ν]τες·  
Ἀναξιμένης | Εὐρησιβίου,  
Πίστους | Ἀντωνίου(υ),  
Παπάδων | Ἀλκίμου,  
[Φιλό]στρα[τος] κτλ.

V. 12 bis erravit lapicida, cum Η pro Ν et Τ pro Υ exaravit (quod non notavit Sternius). Heuresibius Stratonis f., qui hic est collegii princeps, commemoratur n° 134, ubi quartum a principe obtinet locum; inde patet hunc nostrum titulum illo aliquot annis esse recentiorem. Reliqui archontes hic inscripti in aliis titulis non redeunt. De nominibus eorum v. quae observavit Sternius.

**132.** Tabula marmorea a. 0,53 m., l. 0,33, cr. 0,09, eruta auctumno a. 1904 in vico Beikusch in vinea rustici Saičenko («при нивелировкѣ огорода подѣ виноградникъ»). Primum edidit litteris vulgaribus E. de Stern *ЗНОО*. v. 27 (1907), protoc. p. 7, ad duo aographa pessima, ab hominibus sermonis Graeci imperitis facta, postea vero, cum lapis in museum societatis Odessitanae translatus esset, ipse exscripsit et iterum edidit (item vulgaribus litteris) ibid. p. 64. Nobis ectypum chartaceum et imaginem photographicam suppeditavit B. Warnecke, quam hic zinco exprimendam curavimus (circa  $\frac{1}{6}$  v. m.).



Ἀγαθὴ τύχη.  
 Ἀχιλλεῖ Ποντά[ρ]|χη  
 οἱ περὶ Ἰκέσι|ον Μαιάκου  
 τὸ | δεύτερον ἄρχο[ν]τες·  
 Ἀναξιμένης | Ἀναξιμένους,  
 Ῥαόδημος Κόλχου,  
 Διονυσιόδωρος | Ἐρωτος,  
 Ἀργουάνα|γος Καράξτου  
 ὑπὲρ | τῆς πόλεως εὐστα-  
 θίας καὶ τῆς ἐαυ-  
 τῶν ὑγείας χαρι-  
 τήριον.

De Anaximene Anaximenis f. diximus ad n° 130; Dionysiodorus Erotis f. inter archontes redit in tit. 176, Arguanagus Caraxti f. praetorum princeps est in tit. 82, reliqui alibi non commemorantur.

**133.** Marmor candidum in quattuor partes fractum, a. 0,50 m., l. 0,345, cr. 0,06 (infima pars crassior est). In parte aversa servantur anaglyphi vestigia, scilicet pedes duo hominis nudi; inde sequitur lapidem partem esse magni anaglyphi, recentiore aetate ad titulum inscribendum adhibitam. Titulus litteris circa 0,03 m. altis neglegentissime incisus est et valde detritus. Ad fidem ectypi chartacei edidi *ImS.* p. 8, n° 9 et *IosPE*<sup>1</sup>. v. **IV**<sup>n</sup> 17. Hic ex eodem ectypo accuratius delineatum praebeo (<sup>1</sup>/<sub>7</sub> v. m.).



Ἀγα[θ]ῆ τ[ύ]χη.  
 Ἀχιλλεῖ Πο[ν]-  
 τάρχη οἱ περ[ὶ]  
 Κηνέξαρθον ἄρ-  
 χοντες· Ἀζά-  
 μνος, Σπ[ό]κος, Δ[ά]-  
 δος, Δίξης?  
 χαριστήριον.

Lapis circa annum 1876 in vico cui nomen est «Ближний Бейкушъ» inventus a. 1891 museo Surutschaniano inlatus est.

Ex archontum nominibus Κηνέξαρχος idem fere est, quod Καινάξαρχος (v. n° 91); Ἀζάμχος, Σπόχος (s. Σπάχος?), Δίζης inter Olbiopolitana nomina primum obveniunt.

**134.** «Lapis ab *Olbiopolitis* sub donario positus. . . marmoris candidi, perfecte servatus, scripturâ diligenter incisâ, nunc in loco Tultschin, praefecturae Podoliensis, in horto. Ed. Io. Potocki Histoire ancienne du Gouvern. de Cherson p. 29. hinc Clarkius Itin. T. I. p. 621 [ed. 4 v. II p. 362] communicatum cum ipso a Kelsalio; ex Clarkio Rochettus Antt. Bosp. tab. VII. n. 2. Rectius dedit Koehlerus, qui a. 1817. ex lapide transcripsit, Comm. de ins. et cursu Achill. in Act. Acad. Petrop. t. X. p. 113. quem sequor. In fine nihil deest; sed fuit eo loco antiquior olim inscriptio [«huit lignes indistinctes» Pot. Koehl.], quae deleta est, ut haec in eius locum succederet». Boeckh, C. I. Gr. II n° 2077.

De loco, ubi lapis repertus est, v. quae ad n° 130 adnotavimus. Periisse videtur, ut alii, qui Tultschini servabantur. Exemplum Koehlerianum repetii IosPE<sup>1</sup>. v. I. n° 78 et hic repeto.

1 ΑΧΙΑΔΕΙΠΟΝΤΑΡΧΗ	Ἀγιλλεῖ Ποντάρχῃ
ΟΙΠΕΡΙΝΕΙΚΗΡΑΤΟΝ	οἱ περὶ Νεικήρατον
ΝΕΙΚΗΡΑΤΟΥ·ΝΕΩ	Νεικηράτου νεώ-
ΤΕΡΟΝΑΡΧΟΝΤΕΣ	τερον ἄρχοντες
5 ἸΕΡΟΣΩΝΕΠΙΚΡΑΤΟΥΣ	Ἰεροσῶν Ἐπικράτους,
ΣΩΚΡΑΤΗΣΑΝΤΙΦΩΝΤΟΣ	Σωκράτης Ἀντιφώντος,
ΕΥΡΗΣΙΒΙΟΣΣΤΡΑΤΩΝΟΣ	Εὐρησίβιος Στράτωνος,
ΠΕΛΔΙΟΣΥΠΑΝΕΟΣ	Πέλδιος Ὑπάνεος
ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΝ	χαριστήριον.
10 ἸΕΡΑΤΕΥΟΝΤΟΣ	Ἰερατεύοντος
ΜΟΥΚΟΥΝΑΚΥΡΟΥΤΟ Δ	Μουκουνακύρου τὸ δ'.

*Var. lect.* «Vs. 1. Pot. omittit ultimum Ι, et vs. 3 punctum. Vs. 3 extr. lectio certa est. . . Vs. 5 vulgo deest, a Koehl. additus ex lapide. Vs. 7 Pot. ΕΥΡΗΞΗΒΙΟΣ». Boeckh. Versum 5 habet Pot., sed errore omisit Clarkius et post eum Rochettus, qui apographum eius repetiit.


«Sacerdos manifesto est Achilles Pontarchae; nomen eius Koehlero est Μούχος Νακύρου; dicas etiam nomina esse Μουκούνας Κύρου. Sed ex analogia nominum horum barbarorum videor mihi docuisse in Introd. II, 6. 12. unum esse nomen Μουκουνάχυρος; neque in sacerdote Achillis necessario addi patris nomen docet insuper n. 2080 [nobis 139]. Sacerdotem hunc post restitutam quidem urbem non esse Olbiopolitarum eponymum dixi in Introd. Niceratus Nicerati f. qui n. 2093 comparet, idem sit necne, decerni nequit». Boeckh.

Fortasse Nicerati illius filius potius hic fuit ideoque νεώτερος dicebatur, ut a patre discerneretur.

β. Tituli praetorum.

**135.** Tabula marmorea integra, propter lapicidae negligentiam non accurate abscisa, a. 0,40 m., l. max. 0,31, cr. 0,21. Titulus item negligenter exaratus est, multis litteris ligatis. Edidd. Latyschev, *ΙΑΚ.* f. 27, p. 35, n° 32, ad fidem imaginis photographicae delineatum (circa  $\frac{1}{4}$  v. m.), ut hic repetitur; E. de Stern *ΣΠΟΟ.* app. v. 28 (1907), p. 145, in zinco.


Lapis a. 1907 a Sternio in insula Berezan inventus est in rudibus habitationis antiquae, circa 1,25 m. infra solum quod nunc est, alia tabula lapidis calcarii opertus. Exstat Odessae in museo societatis.



Praetores huic titulo inscripti in aliis non redeunt. Ἀρδιέμμανος nomen (v. 8, ubi Sternius legit Ἀρτεμιάνου) videtur alia forma esse nominis Ἀρδάμμ[α]νος, de quo v. ad n° 82. Σηνήχας cave putes cognomen Latinum esse *Seneca* (quod Σενέκας graece scribitur); cf. quae de his nominibus observavit Vs. Miller *ΙΑΚ.* f. 47 p. 81 n° 4 et p. 93 n° 58.

Cum tituli litteratura perquam similis sit litteraturae dedicationum aedificiorum duorum, imperatoris Alexandri Severi aetate scriptarum (v. infra nn° 184 et 185), facilis est coniectura eiusdem aetatis eum esse.

**136.** Lapidis descriptionem v. infra ad n° 140. Titulum hunc parti aversae inscriptum ed. E. de Stern *ΣΗΘΟ*. v. 28, protoc. p. 61, cum imagine zincotypica. Imaginem photographica, quam hic zinco exprimendam curavi, summa comitate praestiterat Warnecke.



Ἀγαθῆι τύχ[ηι].  
 Ἀχιλλεῖ Ποντ[άρ]χη  
 οἱ περὶ Ζήνω|να Στρατονείδ  
 στρατηγοί·  
 Τ(ίτος) Φ(λάουιος) Φι|λουμενός,  
 Ἀγαθο|κλῆς Ἀγαθοκλέδς,  
 Θεόδω[ρ]ος Τδμβά[γ]ου,  
 Σαδίμανος | Σανβατίωνος,  
 Σιρδούχανσος Βουτούνατος  
 [χαριστήριον].

Titulum satis negligentem exaratum esse, nonnullis litteris ligatis et litterae sibilantis duplici forma adhibita (Σ et Ц), animadvertit iam Sternius. Vocem χαριστήριον v. 13 lapidariae incuria omissam esse puto. Cum Sternio duobus locis titulum recte legere non contigisset (nam v. 3 — 4 legit Ζήνω et v. 5 quid significant litterae ΤΦ non indagavit), veram lectionem proposui *IAK.* f. 37, p. 79.

**137.** Tabula marmoris cinerei integra quidem, sed non abscisa in quadratum, a. 0,44 m., l. 0,32, cr. 0,15. Titulus diligenter exaratus (litteris c. 0,015 altis) incolumis servatus est. Ed. N. Mursakevicz in diario russo Odessitano (*Οδессκίῳ Βῆσπτηκῳ*) a. 1834 n° 38 et in libro inscripto «Descriptio nummorum veterum graecorum atque romanorum qui inveniuntur in museo N. Mursakevicz» (Odessae a. 1835) p. 67. E diario sumpsit Boeckh, C. I. Gr. II add. p. 999 n° 2077b, inde rursus Le Bas, *Voyage arch.*, *Inscr.* p. III sect. VIII n° 1573.

Lapidem aestate a. 1833 iuxta oppidum Oczakov inventum (cum fragmento epistylia marmorei satis bene conservati et mutilo statuae trunco, fortasse Herculis) tradit Mursakevicz. Exscripsi Odessae in museo societatis et edidi *IosPE*<sup>1</sup>. v. I n° 79. Idem exemplum hic repetō.

1	Ἀ Γ Λ Θ Η Τ Υ Χ Η Ἀ Χ Ι Λ Λ Ε Ι Π Ο Ν Τ Ἀ Ρ Χ Η Ι Ο Ι Π Ε Ρ Ι Κ Ἀ Λ Λ Ι Σ Θ Ε Ν Η Ν	Ἀγαθῆ   τύχη. Ἀχιλ λει Ποντάρχη οἱ περὶ Καλλισθένην Σατύρου στρατηγοί·
5	Σ Α Τ Υ Ρ Ο Υ Σ Τ Ρ Α Τ Η Γ Ο Ι Μ Η Ν Ο Δ Ω Ρ Ο Σ Π Ο Ν Τ Ι Κ Ο Υ Ν Ἀ Β Ἀ Ζ Ο Σ Ν Ο Υ Μ Η Ν Ι Ο Υ Ἀ Χ Ι Λ Λ Ε Υ Σ Σ Υ Μ Π Ρ Ο Φ Ο Υ Β Ἀ Δ Α Γ Ο Σ Ι Ε Ζ Δ Ρ Ἀ Δ Ο Υ	Μηνόδωρος Ποντικοῦ, Νάβαζος Νουμηνίου, Ἀχιλλεὺς Συν(τ)ρόφου, Βάδαγος Ἰεζδράδου, Δάδαγος Κουζαίου
10	Δ Ἀ Δ Ἀ Γ Ο Σ Κ Ο Υ Ζ Ἀ Ι Ο Υ Υ Π Ε Ρ Τ Η Σ Π Ο Λ Ε Ω Σ Ε Υ Σ Τ Α Θ Ι Ἀ Σ Κ Ἀ Ι Τ Η Σ Ε Ἀ Υ Τ Ω Ν Υ Γ Ε Ι Α Σ Χ Ἀ Ρ Ι Σ Τ Η Ρ Ι Ο Ν	ὑπέρ τῆς πόλεως εὐστα- θίας καὶ τῆς ἑαυτῶν ὑγείας χαριστήριον.

*Var. lect.* Exemplum in diario Odessitano editum (et cum eo Boeckhianum et Le Basi-  
 anum) gravissimo laborat vitio, typhotetae sine dubio, non editoris: nam vv. 9 — 10 vocibus  
 quae sunt *ΙΕΖΔΡἈΔΟΥ* et *ΔἈΔἈΓΟΣ* omissis reliquae (*ΒἈΔΑΓΟΣΚΟΥΖἈΙΟΥ*) in  
 unum versum coniunctae sunt, ut quattuor fiant praetores praeter principem. Quod vitium  
 typhotetae esse alterum Mursakeviczii exemplum probat. In hoc autem v. 8 med. *ΣΙΝ* scriptum  
 est, item typhotetae errore. (In lapide *ΝΤ* litterae ita exaratae sunt, ut quasi *ΝΠ* inter se  
 ligatae prodierint). Litterarum formae minus recte expressae sunt a Boeckhio et Le Basio,  
 quippe qui exemplo litteris vulgaribus edito uterentur.

Praetores huic titulo inscripti alibi non occurrunt.

**138.** Tabula marmoris candidi optime servata, a. 0,50 m., l. 0,37, cr. 0,07. Titulus  
 litteris elegantissimis (a. 0,02 m.) inscriptus est. Ed. N. Mursakevicz in diario russo  
 Odessitano a. 1836 n° 42 (inde repetiit *Journal d'Odessa* 1836, n° 43), Kyriakovii apographo  
 usus, et *ЗНОО*. v. I (a. 1844) p. 278 n° 1. (K. Muellenhoff *Hermae* v. III p. 440 n° I e  
 schedis Th. Struvii, qui Mursakeviczii exemplum editum videtur transcripsisse).

Mursakeviczius tradit lapidem vere a. 1836 inventum esse ab incolis vici Troitskoje  
 dicti, cum lapides effoderent in litore plus MD passus a vico distant; quem vicum 45 verstis  
 ab Odessa ad lacum Tiligulianum (*Тилигульскій лиманъ*), haud procul ab ostio situm esse.  
 Exscripsi Odessae in museo societatis et edidi *IosPE*<sup>1</sup>. v. I n° 80. Hic idem exemplum  
 repetitur.

(*Textum vide p. 163*).

Ultimi duo versus reliquis neglegentius scripti sunt, sed eadem manu.

*Var. lect.* V. 4 extr. *ΗΑΒΑ* Muell. — V. 6 med. *ΚΑΡΑΣΣΤΟΣ* et v. 14 in. *ΕΝ* edd.



1	ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ ΑΧΙΛΛΕΙΠΟΝΤΑΡΧΗ ΟΙΠΕΡΙΛΕΩΝΙΔΗΝΑΧΙΑ ΛΕΟΣΣΤΡΑΤΗΓΟΙΝΑΒΑ 5 ΖΟΣΔΩΤΟΥ·ΕΡΩΣΕΥΡΗΣΙ ΒΙΟΥΚΑΡΑΣΣΤΟΣΑΡΓΟΥΑ ΝΑΓΟΥ ΠΟΠΛΙΟΣΑΙΛΙΟΣ // ΑΧΙΛΛΕΥΣΜΟΥΡΔΑΓΟΣ // ΚΑΦΑΝΑΓΟΥ ΥΠΕΡΕΥ 10 ΣΤΑΘΙΑΣΤΗΣΠΟΛΕΩΣΚΑΙ ΤΗΣΕΑΥΤΩΝΥΓΕΙΑΣ ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΝ ΛΕΩΝΙΔΗΣΑΧΙΛΛΕΩΣ ΝΕΙΚΑΛΟΝΧΗ	Ἀγαθὴ τύχη. Ἀχιλλεῖ Ποντάρχη   οἱ περὶ Λεωνίδην Ἀχιλλέως στρατηγοί· Νάβαζος Δωτοῦ, Ἔρωσ Εὐρησιβίου, Κάραξτος Ἀργουανάγου, Πόπλιος Αἴλιος   Ἀχιλλεύς, Μούρδαγος   Καφανάγου ὑπὲρ εὐσταθίας τῆς πόλεως καὶ   τῆς ἑαυτῶν ὑγείας   χαριστήριον. Λεωνίδης Ἀχιλλέως   [ἔ]νεῖκα λόγχη.
---	--	---

Caraxtus Arguanagi f. (v. 6) pater fortasse est aut filius Arguanagi illius, qui in tit. 82 est praetorum princeps. Vv. 7—8 Mursakevicz legit Πόπλιος Αἴλιος, Ἀχιλλεύς, quasi duorum virorum nomina, sed Ph. Bruun *ΣΗΟΟ*. v. III p. 65 et Th. Struve *ibid.* v. VI p. 28 monuerunt haec tria nomina unius esse viri. Propter eadem titulus imperatoris Hadriani aetate non est antiquior.

Titulo dedicatorio vv. 13 et 14 adscripta est victoria a collegii principe reportata, ut aliis quibusdam huiusmodi titulis. Cf. quae diximus ad n° 130.

#### γ. Tituli sacerdotum.

**139.** «Lapis *Olbiopolitanus*, cuius scripturam ex schedis Io. Potocki Comitum, quarum apographa non satis certa sunt, ed. Koehlerus comm. de insulis et cursu Achill. Act. Acad. Petrop. T. X p. 117. Extabat olim in loco Tultschin; sed a. 1817. eum ibi iam non repperit Koehlerus»<sup>1)</sup>. Boeckh, C. I. Gr. II n° 2080.

Exemplum Koehlerianum repetii IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 81 et hic repeto.

1	ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ ΕΠΙ ΑΡΧΟΝΤΩΝΤΩΝ ΠΕΡΙ ΝΕΙΚΗΡΑΤΟΝ ΔΑΔΑΤΟΥ . ΩΓΑΣ 5 ΣΤΕΦΑΝΟΝ ΙΕΡΑΤΕΥ ΣΑΣΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ ΑΧΙΛΛΕΙΠΟΝΤΑΡΧΗ	Ἀγαθὴ τύχη. Ἐπὶ ἀρχόντων τῶν περὶ Νεικήρατον Δαδά[γ]ου [Ἀφ]ώγας στέφανον ἱερατεύ- <span style="float: right;">ΣΤΕΦΑΝΟΥ</span> σας τὸ δεύτερον Ἀχιλλεῖ Ποντάρχη.
---	---	---


1) Cf. quae ipse dixit Koehlerus: «La troisième inscription adressée à Achille étoit aussi à Tultschin, mais en 1817 elle ne s'y trouvoit plus, ainsi que d'autres marbres d'Olbie, dont j'avois reçu, par la complaisance du comte

«Ἀψώγας debetur Blarambergio in litteris ad me datis, qui hoc nomen in ansa vasis argillacei repperit». Boeckh<sup>1)</sup>. Δαδά[γ]ου nomen, quod idem ex coniectura posuit, redit in tit. 137.

**Переводъ.** Съ добрымъ счастьемъ. При архонтахъ Пикиратѣ с. Дадага съ товарищами Апсогъ, бывшій жрецомъ вторично, [посвятилъ.] вѣнецъ Ахиллу Понтарху.

**140.** Tabula marmorea utrimque inscripta (ἄπισθέργραφος), a. 0,58 m., l. 0,33, cr. 0,15. Partem adversam esse eam, cui hic Callistrati sacerdotis titulus incisus est, litteratura eius manifesto antiquior probat; titulum partis aversae v. supra n° 136. Edidit E. de Stern *ЗНОО*. v. 28 (1910), protoc. p. 59, in zinco. Nobis imaginem photographica, quae hic zinco expressa repraesentatur, humanissime misit Warnecke.

Lapis a. 1909 Odessae in suburbio Moldavanka dicto, cum domus quaedam privata aedificaretur, inventus ibidem exstat in museo societatis.



Ἀγαθῇ τύχη.  
Ἀχιλλεῖ Ποντάρ-  
χη Καλλίστρα-  
τος Ἡρακλείδου  
ἱερατεύσας ὑπ[έρ]  
τῆς πόλεως εἰσ[ή]-  
νης καὶ εὐποσίας  
καὶ διαμονῆς καὶ  
τῆς ἑαυτοῦ υἰείας  
χαριστήριον.

Εὐποσίας (hic v. 7 et in tit. 141, 142, 144—146) vox ignota quid significaret, alii aliter explicare conati sunt viri docti praeter Keilium (l. l. in lemme n° 142; cf. quae idem

Jean Potocki, des copies dessinées avec la plus grande exactitude. Ces marbres avoient eu le sort de certains autres qui faisoient partie de la fameuse collection d'Arundel; déposés dans une cour, ils s'étoient perdus, et avoient été détruits par les ouvriers et les maçons.

1) Cf. quae ipse Blarambergius scripsit *Journal*

d'Odessa a. 1826 n° 76: «En defonçant le terrain dans un petit jardin qui tient à la maison de M. le comte de St. Priest [à Odessa]... on a trouvé plusieurs debris en terre cuite... et beaucoup de debris grossiers d'amphores... sur le col brisé d'une de ces amphores on lit les lettres grecques ΑΨΟΓΟ» etc.

dixit Philologi v. XVI p. 25), qui vocem minime corruptam ita sanare studuit, ut εὐπο[ρ]ίας legendum proponeret; sed Σ littera in titulis certissima est. Mursakewiczio et Jurgiewiczio (l. l. ad tit. 144) εὐποσία est «bona potatio» (благопитие); eandem explicationem adoptavit Th. Struve (Mus. Rhen. XXV p. 355 = ЗИОО. VI p. 28), quem tamen non fugit alium potius sensum requiri, ubi Εὐποσία mulieris nomen esset (C. I. Gr. 3690, praeterea Le Bas, Béotie n° 387) aut deae (C. I. Gr. 3906b; Εὐβοσία ibid. 3858), et in magistratus nomine quod est εὐποσιάρχης (ibid. 3385 et in titulo Thasio 2163, ubi idem nomen substituendum pro συμποσιάρχης verissime monuit I. H. Mordtmann *Revue arch.* v. 35 (a. 1878) p. 113; Erythris eundem fuisse magistratum probat titulus Le Basianus 53 et Hamilt. 234; Odessi idem obvenit in titulo a Mordtmanno l. l. primum edito). P. Becker (Mél. gr.-rom. v. II p. 56 = ЗИОО. IV p. 124) εὐποσία idem est atque εὐσταθία derivatumque videtur a πονέω = lat. pono (positio). Quae derivatio sine dubio falsa est: πονεῖν enim neque ponendi vim habet, nec eiusdem est radicis. Beckerianae similem explicationem Mordtmannus l. l. proposuit: «Il faudrait voir, inquit, dans le mot εὐποσία un synonyme de εἰρήνη et ὑγίεια, et εὐποσιάρχης désignerait un magistrat analogue à εἰρηνάρχης, espèce de directeur de la sûreté générale». Cumanudis denique putat (Συναγωγή λέξεων ἀθησαυρίστων s. v.) εὐποσίαν idem esse atque εὐβοσίαν (quae vox notissima), i. e. «καλήν βοσκήν ἢ εὐκαρπίαν ἢ εὐθηνίαν», nec differre nisi scripturae varietate. Sed hanc sententiam, quam Herwerdenus adoptavit in Lexico suppl. et dialectico, refutavit Jurgiewicz ЗИОО. XVII p. 32 (in commentario tituli, qui nobis est 141; explicationem eius commemoravimus IosPE<sup>1</sup>. IV add. p. 270), cum moneret εὐποσίαν et εὐβοσίαν non esse eiusdem radicis. Ipse putat causam offerendi donaria ὑπὲρ εὐποσίας τῆς πόλεως inopiam aquae potui aptae fuisse, quae Olbiae aridis aestatibus fieri potuerit<sup>1</sup>). Nobis tamen εὐποσία non aquae copiam potui aptae videtur significare, sed fortasse pluviarum aridae humo irrigandae necessariorum.


**Переводъ.** Съ добрымъ счастиємъ. Ахиллу Понтарху Каллистратъ Ираклидовъ, бывшій жрецомъ, [посвятить] благодарственное приношеніе за миръ, благопитіе и долгоденствіе города и за собственное здравіе.

1) En ipsa Jurgiewiczii verba: «Новооткрытая надпись доказываетъ сверхъ того сопоставленіемъ словъ εὐποσία и εὐσταθία, что они не имѣли одинаковаго значенія, какъ думали нѣкоторые (у Латышева Inscript. 1, № 82), хотя точное значеніе слова εὐποσία, для котораго трудно придумать другой корнесловъ, кромѣ πόσις отъ πίνω, останется и послѣ этого не вполне разгаданнымъ. Объяснять съ Куманудисомъ εὐποσία словомъ εὐβοσία, въ смыслѣ εὐκαρпіа, какъ будто бы оба слова происходили отъ одного корня βόσχω и разнились только произношеніемъ, мы потому не вправѣ, что нельзя предположить замѣну звука β на звукъ π, затемняющую вдобавокъ значеніе слова, только въ одномъ словѣ

εὐβοσία, тогда какъ въ другихъ коренной звукъ остается безъ перемѣны. Мы имѣемъ слова συμποσία и εὐκωκλοποσία, εὐβοσία (прозвище богини Димитры) и βοῦβοσίον (пастбище для воловъ у Страбона), συμπότης и συμβότης. Приходится поэтому считать скорѣе всего поводомъ къ приношеніямъ ὑπὲρ εὐποσίας τῆς πόλεως недостатокъ въ Ольвіи воды, годной для питья, который могъ случиться во время засухи, какъ это бывало часто и у насъ въ Одессѣ до устройства водопровода». De εὐποσίας notionе egisse etiam Georgium Perrot, Mémoires d'archéologie etc. (Paris. 1875) p. 197 addidi IosPE<sup>1</sup>. I, add. p. 222.

**141.** Pila marmoris candidi a. 0,42 m., l. 0,15 totidemque crassa. Titulus satis bene etiam nunc legitur. Ed. L. Jurgiewicz *ЗНОО.* v. 17 p. 31, addita in tab. I lapidis imagine phototypica quae dicitur arte facta, ex qua titulum exscripsi et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. IV n° 18. Hic eandem imaginem repeto zinco expressam.

Lapis ab Jurgiewiczio apud civem quendam oppidi Akkerman emptus est, qui dixit eum a. 1893 in Olbiae rudibus esse inventum. Exstat Odessae in museo.



Ἀγαθῆ  
 τύχη· Ἀ-  
 χιλλεῖ Πο[ν]-  
 τ[ά]ρχη Κάσ-  
 κηνος Κα-  
 σάγου ἱε-  
 ρ[α]τεύων  
 [ἀ]νέθη-  
 κεν ὑπὲρ  
 τῆς πόλε-  
 ως εὐποσί-  
 ας καὶ εὐστα-  
 θίας χαρισ-  
 τήριον.

Cascenum Casagi f. non diversum esse ab eo, qui commemoratus est in titulo 116, animadvertit Jurgiewiczus. De εὐποσίας notione cf. quae diximus ad n° 140.

**142.** Tabula marmoris candidi integra, a. 0,53 m., l. 0,38, cr. 0,08. Titulus litteris grandioribus (a. 0,022 m.) exaratus optime legitur. Ed. N. Mursakevicz *ЗНОО.* v. I p. 279 n° 2; inde repetiit E. Muralt, *Bulletin hist.-philol. de l'Acad. de St. Pétersbourg* v. III p. 352; ex hoc expressus est titulus in *Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft* a. 1847 n° 85 p. 680, unde rursus sumpsit Car. Keil, (Hall.) *Allgem. Literatur-Zeitung* a. 1848 n° 164 p. 156. Postea edidit K. Muellenhoff *Hermae* v. III p. 440 n° II ad fidem apographi Th. Struvii, qui titulum e Mursakeviczii exemplo edito, non e lapide videtur transcripsisse.

Lapidem a. 1839 ibidem, ubi n° 138, inventum esse tradit Mursakevicz. Exscripsi Odessae in museo societatis et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 82. Hic idem exemplum repeto.

(Textum vide p. 167).

Mursakeviczius cum titulum litteris vulgaribus ederet, litterarum formas fideliter reddere non potuit; sed ne Muellenhoffius quidem eas recte reddidit, ideoque Struvium exem-

1	ΑΓΑΘΗΤΥΧΗ	Ἀγαθῆ τύχη.
	ΑΧΙΛΛΕΙΠΟΝΤΑΡΧΗ	Ἀχιλλεῖ Ποντάρχῃ
	ΚΑΙΘΕΤΙΔΙΣΚΑΡΤΑ	καὶ Θέτιδι Σκάρτα-
	ΝΟΣΑΖΙΑΙΟΥΙΕΡΑ	νος Ἀζιαίου ἱερα-
5	ΤΕΥΣΑΣΥΠΕΡΤΗΣ	τεύσας ὑπὲρ τῆς
	ΠΟΛΕΟΣΕΥΠΟΣΙΑΣ	πόλεος εὐποσία[ς]
	ΚΑΙΕΙΡΗΝΗΣΚΑΙΤΙ-	καὶ εἰρήνης καὶ τ[ῆς]
	ΕΑΥΤΟΥΥΓΕΙΑΣ	ἑαυτοῦ ὑγείας
	ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΝΕΠΙΑΡ	χαριστήριον ἐπὶ ἄρ-
10	ΧΟΝΤΟΣΣΑΤΥΡΟΥΑΡΤ	χόντος Σατύρου Ἄρτ[ε]-
	ΜΙΔΩΡΟΥ	μιδώρου.

plum Mursakeviczianum ei misisse puto. Ceterum variae lectiones in eorum exemplis fere nullae sunt (v. 7 extr. ΤΗ.); apud alios transcribentium errores quidam comparent aut typothetarum, quos notare supersedeo. Litteratura ei, quae est in tit. 138, admodum est similis; id unum differt, quod huius litterae maiores sunt et paulo neglegentius exaratae.

Titulus eo maxime nomine memorabilis, quod Achillis matrem una cum filio cultam esse refert. De nomine Ἀζιαίου cf. quae diximus ad n° 86. Satyrus Artemidori f. iterum archon commemoratur in tit. 176.


**Переводъ.** Съ добрымъ счастиемъ. Ахиллу Понтарху и Θετιδῆ Σκάρτανъ с. Αζιά, бывший жрецомъ, [посвятилъ] благодарственное приношение за благоштіе города и миръ и свое здравіе, при архонтῆ Сатирῆ сынῆ Артемидора.

**143.** Tabula marmorea a dextra laesa, a 0,36 m., l. max. 0,21, cr. 0,10, litteris imparibus inscripta. Edidit litteris vulgaribus E. de Stern *ЗНОО*. v. 27 (1907), protoc. p. 11, qui dixit lapidem videri diu in aqua iacuisse, quoniam superficies eius valde eluta esset et titulus ipse perquam detritus.

Lapidem a. 1905 museo societatis Odessitanae vendidit L. Hauchmann mercator, qui dixit eum in vico Beikusch esse inventum. Imaginem photographica et ectypum, ex quo titulus hic accurate repraesentatur ( $\frac{1}{4}$  v. m.), misit Warnecke.

(Textum vide p. 168).

Τρύφων Τρύφωνος inter praetores Olbiopolitanos inscriptus est n° 94. Ζεὺς Ὀλβίος commemoratur in decreto n° 42, ubi Callisthenes Callisthenis f. dicitur fuisse ἱερεὺς τοῦ προεστῶτος τῆς πόλεως ἡμῶν θεοῦ Διὸς Ὀλβίου.



144. Tabula integra lapidis arenarii a. 0,46 m., l. 0,27, cr. 0,19. Quadratarius in titulo exarando admodum inscite et negligenter versatus est (litt. alt. 0,017 — 0,02). Ed. L. Jurgiewicz *ЗНОО*. v. V (a. 1863) p. 994.

Lapis a. 1863 repertus in ripa excelsa lacus Karabaschiani (Καραβασκίῃ λίμνῃ), quinque verstis a praedio cui nomen est Troitskoje sive Koblevka distantis (cf. ad n° 138), exstat Odessae in museo societatis. Exscripsi et edidi *IosPE*<sup>1</sup>. v. I n° 83. Hic idem exemplum repetitur, denuo cum ectypo conlatum.

1	ΑΓΛΘΗ ΤΥΧΗ ΑΧΙΛΛΕΙΠΟΝ ΤΑΡΧΗΦΑΡΗΓΟΣ ΑΧΙΛΛΕΟΣΙΕΡΑ 5 ΤΕΥΩΝΑΝΕΘΗ ΚΕΝΧΑΡΙΣΤΗΡΙ ΟΝΥΠ[██████████]ΙΣΠΟ ΛΕΩ[██████████]ΣΙΑΣ ΚΑΙΤΗ[██████████]ΥΤΟΥ 10 ΥΓΕΙΑΣ	Ἀγ(α)θῆ τύχη. Ἀχιλλ(ε)ῖ Πον- τ(ά)ρχη Φ(ά)ρν(α)γος (Ἀ)χιλλέος ἱερα- τεύων ἀνέθη- κεν χαριστήρι- ον ὑπ[ἐρ τῆ]ς πό- λεω[ς εὐπ]οσίας καὶ τ[ῆς ἐα]υτοῦ ὑγείας.
---	---	--

*Var. lect.* Quadratarius propter negligentiam aliquot litterarum ductus ipse omisit; velut vv. 1—4 pro A quater Λ, pro E v. 2 □ incidit. Jurgiewiczus cum titulum litteris vulgaribus ederet, neque hanc scripturae varietatem, neque litterarum formas fideliter

reddere potuit; praeterea v. 7 quartae a fine litterae, v. 8 quartae ab initio, v. 9 quintae a fine vestigia omisit.

Jurgiewiczus titulum ad I aut II p. Chr. saeculum dubitanter rettulit propter scripturae negligentiam omissumque iota mutum et  $\psi$  litterae formam. Equidem saeculo II p. Chr. antiquiorem titulum esse non dixerim.

**145.** Fragmentum tabulae marmoreae a partibus summa et sinistra mutilum, a. 0,28 m., l. 0,135, cr. 0,035. Litterae 0,02 altae pessime sunt detritae. Edidi *ImS.* p. 8<sup>o</sup>, n<sup>o</sup> 10 et *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n<sup>o</sup> 21. Hic idem exemplum repeto.

Lapis a. 1890 a Fedosenko rustico in vico Beikusch inventus a. 1891 Surutschani museo inlatus est.

ΕΞΙΟ
ΣΣΩΣΤΙ
ΕΥΠΟΣΙ
ΤΗΣΠΟΛΕΩ
ΓΕΙΑΣ

.....  
 .....ς Σωστ[ρά-  
 του ὑπέρ] εὐποσί[ας και  
 εἰρήνης] τῆς πόλεω[ς και  
 τῆς ἑαυτοῦ ὑ]γείας.

Titulum in hanc sectionem rettuli propter similitudinem, quae ei est cum titulis proxime praecedentibus. Urbis εὐποσία (de qua v. ad n<sup>o</sup> 140) in subscriptionibus donariorum a praetoribus Apollini Prostatae oblatorum nunquam commemoratur.

**146.** Fragmentum tabulae marmoreae ab omnibus partibus, ut videtur, mutilum, a. max. 0,175 m., l. 0,15, cr. 0,09. Supersunt quattuor versuum litterae, aqua laesae, ad finem tituli pertinentes.

Fragmentum inventum in litore praerupto sinus Berezanici prope vicum Victorovka dictum servatur in eodem vico apud Mariam Ralev. Imaginem photographicam, quae hic repraesentatur in zinco, m. Septembri a. 1913 nobis misit V. I. f. Goszkewicz museo Chersonensi praefectus.



... ὁ δεῖ-  
 . να Δι]ογεί[τονος? ὑπέρ τῆς  
 πόλ]εως ε[ὑσταθίας και  
 εὐπο]σίας και [τῆς ἑαυτοῦ  
 ὑγεί]ας χ[αριστήριον].

Haec quoque videntur ex inscriptione donarii superesse, a sacerdote Achilli Pontarchae oblati.

## δ. Titulorum donariorum publicorum fragmenta incerta.

147. «In loco Iljinskoje prope *Olbiam* ex lapide transcripsit Stemp[k]ovskius (Koeppen, Nordgest. p. 78); ed. Rochettus Antt. Bosp. tab. X n. 1». Boeckh C. I. Gr. II n° 2068.

Iam Koeppenius l. l. ignorare se dixit, quid lapide factum esset. Exemplum Rochettianum repetii IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 84 et hic repeto.

1	ΟΠΙΕΡΙΑΝΤΩ	
	ΝΙΟΝΚΛΑΥΔΙΟΝ	
	ΣΤΡΑΤΗΓΟΙ	Οἱ περὶ Ἀντώνιον Κλαύδιον
	ΟΡΟΝΤΗΣΣΠΑ	στρατηγοί:
5	ΔΑΚΟΥΝΟΥ	Ὀρόντης Σπαδάκου,
	ΜΗΝΙΟΣΠΑ	Νουμήνιος Παΐσαρου,
	ΣΑΡΟΥΠΑΠ	Παπίας Ἀρίστωνος[ς],
	ΠΙΑΣΑΡΙΣΤΩ	Πασιά[δ]ης Ἀπολλωνίου κτλ.]
	ΝΟΥΠΑΣΙΑ	
10	. ΗΣΑΠΟΛΛΩ	

Boeckhius supra v. 1 praescripta sollemnia [Ἀγαθῆ τύχῃ, Ἀπέλλωνι Προστάτῃ] posuit, sed conlato tit. 148 suspicari licet dei nomen post praetorum demum nomina fuisse positum, ut ante verum, qui nunc est primus, nihil perierit. Superesse utrumque fragmentum e donariorum subscriptionibus maxime est veri simile, sed cum praetores praeter Apollinem Prostaten etiam Phoebos et Achilli Pontarchae solverint vota neque quidquam insit titulis, unde conligere liceat, cuius dei nomen in fine perierit, hoc loco ea ponere placuit.

Vv. 7—8 fortasse Παπίας legendum esse, ut in aliis titulis, monuit Boeckhius.


148. Tabula marmoris candidi infra fracta, a. 0,26 m., l. 0,22, cr. 0,065. Supra ornata est fastigio cum sculpto clipeo; margines paululum eminent. Titulus litteris elegantibus (a. 0,015) incisus etiam nunc optime legitur. Lapidis forma et litteratura simillimae sunt eis quae sunt in tit. 104. Ed. Th. Struve *ZHOÖ*. v. VI (1867) p. 24 et *Rhein. Mus.* v. XXV (1870) p. 353 n° 4, Jurgiewiczii usus apographo. (K. Muellenhoff *Hermae* v. III p. 445 n° VII ad fidem exempli Struviani russice editi).

Exscripsi Mosquae in museo historico (inter Buratschkoviana) et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 85. Hic exemplum praebeo accuratius ex ectypo delineatum ( $\frac{1}{4}$  v. m.).

(Textum vide p. 171).

Muellenhoffius v. 4 posuit ΚΟΥΝΑΙΣ, sive typhothetae errore, sive transcribentis, sed postea ΚΟΥΚΑΙΣ legendum esse ipse monuit *Hermae* v. IV p. 144. Dixi de hac emendatione IosPE<sup>1</sup>. v. I add. p. 222.





Οἱ περὶ Μαίφαρ|νον Θεοτέ|μου  
στρατηγοί·  
Κούκαις Ἀρσα|λίωνος,  
Σάτυ|ρος Κο. . .

**149.** Fragmentum tabulae marmoris albi ab omnibus partibus mutilum, a. 0,14 m., l. 0,12, cr. 0,05, litteris circa 0,02 altis inscriptum. Inventum est in Olbiae rudibus a. 1877, servabatur Kischinevi in museo Surutschaniano. Exscripsi et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 87. Hic idem exemplum repeto.

A  
—  
Ι Δ Α Δ Ο  
Ε Σ Ε Π Ι  
Α Δ Ο

[Ἀγ]α[θῆ]ι τύχη.  
Οἱ περὶ] Δάδο[ν τοῦ δεινός  
ἄρχοντ]ες· Ἐπι[κράτης τοῦ  
δεινός, Δ]άδο[ς κτλ.

Lineola inter vv. 1 et 2 in ipso lapide est. Titulo tam misere truncato supplementa mea dubitationi sane obnoxia esse possunt. Si vera sunt, fuisse eum Achilli Pontarchae dedicatum cum maxima veri specie conicias, cum archontes nulli alii deo vota solvisse videantur. V. 4. etiam Ἀδός[ης] aut Ἀδο[σθός] restitui potest ex aliis titulis Olbiopolitanis (v. nn° 82, 156, 202, 204).

**150.** Duo fragmenta coniuncta tabulae marmoris candidi a. 0,11 m., l. 0,06, cr. 0,035. Summus margo politus est. Supersunt litterae aliquot (a. 0,02 m.) duorum versuum. Exscripsi et edidi *HAZ.* f. 18, p. 113, n° 19.

Fragmenta a. 1905 a Pharmakovskio in Olbiae rudibus effossa Odessam missa sunt in museum societatis.

vac.  
Α Γ Α Θ Ι  
Ι Γ —

Ἀγαθ[ῆ]ι τύχη].  
[Ο]ἱ π[ε]ρὶ. . . . .

Superesse haec videntur e subscriptione donarii aetatis Romanae.

**151.** Fragmentum marmoris candidi venis rubris variati, ab omnibus partibus mutilatum praeter dextram, ubi exstat margo, a. 0,17 m., l. max. 0,17, cr. 0,045. Litterae superstites, optime etiam nunc conservatae, altae sunt 0,025 m. Fragmentum a. 1886 in Olbiae rudibus inventum a. 1889 museo societatis hist. et arch. Odessitanae inlatum est. Ad apographum Iudaei cuiusdam a Surutschano mecum communicatum edidi *ΣΗΡΑΟ*. v. IV p. 132, n° 165<sup>15</sup> et ex litteris Jurgiewiczii correxi ibid. v. V p. 383, unde repetii IosPE<sup>1</sup>. IV, n° 20. Lapide vere a. 1900 Odessae accuratius examinato descriptionem exactiorem et apographum dedi IosPE<sup>1</sup>. v. IV add. p. 293, unde nunc repeto.

Ν Ε Υ Ρ Η  
Π Α Π Ι Α Σ  
Φ Ι Λ Ο Σ -  
Υ Ο Χ Ι Ι

.....ω]ν Εὐρη-  
[σιβίου, .....] Παπίας  
[τοῦ δεῖνος, ....., Θεό]φιλος  
τοῦ δεῖνος κτλ.

Probabile est fragmentum ad titulum dedicatorium archontum s. praetorum pertinere.

**152.** Fragmentum tabulae marmoris albi a. 0,20 m., l. 0,09, cr. 0,20, ab omnibus partibus praeter dextram fractum. Litterae alte, sed satis negligenter exaratae sunt (a. 0,015—0,02); lectio nusquam est dubia. Exscripsi in museo societatis Odessitanae et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 140.

1 Ι Π Ε Ρ Ι  
Ρ Α Λ Λ Α  
Υ Ε Ν Η Ν  
Σ Μ Α Θ Α  
5 Ε Δ Ο Ν  
Γ Ο Υ  
Η Ο

Superesse haec videntur e subscriptione donarii ab archontibus sive praetoribus dedicati: nam vv. 1—4 hunc in modum (dubitanter sane) restitui possunt: [Τῶ δεῖνι δεῶ ο]ι περι [Εὐπάτο]ρα Μα[... τόν και Ἀναξι]μένην [ἄρχοντες s. στρατηγοί]. Sequuntur nomina propria, e quibus primum idem est fortasse, quod in tit. 82 iam nobis occurrit: [Ἀδόη]ς Μαθά[νου]. V. 5 restitui potest [Διομ.]έδον[τος] vel sim. Romanae aetatis esse titulum e litteratura facile conligitur.

**153.** Ima pars tabulae marmoreae, a. ut nunc est 0,38 m., l. 0,27, cr. 0,10. Vulgaribus litteris edidit E. de Stern *ΣΗΟΟ*. v. 26 (1906), prot. a. 1903 p. 74, adnotans tituli litteras diligenter exaratas esse et apicibus ornatas. Nobis Warnecke misit ectypum et imaginem photographicam, cuius summa pars hic zinco expressa repraesentatur (circa  $\frac{1}{3}$  v. m.).

Lapidem a. 1903 museo societatis Odessitanae rusticus quidam vendidit, qui dixit eum in agro prope oppidum Oczakov aratro effossum esse.



. . . . .ος Σατύ-  
ρου, Ἀσκληπιά-  
δης Ἐπιγράτους  
χαριστήριον.

Sternius v. 1 in. legit ΔΙΟΣ, sed prima littera procul dubio fuit sive Λ, sive Α, altera potuit esse Ι sive Γ. Itaque nomen exhibat aut in -λιος, aut in -αγος. Pertinere haec ad clausulam tituli dedicatorii a magistratibus quibusdam Olbiopolitanis positi in honorem sive Apollinis Prostatae sive Achillis Pontarchae vidit Sternius. Hoc nobis videtur verisimilius esse, quoniam χαριστήριον vox in subscriptionibus donariorum Apollini Prostatae oblato-  
rum non occurrit.

**154.** Fragmentum tabulae marmoreae tenuis, in insula Berezan inventum a. 1908. Litteris vulgaribus edidit E. de Stern *3HOO.* v. 28 (1910), prot. p. 45.

Frustulum videtur periisse, nam a. 1914 Odessae in museo societatis id non repperit Warnecke.

Δ Ο Υ  
Σ Τ Η Ρ

Sternius restituit . . . δου [χαρι]στήρι[ον], putans superesse haec e dedicatione donarii Achilli Pontarchae oblati.

**155.** Fragmentum tabulae marmoreae, a. 0,23 m., l. infra 0,30, supra et a sinistra mutilatum. Ubi et quando inventum sit, ignoro. Acquisiverat Surutschanus, cuius uxor viduata a. 1899 ectypum chartaceum benignissime mihi misit. Litterarum altitudo variat inter 0,025 et 0,35 m., excepto ultimo versu, qui minutissimis litteris leviter exaratus est. Edidi IosPE<sup>1</sup>. v. IV n° 19. Hic ex eodem ectypo accuratius delineatum praebeo (1/5 v. m.).




. . . . Ἄμωρ]όμαρος  
[Εὐρησιβί]ου εὐχαρισ-  
[τή]ριον  
[ἱερατε]ύσαντος Ἡρα-  
[κλ]είδου Κρατεί-  
νου τὸ β'.  
Σάλλιος Ἀντιφῶντος ἐρό[μωι?].

Superesse haec e subscriptione donarii ab archontibus Achilli Pontarchae oblatis puto conlato titulo simillimo n° 134. Viri nomen supplevi e titulo n° 101, ubi inter praetores inscriptus est Εὐρησιβιος Ἀμωρομάρου, huius fortasse pater aut filius. Ultimam versum restitui e nn° 130 et 138.

**156.** Tabula marmorca infra fracta, a. ut nunc est 0,28 m., l. supra 0,16 m., infra 0,165 (lapis infra latior est quam supra), cr. 0,116. Edidit E. de Stern *ЗНОО*. app. v. 28 (1907), p. 32 a, n° III in zinco. Cf. quae ad explicandum titulum ego adnotavi *IAK*. f. 37 (1910), p. 77, n° II.

Lapidem aestate a. 1906 in vico Beikusch acquisivit C. M. f. Milisavlevicz vir militaris et Sternio intercedente museo societatis Odessitanae dono dedit. Lapis dicitur a pueris e mari extractus esse, et Sternius testatur videri eum diu in aqua iacuisse, quoniam litterae aqua marinae sint exesae.



Adoes Delphi f. T. Flavio Achaemeni Bosporano titulum memoriae causa posuit, quem v. infra n° 202.

**157.** Ima pars tabulae marmoris cinerei, a. 0,20 m., l. 0,17, cr. 0,07. Tituli pars superstes bene etiam nunc legitur (litt. a. 0,02). Lapis Olbiae in ripa fluminis Bug inventus esse dicitur a. 1889, museo Surutschaniano inlatus a. 1892. Exscripsi et edidi *ImS.* p. 9, n° 13, et *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 25. Hic idem exemplum repeto.



Propter ἰ litterae formam valde dubito, num genuinus sit titulus.

**158.** Frustum tabulae marmoris albi opisthographae a. 0,18 m., l. 0,17, cr. 0,025. Litterae grandes sunt, sed leviter incisae satisque detritae. Exscripsi in museo Universitatis Odessitanae et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 90. Hic eadem exempla repeto.

<i>a parte adversa (a):</i>	<i>ab altera (b):</i>
Κ Ε Ν Ε Ι Κ	Ν Ο Ι
Κ Α Ι Δ Ι Κ	Ω Ν Χ Α
vac. Κ Ο Ν	Π Ι Ο Ν
vac.	vac.

[‘Ο δεινά.....έ]ος ἐνεί[χα...	.....νο...
καὶ δίσ-	...ων χα[ρι-
κο[ν].	στήρ]ιον.

Supersse haec e titulis dedicatoriis eis similibus, qui proxime praecedunt, facile conicias.

## Sectio II. Dedicaciones hominum privatorum.

**159.** Fragmentum marmoris albi ab omnibus partibus praeter summam fractum, a. 0,13 m., l. 0,14, cr. 0,085. Litterae circa 0,02 m. altae admodum diligenter incisae sunt. Odessae exscripsi in museo societatis (inter Curisiana) et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 95. Hic ex ectypo chartaceo accuratius delineatum titulum praebeo ( $\frac{1}{4}$  v. m.).


<sup>vac</sup>  
 Ρ Τ Η Σ  
 Ε Ο Ι Σ Τ Α Σ  
<sub>vac</sub>

[‘Ο δεινά τοῦ δεινός ὑπὲρ τῆς  
[..... ἀνέθηκε θ]εοῦ πᾶ[σι].

V. 2 in. γυναικός sive θυγατρὸς fuisse scriptum facilem esse coniecturam dixi in priore editione, sed nunc etiam πόλεως suppleri posse puto. Propter litteraturam titulus ad III a. Chr. saeculum referendus esse videtur.

**160.** Fragmentum epistylīi, ut videtur, marmoris candidi, ab omnibus partibus praeter dextram mutilatum, a. 0,10 m., l. 0,57, cr. 0,22. Litterae superstites optime etiam nunc leguntur. Edidit E. de Stern *3HOO*. v. XXII, prot. p. 107 in zinco. Exscripsi m. Maio a. 1900 et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. IV add. n° 458 in zinco. Imaginem photographīcam, quam hic in zinco repraesento (circa  $\frac{1}{8}$  v. m.), humanissime misit Warnecke.

Lapidem aestate a. 1899 in Olbiae ruderebus inventum museo societatis Odessitanae vendidit S. Hauchmann mercator Oczakoviensis.



[‘Ο δεινα Ίχ]εσίου


[. . . . ‘Εκα]τέ[ω]νος Δι. Ήλευθερίωι.

Titulus variis modis suppleri potest, veluti [ὁ δεινα Ίχ]εσίου [καὶ ὁ δεινα ‘Εκατ]έωνος, vel [ὁ δεινα Ίχ]εσίου [ὑπὲρ τοῦ υἱοῦ ‘Εκατ]έωνος. E titulis cognovimus Olbiopolitas Iovem coluisse Σωτήρα, Ὀλβιον, Βασιλέα, Πολιάρχην (v. indices). Hic habemus quintum eiusdem dei cognomen<sup>1)</sup>. Quid deo fuerit dedicatum, e tituli parte superstite non liquet. Ipsum titulum propter litterarum formas tertii a. Chr. saeculi parte priore nequaquam recentiore puto. Nomina quae sunt Ίκέσιος et ‘Εκατέων saepius occurrunt in amplissimo illo civium Olbiopolitanorum catalogo, quem infra edemus (n° 201).

**161.** «... Un fragment d'inscription où quelques lignes seulement se sont conservées... La ligne inférieure est séparée du bout de l'inscription et écrite en caractères de moitié plus petits. L'inscription est gravée sur du marbre blanc; elle a été trouvée sur la place publique» [scil. d'Olbie]. Com. A. Ouvaroff, *Rech. sur les ant. de la Russie mérid.* p. 55 n. 3 et tab. XXIV n° 1.

Ex Uvarovii delineatione transcriptum titulum edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 92, cum explorare non contigisset, ubi lapis esset. Sed aestate anni 1892 Iacobus I. f. Smirnov cum in vicum Poretschje, quem comitis Uvarovii heredes possident, res antiquas, quae ibi collectae conservantur, examinaturus venisset, ibi lapidem invenit cum aliis sex, quos accuratissime mea causa exscripsit. Hunc lapidem putat basis fragmentum esse; altum esse dixit 0,21 m., latum 0,14; litteras maiores altas esse 0,025 m., minores 0,012. Smirnovii apographum ab edito nihil differt. (Dixi de his *ΣΗΡΑΟ.* v. VII, p. 74 et IosPE<sup>1</sup>. v. IV add. p. 270). Hic titulum e tabula Uvaroviana dimidio modulo repeto.

1) De deorum apud Olbiopolitas cultu copiose et diligenter egisse G. M. Hirst Anglam in «*The Journal of Hellenic studies*», vv. 22 et 23 (1902—3), cuius commentationem a Petro B. f. Latyschevio cum nostris additamentis russice versam prodiisse in *ΙΑΚ.* f. 27 (1908), pp. 75—144 semel hic lectores monco.



...την.....

... Δι Σωτ[ήρι] ...

... νατην...

Titulus certa via restitui nequit.


**162.** «Titulus incisus lapidi calcario, qui hodie ex sex fragmentis feruminatis compositus est; altus est lapis 0<sup>m</sup>58, l. 0<sup>m</sup>77, litterae 0<sup>m</sup>03 fere altae». (Modestov russice). Edd. Koehler, *Mémoire sur les îles et la course cons. à Achille*, p. 248 n. 767; inde Boeckh, C. I. Gr. II, n° 2084. B. Modestov, *Κιεβσκία Υκισ. Ιζωπστία* a. 1875, n° 6, p. 502 cum imagine photographica lapide expressa.

Exstabat olim in loco Tultschin; inde casu quodam in museum Universitatis Kioviensis pervenit. Edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I, n° 91, usus Modestovii tabula et ectypo chartaceo, quod ab Iul. Kulakovskio acceperam. Mense Maio a. 1893 titulum ipse plenius aliquanto et accuratius exscripsi. Apographum meum publici iuris feci *ΣΗΡΑΟ*. v. VII, p. 74 et IosPE<sup>1</sup>. v. IV add. p. 270. Hic accuratius delineatum praebeo.

(*Imaginem vide p. 178*).

Ἄ[γ]αθῆ τύχ[η].  
 [Δ]ι Σωτῆ[ρι] εὐχαριστ[ήρι]ον  
 [ὑπὲρ εἰρήνης (?) καὶ σ[ω]τη[ρί]ας  
 [τῆς πόλεως Ἀρισ]τό[ν]εικος Ἀρτέ-  
 [μωνος? — — — ὁ] καὶ Ὀλβιοπο-  
 [λείτης ἀνέθηκε]ν ἐκ τῶν ἰδίων  
 [ἀναλωμάτων,] ἐπὶ ἀρχόντων  
 [τῶν περὶ — —]ζον Σωκράτου,  
 [ἱερατεύοντ]ος Ἀμνάγου Ἰρα-  
 [θαγώσου?].

*Var. lect.* V. 1: ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ — v. 2: ΙΣΩΤΙ — ΕΥΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΝ — v. 3: ΣΚΑΙ-  
 ΣΩΤΗΡΙΑΣ — v. 4 in. ΝΕΙΚΟΣ — v. 5 extr. ΠΟΛ — v. 9 in. ΟΣ Koehler. Inde patet



eam lapidis partem, quae servata est, nondum fuisse in sex fragmenta discussam, cum Koehlerus eam exscriberet; ceterum Koehlerus ipse de uno fragmento loquitur.

Tituli supplementa longe aliter institui, ac Boeckhius<sup>1)</sup>. Primum enim versuum longitudo ab eo suppletorum admodum est impar, deinde offendit ὑπὲρ bis repetitum et ἑαυτοῦ ante Ὀλβιοπολειτῶν (pro quo expectandum erat τῶν πολιτῶν aut potius τῆς πόλεως) positum; cf. titulos donariorum Apollini Prostatae et Achilli Pontarchae oblatores, ubi dicitur ὑπὲρ τῆς πόλεως καὶ τῆς ἑαυτῶν ὑγείας, non ordine inverso. Equidem puto Aristonicum alius cuiusdam urbis civem etiam Olbiae civitate donatum fuisse; exempli gratia cf. tit. 174, ubi architectus similiter dicitur Νεικομηδεὺς ἔ καὶ Τομείτης. Denique archontes in hoc titulo non fuisse enumeratos inde patet, quod post v. 9 in lapide spatium restat vacuum. Restitui igitur v. 9 in. ἱερατεύοντος, conlato tit. 134. Sacerdotis patris nomen e tit. 101 supplevi, ubi pater eius aut filius praetorum est princeps<sup>2)</sup>. Titulus II p. Chr. saeculo non est antiquior.

**Переводъ.** Съ добрымъ счастьемъ. Зевсу Спасителю Аристонику с. Арте(мона (?)) гражданинъ такого-то города) и Ольвиополитъ посвятилъ изъ своихъ средствъ благодарственное приношение за миръ и спасеніе города, при архонтахъ съ . . . зомъ Сократовымъ во главѣ, при жрецѣ Амναгѣ с. Ра(εαγаса?).


1) Eorum lectorum gratia, quibus C. I. Gr. praesto non est, titulum a Boeckhio suppletum hic repetere placet: Ἀγαθὴ τύχη. [Δι]᾽ σωτῆ[ρι] εὐχαριστήριον [ὑπὲρ νεκ]ῆς καὶ σωτηρίας. [Ἀριστο]νεϊκος Ἀрте[μιδώρου] ὑπὲρ ἑαυτοῦ] καὶ Ὀλβιοπολειτῶν πάντων] ἐκ τῶν ἰδίων [ἀνέ]δρακεν] ἐπὶ ἀρχόντων [τῶν περὶ — —]ζον Σωκράτου[ς, — —]ος Ἀμναγῶ Ρα — etc.

2) Fortasse eiusdem sunt familiae Ἀβωζος Ῥαθαγώσου in tit. 91 et Ἀβωζος Ἀβνάκου in tit. 175. Nomina quae sunt Ἀβναγος et Ἀμναγος non nisi scripturae varietate differre puto.



**163.** Fragmentum basis parvae marmoris subcaerulei, a lateribus sinistro et dextro mutilatum, a. 0,125 m., l. ut nunc est 0,185, cr. 0,165. Tituli reliquiae bene etiam nunc leguntur (litt. a. 0,025 m.).

Lapis a. 1913 in rudibus Olbiae casu inventus Petropoli exstat in museo Universitatis. Titulum ex ectypo chartaceo accurate delineatum praebéo ( $\frac{1}{4}$  v. m.).




[Ὁ δεῖνα . . .]ου

[ἱερησάμεν]ος

[Ἀπόλλωνι Δ]ελφινίωι.

Tituli litteratura tertio a. Chr. saeculo non est recentior. De Apolline Olbiae et in Bosporo culto diligenter egit comes Io. Tolstoi duabus commentationibus, quarum prior inserta est *ЖМНП* p. m. Januarii 1904, cl. phil. pp. 1—15, altera *ИАК*. f. 14 (1905), pp. 44—53. Alter titulus Apollinis Delphinii nomine insignis infra dabitur sub n° 189.

**164.** Fragmentum tabulae marmoris cinerei a. 0,10 m., l. 0,19, cr. 0,095, litteris 0,02 altis inscriptum; supra exstat margo. Exscripsi Mosquae in museo historico (inter Buratschkoviana) et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 93. Hic praebéo delineatum accuratius ad ectypum chartaceum ( $\frac{1}{4}$  v. m.).



. . . κήιος Ὁ[λβιοπολίτης (?)]


Ἀπ]όλλωνι Ἰ[ητρῶι ?]

Litteratura est quarti a. Chr. saeculi. Apollinem Medicum Olbiae cultum ex hoc primum titulo cognovimus, si quidem recte eum restitui. In titulis Panticapaeensibus idem dei cognomen saepius occurrit. Cf. comitis Tolstoi commentationes laudatas ad n° 163.

**165.** Quarta fere pars tabulae quadratae marmoris subcaerulei, longa ut nunc est 0,35 m., l. 0,28, cr. 0,04. Videtur fuisse patina permagna. Superne excavata est, quadris undique relictis, et bene polita, infra rudi manu dolata. Tabulam antiqua aetate in duas partes fractam denuo ferro aut plumbo firmatam esse probant cavernae duae triangulae, quae in imagine apparent. In eo quadro, quod in imagine est infimum, titulus diligentissime

exaratus est litteris 0,01 m. fere altis, cuius initium lapide fracto periit. Edidi *HAK.* f. 18, p. 109, n° 13, additis imaginibus totius lapidis et tituli ( $\frac{1}{2}$  v. m.), quas hic repeto.

Lapis a. 1905 a Pharmakovskio in Olbiae rudibus inventus exstat nunc Petropoli in museo Universitatis.



{ Ρ Ο Β Ι Ο Δ Ι Ο Ν Υ Ξ Ω Ι

[‘Ο δεῖνα Μητ]ροβιο(υ) Διονύσωι.

Videmus tabulam Baccho a quodam Metrobii filio esse oblatam. Titulum propter litteraturam et O pro OY scriptum ad IV a. Chr. saeculum refero.

**166.** Fragmentum tabulae marmoris candidi infra et a dextra mutilatum, a. ut nunc est 0,20 m., l. 0,22, cr. 0,038, marginibus summo et sinistro et superficie postica bene politis. Superficies postica ornata est epistylis levi, l. 0,04 m. Inde conici potest hanc partem primo fuisse anticam, titulum vero, qui nunc exstat, in parte postica exaratum. Coniecimus in superficie epistylis ornata titulum antiquiorem olim fuisse, cuius tamen nulla vestigia supersunt in fragmento, quod aetatem tulit. Titulus a summo margine 0,06 m. distat. Litterae accurate incisae (a. 0,02 m.) optime conservatae sunt. Exscripsi et edidi *HAK.* f. 23, p. 29, n° 4. Hic imaginem photographica zinc expressam praebeo (circa  $\frac{1}{4}$  v. m.).

Lapis a. 1906 a Pharmakovskio in Olbiae rudibus inventus Odessam missus est in museum societatis.



Θρασύβουλος [τοῦ δεῖνος]  
 Διονύσωι τ. . . . .  
 ἱερῆσάμε[νος ἀνέθηκεν].

Titulus propter litteraturam ad IV a. Chr. saeculum referri potest. V. 2 ad dextram aut Bacchi cognomen periiit, aut rei nomen, quae illi erat consecrata.

**167.** [Scripsit M. Rostovzev]. Ara quadrata lapidis calcarii vilis cymatiis supra et infra ornata, alta 0,54 m., l. 0,32, cr. 0,17. In parte adversa litteris grandibus et disparibus rubro colore pictis (altis circa 0,04 m.) titulus latinus sculptus est. Ed. M. Rostovzev in Latyschevii sylloge titulorum a. 1902 inventorum *ИАК*. fasc. 10 p. 5, № 4, cum imagine photographica, quae hic repetitur (circa  $\frac{1}{5}$  v. m.).

Ara a Pharmakovskio a. 1902 Olbiae inventa muro recentioris aetatis inaedificata, extat in museo antiquitatum Universitatis Petropolitanae.

*Pro salutem*

*imp(eratorum) d(ominorum) n(ostrorum duorum)*

*Philippo Aug(usto)*

*III et Philip-*


*po imp(eratore) II co(n)s(ulibus) a. 248 p. Chr.*

*ara Mercu-*

*rio posui*

*Py(γ)ρrus Bi-*

*thus mil(es).*



V. 1 lege pro salute(m): cf. inter alia Dessau, Inscr. lat. sel. № 509; v. 5 l. ara(m); v. 7 l. Pyrrus. Nomen Pyrrri Bithi probat militem thracicae originis fuisse (cf. Dumont-Homolle, *Mélanges*, p. 470 sqq. et 540 sqq.; CIL. III, 12336). Coniunctio duorum nominum in viro originis barbarae analogiis firmari nequit; crederes duos milites aram posuisse, sed repugnat «posui» v. 6. Quamquam in titulo barbarae scripta hoc fortasse offendere non debet.

Titulus a. 248 p. Chr. positus probat Olbiam eo tempore etiam tum extitisse et Romano praesidio firmatam esse. Suspensi igitur haeremus, num omnino saeculis III aut IV (cf. Amm. Marc. 22, 8, 4) dirutum sit a barbaris oppidum, nedum certum huic facto tempus definiri possit. De praesidio militum Romanorum Olbiae posito v. quae infra dicentur ad titulum sepulcralem Valerii Mucatralis.

**168.** «...Basis, welche aus einem etwas in das Bläuliche spielenden Marmor gefertigt ist. Sie ist oben und unten mit einem einfachen Gesims versehen, an der Rückseite aber unbearbeitet, da sie ohne Zweifel an eine Wand gelehnt war. Ihre Höhe beträgt 7 Werschok (0,31 Mètre), ihre Breite  $12\frac{1}{4}$  Werschok (0,54 M.), ihre Dicke 10 Werschok (0,44 M.). Auf ihrer Oberfläche ist eine kreisrunde Vertiefung angebracht, welche uns belehrt, dass sie nicht eine Arbeit von Bronze, sondern von Marmor zu tragen bestimmt war. An ihrer Vorderseite liest man folgende Inschrift, deren Buchstaben-Formen unzweideutig auf römische Zeit, wohl auf das erste Jahrhundert n. Chr. hinweisen». L. Stephani, *Compte-rendu de la comm. Imp. arch. p. l'année 1874*, p. 102 sq.

Lapis, quem a. 1873 Io. G. f. Zabelin in Olbiae rudibus effodit, hodie Petropoli exstat in museo Ermitage dicto. Exscripsi et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 94. Hic idem exemplum repeto.

 <p>ΔΙΤΗΙΕΥΤΛΟΙΑΙ          ΙΔΕΟΣΠΟΣΙΔΕΙΟΥ          ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΝ</p>	<p>[Ἄφρο]δίτηι Εὐπλοΐαι          [Ποσ]ιδεος Ποσιδείου          χαριστήριον.</p>
---	---

*Var. lect.* V. 1 in. ΙΤΗΙ, v. 2 in. ΙΔΕΟΣ dedit Stephanus, qui praeterea recte adnotavit primas litteras vv. 1 et 2 de industria instrumento acuto esse laesas.

Veneris cognomen Εὐπλοΐα perraro apud scriptores et in titulis inveniri monuit Stephanus (cf. nunc Roscher, *Lex. d. griech. und röm. Myth. v. I*, p. 402). Posideum Posidei f. eundem esse facile conicias, qui Neapoli in urbe Scythica Iovi Atabyrio, Minervae Lindiae, Achilli Pontarchae donaria dedicavit (v. infra). Rhodium eum fuisse statuit Boeckhius C. I. Gr. II ad n° 2103 b, nescio quam vere.

**Переводъ.** Афродитѣ Евплии Посидій Посидіевъ [посвятилъ] благодарственное приношеніе.

**169.** Angulus sinister tabulae marmoris candidi 0,146 m. crassae, a. 0,172 m., l. 0,268. In tabula litteris grandioribus (a. 0,024 m.) apicibus ornatis scriptus erat titulus,

cuius non supersunt nisi initia quinque versuum bene conservata. Exscripsi et edidi *IAK.* f. 14, p. 98, n° 4. Hic idem exemplum repetitur.

Lapis a. 1904 a Pharmakovskio in Olbiae ruderebus inventus nunc conservatur Odessae in museo societatis.

1	ΑΓΑΘΗΤΥΧΗ	Ἀγαθῆ τύχη.
	ΕΠΙἈΡΧΟΝΤΩΝ	Ἐπὶ ἀρχόντων [ν τῶν περι]
	ΖΩΡΣΑΝΟΝ	Ζώρσανον [Νεικηρά]-
	ΤΟΥΚΑΡ	του Καρζ[όαζος Ἀττάλου]
5	Δ	Δή[μητρι? . . .]

Propter litterarum magnitudinem et lapidis ipsius formam putamus potius nos titulum dedicatorium ante oculos habere, quam decretum. Cereris nomen v. 5 sane de coniectura tantum proponimus. Viri ambo, quorum nomina in titulo leguntur, procul dubio non diversi sunt ab eis, quos vidimus in decreto n° 39, in honorem Carzoazi mortui composito et Zorsani impensis lapidi inciso. Titulus igitur hic dedicatorius a Carzoazo etiam tum vivo positus decreto aliquot annis antiquior est, sed propter litteraturae similitudinem statuendum est utrumque ab uno lapidario esse scriptum.

**170.** Angulus sinister tabulae marmoris candidi, a. ut nunc est 0,11 m., l. 0,075, cr. 0,02; superficies postica polita est, antica ornata quadro levi, a lateribus angustiore (l. 0,014 m.), quam infra (l. 0,032). Infra quadrum anaglypho repraesentata erat Cybele sellae insidens, leonibus utrimque adstantibus. Supersunt pars antica leonis (caput cum iuba et pes sinister) sinistrorsum conversi, deae pes dexter et longi amictus particula. Infra in quadro superest pars sinistra tituli satis diligenter exarati litteris circa 0,009 m. altis. Edidi *IAK.* f. 45, p. 8, n° 2, cum imagine zincotypica (1/2 v. m.), quae hic repetitur.



Lapidem a. 1911 in Olbiae ruderebus casu inventum Consilio Imp. Archaeologico vendidit rusticus quidam Parutinensis. Exstat nunc Odessae in museo societatis.

Αὐρ(ἡλιος) Χρῦσ[ιππος — patris nomen?]

Μητρι θεῶν [ἀνέθηκεν].

Tituli litteratura et litterae ligatae (v. 2 ΜΗΤ et WN) aetatem Romanam prout. Nomen Latinum Αὐρήλιος probat eundem medio saeculo II p. Chr. non esse antiquiorem.

Aetate Romana in urbibus ad Pontum Euxinum sitis, in Thracia aliisque regionibus morem fuisse deorum delubra huiusmodi anaglyphis ornandi iam inter omnes constat. Olbiae quoque fuisse hunc morem M. Rostovzev demonstravit commentatione doctrinae plena, quam de similibus anaglyphis scripsit *ΗΑΚ.* f. 40, p. 12 sqq. (v. pag. 17). Matrem deorum Olbiae cultam esse titulus n° 19<sup>b</sup> et nummi probant<sup>1)</sup>. Rostovzevius putat Olbiae delubrum commune extitisse omnium deorum a militibus Romanis cultorum, in quo anaglyphum hoc ab Aurelio Chryssippo dedicatum esse vel maxime esse consentaneum.

171. Angulus dexter tabulae marmoris candidi tenuissimae (cr. 0,018 m.), utrimque politae, a. max. 0,143 m., l. max. 0,145. Tabulae pars antica ornata erat aetomate sculpto,



acroteriis instructo, sub quo anaglyphum quoddam erat, quod prorsus fere periit; superest particula in angulo sinistro, quae rupem videtur repraesentare<sup>2)</sup>. In anaglypho coloris rubri vestigia aliquot locis apparent. In aetomate superest pars tituli latini, alte quidem, sed litteris imparibus (a. 0,011—0,016 m.) exarati. Imaginem lapidis ad dimidiam v. m. partem reductam edidi *ΗΑΚ.* f. 14, p. 100, n° 7, et hic repeto.

Lapis a. 1904 in Olbiae rudibus a Pharmakovskio inventus exstat Odessae in museo societatis. **ΤΟΠΟΡΟ** nescio an sit prave pro *tempore* scriptum a lapicida Latini sermonis imperito et *Tempore bono* nihil aliud sit quam Ἀγαθῆ τύχη (cf. supra n° 6).

172. Fragmentum tabulae tenuis (cr. 0,02 m.) marmoris subcaerulei a. 0,125 m., l. 0,072. In tabula inter lineolas exaratus erat titulus dedicatorius litteris 0,024 m. altis; hodie non supersunt in fragmento nisi tres litterae integrae totidemque laesae. Edidi *ΗΑΚ.* f. 18, p. 111, n° 15 cum imagine, quae hic repetitur (circa  $\frac{1}{2}$  v. m.).

1) Cf. V. Škorpil, *Kybelin kult v říši bosporské. Sborník prací filolog. Josefu Kralovi* (Praga 1913), p. 190 sqq.

2) Cf. anaglyphum Atheniense ab I. I. Smirnovio editum in libro collectaneorum in honorem Th. Socolovii scriptorum (Στέφανος, Petrop. 1895), p. 115.

Fragmentum a. 1905 in Olbiae rudibus a Pharmakovskio inventum Odessam missum est in museum societatis.



...μέ[νης τοῦ δεινός  
ἀν]έδη[ξε.....

Post verbum ἀνέδηξε dei aut deae nomen fuisse consentaneum est. Litteratura indicat aetatem quarto a. Chr. saeculo non recentiore.

173. Ima pars cum angulo dextro (a. 0,055 m., l. 0,14) tabulae marmoris cinerei anaglypho olim ornatae, ex quo nihil superest nisi circuli particula. Infra exstant extremae partes trium versuum litteris circa 0,012 m. altis exaratorum.

Mosquae in museo historico (inter Buratschkoviana) exscripsi et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I, n° 96. Hic ex ectypo chartaceo accuratius delineatum praebeo ( $\frac{3}{8}$  v. m.).



[Ἀγαθῆ] τύχη.

[Ὁ δαίνα τὸν δαίνα θεὸν? σώσα]ντά με μετὰ τῶν ἐμῶν  
[ἐκ τῶν μεγίστων κινδύνων? εὐχα]ριστήσας ἀνέδηξα.

Εὐχαριστήσας v. 3 coniecit A. Nauck; idque recipere non dubitavi, quoniam quadratarius, cum v. 3 reliquis negligentius incideret, facile potuit pro **CT** litteris **Γ** exarare; similiter paulo post pro **ACANE** quos dedi ductus exaravit. Titulus Romanae est aetatis.


### Sectio III. Aedificiorum dedicationes.

#### a. Dedications publice factae.

174. Tabula marmoris candidi a partibus dextra et ima fracta, a sinistra et summa laesa, alta nunc quidem 0,54 m., l. 0,80. Supra ad sinistram epistylia particula superest. Litterae 0,028 m. altae diligenterque exaratae etiam nunc optime leguntur.

Mosquae exscripsi in museo historico (inter Buratschkoviana) et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I,

n° 97 (inde litteris minusculis repetiit Cagnat IrR. I n° 854). Hic imaginem photographicam, quam Oreschnikovii beneficio debeo, zinco exprimendam curavi (circa  $\frac{1}{8}$  v. m.).



Titulus exceptis tribus nominibus propriis ita videtur restituendus:

- 1 Ἄγαθῆ τύ[χη].  
 Θεοῖς πατρώοις καὶ ὑπὲρ τῆς τοῦ [Αὐτοκράτο-  
 ρ]ος Λουκίου Σεπτιμίου Σευήρου Πε[ρτίναχος  
 καὶ Μάρκου Αὐρηλίου Ἀντωνείνου Κα[ίσαρος Σε-  
 5 β]αστοῦ καὶ τοῦ σύνπαντος αὐτῶν οἴκ[ου αἰδίου δι-  
 α]μονῆς ἢ Ὀλβιοπολειτῶν πόλις τὸ βα[λανεῖον ἐποί-  
 η]σεν σὺν καὶ τῇ σκουτλώσει ἐκ τῶν δημο[σίων καὶ κα-  
 θ]ιέρωσαν, διέποντος τὴν ἐπάργειον Κο[σκιωνίου Γεντια-  
 ν]οῦ, πατρός δὲ πόλεως Καλλισθένου Κ[αλλισθένου, ἐπὶ  
 10 ἀρ]χόντων τῶν περὶ Καλλισθένην Δάδου· [τοῦ δεῖνος Καλ-  
 λι]σθένου, Μαρκιανοῦ Δομνίωνος, Ῥουφεί[νου Φιλα-  
 δέλ]φου, Κονκορδίου Ἄττα, ἀρχιτεκτονούντ[ρος τοῦ δεῖνος,  
 τοῦ δεῖνος (υἱοῦ)] Νεικομ[ηδέως] τοῦ καὶ Τομείτ[ου]. . . .  
 . . . . . υτου.

Olbiam Septimio Severo imperante in Romanorum dicionem venisse iam dudum coniecerunt viri docti, nummis maxime freti imperatorum Romanorum nominibus signatis, qui ab



hoc demum tempore incipiunt desinuntque sub Severo Alexandro, et praeterea Caracallae et Getae statuis Olbiae positis, quarum subscriptiones infra dabimus. Quam coniecturam veram esse hic titulus optime probavit<sup>1</sup>). Qui anno 198 non est antiquior, quo Caracalla Antoninus dictus est Augustus (cf. Clinton. Fasti Rom. I s. a.; Cagnat, *Cours d'épigr. Rom.*<sup>4</sup>, 1914, p. 209).

Nomen praesidis provinciae, quod in priore editione non supplevimus, nunc certissima ratione restituimus. Nam B. Pick in commentatione inscripta «Inedita der Sammlung Mandl in Budapest» (*Wiener Numism. Zeitschrift* v. XXIII, a. 1891) p. 29 sq. nummis Nicopolitanis et Marcianopolitanis nisus (quos v. in eiusdem opere *Münzen von Dacien und Moesien*, v. I, nn° 544 sqq. et 1264 sqq.) demonstravit Septimii Severi aetate inter Moesiae Inferioris praefectos *Pollenium Auspicem* fuisse et *Cosconium Gentianum*, quos inter a. 193 et ineuntem 198 provinciae praefuisse maxime putat consentaneum. Cum vero titulus noster non ante annum 198 lapidi sit incisus, non videtur dubium, quin vv. 8—9 Cosconii Gentiani nomen sit legendum et titulus ad hunc ipsum annum sit referendus. (Dixi de his *ΣΗΡΑΟ*. v. VII, p. 74 et IosPE<sup>1</sup>. v. IV add. p. 270. Cf. Groag in Pauly-Wissowa Real-Encycl. IV, 2, col. 1670; Stout, The governors of Moesia, p. 89).

V. 6 supplementum quod est βα[λανεῖον] certum habeo: balnea pro imperatorum Romanorum salute saepius dedicata esse non est quod moneam (cf. ex. c. C. I. Gr. III nn° 3956 b. 4300 w = Le Bas-Waddington *Asie Min.* 1700. 1292 etc.). Post hanc vocem perficiendi vel extruendi vel simile verbum requiritur, sed admodum breve; ideo dubitanter posuimus [ἐποίη]σεν. Σκούτλωσις est *opus scutulatum*, de quo cf. quae dixerunt J. R. S. Sterrett *Mittheil. d. D. Arch. Inst. in Athen* v. VIII p. 329 et C. Schuchhardt ibid. v. XXIV p. 233. De ἐπάρχιος forma dixi ad n° 54; decretum in honorem Callisthenis Callisthenis f. factum supra dedi n° 42; ibidem memoratur Callisthenes Dadi f., qui hic est archontum princeps; decretum in huius Callisthenis honorem vide sub n° 43.

**Переводъ.** Съ добрымъ счастиємъ. Отеческимъ богамъ и за вѣчное пребываніе императора Лукія Септимія Севера Пертинакса и Марка Аврелія Антонина Кесаря Августа и всего ихъ дома городъ Ольвіополють построилъ баню съ штучнымъ поломъ изъ общественныхъ средствъ и посвятилъ при правителѣ епархіи Косконіи Гентіанѣ, при отцѣ города Каллисенѣ сынѣ Каллисена, при архонтахъ съ Каллисеномъ с. Дада во главѣ: такожь-то с. Каллисена, Маркіанъ с. Домніона, Руфинъ с. Филадельфа, Конкордіи с. Атты; архитекторомъ былъ такой-то с. такою-то Никомидець, онъ же и Томить. . . .

**175.** Tabula marmoris albi integra, a. 1,87 m., l. 0,695; cr. 0,215. Inscripta est literis ornatissimis, sed leviter incisis, quae nunc inde a v. 13 in media lapidis parte admodum sunt detritae; prioris tituli partis litterae altae sunt 0,045—0,035 m., alterius circa 0,023; litterarum ornamenta typis fideliter reddi non potuerunt.

Lapis m. Augusto a. 1884 in Olbiae ruderibus inventus exstat Odessae in museo socie-

1) Cf. quae de his diximus *Изслѣд. обз. Ольвіи*, p. 195.

tatis, cui Al. L. f. Berthier de Lagarde a. 1893 dono dedit. Edidi IosPE<sup>1</sup>. I, n° 58 ad ectypum chartaceum, quod diligentissime confecerat Steph. Ph. f. Orlovski, a Pomialovskio prof. rogatus; praesto erant etiam apographa duo, quorum alterum vv. 1—18 continens Orlovskius idem, alterum Pomialovskius humanissime commodaverant. Hic idem apographum repeto ad ectypum denuo collatum.

1            ἈΓΑΘΗΤΥΧΗΙ  
 ἈΠΟΛΛΩΝΙΠΡΟΣΤΑ  
 ΤΗΙ ΟΙΠΕΡΙΟΜΨΑ  
 ΛΑΚΟΝΕΥΡΗΣΙΒΙΟΥ  
 5 ΣΤΡΑΤΗΓΟΙ ΠΑΠΙΑΣ  
 ΠΑΠΑΔΟΝΟΣ ἈΒΝΩ  
 ΖΟΣ ἈΒΝΑΚΟΥ ἈΒΛΩΝΑ  
 ΚΟΣ ἈΡΣΗΟΥ ἈΧΟΥΕΥ  
 ΠΛΟΥΣΚΛΛΑΝΔΙΩΝΟΣ  
 10 ΝΟΥ ΜΗΝΙΟΣ ΡΑΔΑΜ  
 ΨΩΝΤΟΣΙΕΠΕΣΚΕΥ  
 ἈΣ ἈΝΤΟΥ ἈΠΟΛΛΩ  
 ΝΟΣ ΝΑΟΥ ΤΗΝ ΤΕ ΟΡΟ  
 ΦΗΝ ΚΑΙ ΚΥΚΛΩΘΕΝΤΑ  
 15 ΕΝΛΕΙΠΟΝΤΑ ΚΑΙ ΝΙΣ  
 ἈΝΤΕΣ ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΠΟ  
 ΛΕΟΣΙΑΙΤΗΣ ἑΑΥΤΩΝ  
 ΥΓΕΙΛΣ  
 ΣΩΝ ΣΗΚΟΝ ΠΙΟ ΠΟΛΙΩ... ΣΗΙΤΟΣΟΤΑ  
 20 ΦΟΙΒΕΚΟΣ ΜΗΣΑ. ΝΑΟΝ ΚΥΔΕΙΓΗΘΟΜΕ  
 ΝΟΙ = ΔΥΣΜΕΝΕ... ΛΟΙΣ. ΤΡΟΠΑΙ  
 ΟΦΟΡΟΝ ΚΑΤΑΓΩΝ. Ε. ΝΕΙΚΗΝ ΗΝ ΠΑ  
 ΤΡΗ ΠΑΣΑ ΘΥΠΟ. ΙΙΙ    *vac.*

Vv. 1—18:

Ἀγαθῆι τύχηι.  
 Ἀπόλλωνι Προστάτη οἱ περὶ Ὀμο-  
 ψάλακον Εὐρησιβίου στρατηγοί·  
 Παπίας Παπάδωνος,  
 Ἀβνωζος Ἀβνάκου,  
 Ἀβλώνακος Ἀρσηουάχου,  
 Εὐπλους Κ[α]λανδίωνος,  
 Νουμήνιος Ῥαδαμψῶντος  
 ἐπεσκεύασαν τοῦ Ἀπόλλωνος ν[α]οῦ  
 τὴν τε ὄροφὴν καὶ κύκλωθεν τὰ  
 ἐνλεί[π]οντα, καίνισαντες ὑπὲρ τῆς  
 πόλεος [κ]αὶ τῆς ἑαυτῶν ὑγεί[α]ς.

*Var. lect.* V. 9 med. <A Pom., KA Orl. — V. 10 in. NOY uterque; at in ectypo Ψ vitiosum satis certum est. — V. 11: ΤΟΣΙ Pom., ΤΟΣ: Orl., — V. 13: ΝΑΟΥ Orl. — V. 14: ΦΗΝΙ... ΚΛΩ Pom. — V. 15: ΛΗΙΟ Pom., ΛΕΙΠΟ Orl. — V. 17: ΣΚΑΙ Pom., ΣΚΑΙ Orl. — V. 18 extr. ΑΣ Orl. — Ad textum versuum 19 — 23 constituendum solo fere ectypo usus sum: Orlovskius enim propter temporis angustias hos versus omiserat, Pomialovskius cum lapidem etiam tum loco obscuro incommode positum exscripsisset, minus bene sibi rem cecisisse in hac parte ultro professus est.

Praetores pro donario, quod Apollini Prostatae offerre solebant, templi eius tectum et quae circa deficiebant refecerunt pro urbe suaque ipsorum salute; factum id esse post

victoriam de hostibus quibusdam reportatam epigramma subscriptum indicat; templum ab iis ipsis hostibus fuisse laesum facile conicias. Praetorum princeps Ompsalacus Heuresibii f. idem est procul dubio vir, qui in tit. 39 est archontum princeps; e ceteris praetoribus Euplus Calandionis f. redit in tit. 90 et 100 et Numenius Rhadampsontis f. in tit. 80. Euplus in tit. 100 inter praetores tertium a fine locum obtinet, Numenius in tit. 80 quartum: quodsi praetorum nomina in indicibus non promiscue perscribentur, sed pro virorum dignitatis gradu (ut monui p. 113), hic titulus necesse est illis aliquanto sit antiquior.

Vv. 19 — 23 epigramma continent, etsi admodum in media parte sunt detriti, probabiliter hoc modo restitui possunt:

Σῶν σηκ[ῶ]ν π[ρ]όπολοι, λη. . . ἦε τοξότα Φοῖβε,  
 κόσμησα[ν] ναόν, κύδει γηθόμενοι,  
 δυσμενέ[ων ἐν ὄχ]λ[ι]σ[ι] τροπαιοφόρον κατάγον[τ]ε[ς]  
 νείκην, ἦν πάτρη πᾶσα θυπο[λέει].

In priore editione v. 1 supplevi Δ[ητοῦς υ]ἱὲ non sine magna dubitatione: nona enim a fine littera videtur fuisse Η; sed quid magis conveniret, neque ipse vidi, neque vir poetici Graecorum sermonis longe peritissimus Augustus Nauck, quem de epigrammate restituendo consulueram, cum editionem priorem praepararem. Dittenbergerus in censura *IosPE*. v. I, inserta operi periodico, cuius titulus est *Deutsche Literaturzeitung*, a. 1886 № 13, legendum proposuit Δη[τώ]ιε; qua de causa ectypo chartaceo et lapide ipso iterum examinato vidi litterarum vestigia admodum evanida recte in editione mea reddita esse neque Dittenbergeri coniecturae favere (haec monui v. IV add. p. 269). Nonam a fine litteram nunc quoque pro Η habeo ideoque ἦε propono. V. 21 Nauckius ἐν ὄχλοισι proposuit dubitanter pro simplici ὄχλοισι, quod ipse conieceram. Σηκοί de uno templo pluraliter dictum habes ex c. in Kaibelii epigr. gr. ex lapid. conl. n° 822, et Νίκης τροπαιοφόρου statuas ap. Diodor. XVIII, 26, 6.

**Переводъ.** Съ добрымъ счастиемъ. Аполлону Простату стратиги съ Омпсалакомъ с. Еврисивія во главѣ: Падій Паладоновъ, Авнозь Авнаковъ, Авлонакъ Арсиваховъ, Евплъ Каландіоновъ, Нуминій Радампсонтовъ отстроили Аполлонова храма крышу и кругомъ недостающее, возобновивъ за городъ и свое здравіе.

Служители твоего святилища, . . . . стрѣлецъ Фивъ, украсили храмъ, гордые славою, сведя на толпы супостатовъ трофеенную побѣду, которую все отечество празднуетъ жертвоприношеніями.

176. «Die Grösse dieses jetzt in Stolnoje befindlichen Bruchstückes einer Marmortafel ist über 8 Zoll lang und beynahe eben so breit» (Koeppen). «Ed. Koeppen. Nordgest. p. 82. n. 5. cum supplementis Eichenfeldii; nos ipso Koeppenii apographo simul usi sumus et ex hoc litterarum formam dedimus. Koeppenii exemplum editum repetiit Osann. Syll. p. 357. titulum non recte Bosporanum dicens. Variam lectionem ex lapide petitam cum explicatione dedit Koehlerus adv. Koeppen. p. 43 sq. [= *Ges. Schriften* v. II p. 35]. Lapis praeter sinistram partem undique fractus». Boeckh, C. I. Gr. II n° 2079. Cf. quae,

de titulo exposuerunt L. Stephani *Mélanges gr.-rom.* v. II p. 202 et Th. Struve *ЗНОО.* v. VI p. 12.

Lapis periisse videtur (cf. quae dixi ad n° 94). Exemplum Boeckhianum repetii IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 98 et hic repeto.

<p>1        I ΠΕΡΙΣ ΡΟΥΤΟΒΠΟΥΡΟΛΙ ΑΧΙΛΛΕΥΣΔΗΜΗΤ 5 ΔΙΟΝΥΣΙΟΔΩΡΟΣΕΡ ΖΩΒΕΙΣΖΩΒΕΙΑΡΧ ΤΗΝΠΡΟΣΕΥΧΗΝΕ ΣΚΕΥΑΣΑΝΤΗΕΛΥ ΠΡΟΝΟΙΑΣΤΕΓΑΣΑ 10 ΑΠΟΥΘΕΟΥΜΕΧΡΙ</p>	<p>[Ἀγαθῆι τύχηι(?). Οἱ] περὶ Σ[άτυρον Ἀρτεμιδώ?]- ρου τὸ β', Πουρθαῖ[ος τοῦ δαίνοσ], Ἀχιλλεὺς Δημητ[ρίου], Διονυσιόδωρος Ἐρ[ωτος], Ζώβεις Ζώβει ἄρχ[οντες] τὴν προσευχὴν ἐ[πε]- σκεύασαν τῆ ἐαυ[τῶν] προνοία στεγάσα[ντες] ἀπὸ τοῦ θεοῦ μέγρι....</p>
--	--

*Var. lect.* «Vs. 1. I singulare ex Koehl. (Koepp. ms. L, ed. nihil). Vs. 3. inde a septima littera Koepp. ed. ΠΟΡΙ, ms. ΠΟΡΙΛ, Koehl. ΗΟΥΡΟΜ. . . in quo quum Ἡοῦ initium nominis esse vix possit, pro Η recepi Π ex Koepp. Idem pro Μ habet Λ: patet legi ΛΙ, quod Koehl. pro Μ accepit; idque dedi. Sic satis liquet ΠΟΥΡΟΛΙ esse Πουρθαῖ[ος], ut n. 2076 [nobis 130]. Vs. 6. vacuum inter nomina spatium, quod est in ed. Koepp. nullum esse annotat Koehl. qui alterum Ζ in edito Koeppenii apographo comparens agnoscit: in ms. est lacuna. Vs. 9. Koepp. ΣΤΙ, Koehl. ΣΤΕ. Vs. 10. ex Koehl. est; ed. Koepp. nihil nisi Α·ΤΟΥ; ms. addit ΟΕ.ΑΑ.ΙΨΝΙ». Boeckh.

Supplementa, quae proposui vv. 1 — 2 et 6, probatum iri spero. In quibus ἄρχοντες illud post nomina propria insolentius positum ea re possit explicari, quod non est substantivum, sed participium temporalem habens notionem et ad ἐπεσκεύασαν pertinens (= ὄτε ἦρχον, latine: cum archontes essent, restituerunt). V. 6 Ζωβειάρχ[ου], quod alii dederant editores, ideo ferri vix posse puto, quod in barbaris nominibus compositis neutra pars graeca esse solet. At dixerit quispiam nominis quod est Ζώβεις genitivum esse Ζώβειτος in tit. 105: sed habemus Κάρζεις Κάρζει (nn° 99. 101), Πίδεις Πίδει (nn° 98. 111); quidni igitur possit esse Ζώβει? Primi archontis nomen restitui (dubitanter sane) e tit. 142. De Achille Demetrii f. cf. quae dixi ad n° 80. V. 5 Ἐρ[ωτος], quod in priore editione supplevi brevitati consulens, nunc comprobatur numero 132, ubi idem vir item inter praetores nominatus est.

Προσευχῆ Boeckhio est *sacellum adorando deo destinatum* (quem deum nescio quo indicio nisus comes Uvarov *Rech.* p. 46 Achillem dixerit). Contra Stephanus l. l. cum negaret hanc vocem de ethnicorum templis esse usurpatam, probare studuit Iudaeorum esse hunc titulum, quos Panticapaei et in aliis regni Bosporani urbibus iam primo post Chr. saeculo sedes habuisse constat; cui sententiae cum repugnaret illud ἀπὸ τοῦ θεοῦ, quod v. 10 legerat

Koehlerus, legendum proposuit ἀπό τοῦ θεμελίου s. θεμέθλου. Struvius l. l. in universum Stephano adstipulatus rectissime tamen animadvertit supplementum a viro illo doctissimo propositum cum praecedenti στεγάσαντες coniungi non posse, ideoque etiam de veritate illius sententiae dubitare licere, quod προσευχὴ illa a magistratibus restituta esse in titulo diceretur. Ne plura, hodie nemo facile Stephano adsentietur vel ideo, quod ipse ille titulus Anapae repertus, quem tum primum edidit vir doctissimus (repetiit Pomialovski Syll. inscr. Caucas. n° 53; cf. IosPE<sup>1</sup>. v. II, n° 400) quoque fretus sententiam suam protulit, non est Iudaeorum, sed ethnicorum: verba enim ΥΠΟΔΙΑΓΗΝΗΛΙΣ, quae ibi leguntur v. 14 quaeque Stephanus transcripsit ὑποδιάγη. . . , legenda potius esse ὑπὸ Δία, Γῆν, Ἥλι[ον] probat titulus Panticapaeensis IosPE<sup>1</sup>. v. II n° 54, in quo eadem verba exstant integra. Ab Iudaeis enim deos illos testes et custodes libertatis servis concessae adhibitos quis est qui credat? Προσευχὴν ethnicorum templum significare posse comprobavit etiam A. Harkavy ЗИРАО. v. II, p. CXXXIX, conlato Epiphan. *De haeres.* 80, 1. Cf. libri mei *Изслед. обз Олбїи* p. 273 (haec monui IosPE<sup>1</sup>. v. IV add. p. 271).

**Переводъ.** (Съ добрымъ счастиемъ?). С[ати]ръ сы[н]ъ Артемидо[?]ра и товарищи: Пурээи с. такого то, Ашиллъ с. Димитрия, Дїонисїодоръ с. Ер[ота], Зовнелъ с. Зовнса въ бытность архонтами отстроили молебнью своимъ попеченїемъ, покрывъ ея отъ статуи бога до . . .

177. Pars infima tabulae marmoreae cr. 0,145 m., a. quantum superest 0,375 m., l. 0,41. Infra ad dextram lapis excavatus est in formam hirundinis caudae, ut alii tabulae adiungeretur. E titulo litteris ornatis s. II—III p. Chr. (a. 0,025 m.) exarato non supersunt nisi reliquiae quattuor versuum extremorum. Edidi *IAK.* f. 37, p. 67, n° 3, addita imagine ( $\frac{1}{6}$  v. m.), quae hic repetitur.

Lapis a. 1909 a Pharmakovskio in Olbiae rudibus inventus Odessam missus est in museum societatis.



. . . ὑπὲρ ἑαυτῶν καὶ τῆς  
[πόλεως τῆς] εἰς τὸ διηνε-  
[κῆς] ἀσφαλείας ἐκ τῶν  
δημοσίων.


Videmus extremam partem tituli de consecratione aedificii cuiusdam a magistratibus sumptu publico constructi «ad aeternam urbis securitatem», unde patet pertinuisse hoc aedificium ad urbis munimenta<sup>1</sup>).

1) De locutione εἰς τὸ διηνεκῆς cf. *Bull. de corr. Hellén.* v. 29 (1905), p. 71.

## b. Inscriptiones hominum privatorum.

178. Acroterium monumenti sepulcralis, e marmore Pentelico elegantissime sculptum (Athenis, ut putat Pharmakovskius, v. infra), sed pessime mutilatum. Monumento hoc sepulcrali deleto lapis muro inaëdificatus est ita, ut ea pars, quae antea ima fuerat (a. 0,385 m., l. 0,575), sola appareret, reliquae in muro laterent. Huic parti tum titulus inscriptus est a duobus civibus, qui murum exstruendum curaverant. Recentiore aetate lapis e muro extractus basi statuae cuiusdam videtur esse immissus; hac aetate titulus de industria instrumento acuto laesus est et duobus locis prorsus deletus cavernis duabus, quae ad aquam colligendam factae erant. Lapidis statum accuratissime et copiosissime descripsit B. Pharmakovski *ИАК.* fasc. 51 (1914), p. 140 — 144, additis imaginibus quattuor, e quibus eam hic repetimus, in qua apparet titulus. Nos in hac Pharmakovskii commentatione titulum transcripsimus et breviter explicuimus.

Lapis a. 1913 prope Olbiae rudera casu inventus Petropoli nunc exstat in museo Universitatis.




Titulum, etsi pessime est laesus, totum restituere nobis contigit. Legimus ita:

Ἐπε[με]λήθησαν το[ῦ] τείχ[ου]  
 Ἀ[λέξα]νδρος Στη[σάν]δρου,  
 Νί[καρχ]ος Καλλικ[λέου]ς.

In versu tertio civis nomen sane aliter restitui potest, veluti Νί[κανδρ]ος, Νι[κήρατ]ος, Νι[κόμαχ]ος, sim. Sed cum in lacuna locus plus quam quattuor litteris vix sufficiat (cf. v. 2), brevius nomen substituere maluimus.

Titulus ultimis decenniis quarti a. Chr. saeculi non videtur esse recentior. Itaque omnium titulorum, quibus de Olbiae moenibus exstruendis agitur, antiquissimus est.


179. «Grabstein von weissem Marmor, welcher offenbar wesentlich derselben Zeit angehört, wie der oben besprochene Fries [nobis n° 92]. Die vollständig erhaltene Platte ist 2 Arschin 5 Verschok (1,55 M.) hoch, 12 Versch. (0,53 M.) breit und  $4\frac{1}{2}$  Versch. (0,2 M.) dick. Oberhalb ist sie, wie so viele Grabsteine jener Zeit, namentlich in Athen, mit einem reichen, im edelsten Stile ausgeführten Blätter-Ornament verziert. . . Unterhalb dieses Ornaments befand sich ursprünglich eine in grossen schönen Buchstaben abgefasste Grabschrift, welche den Namen des Todten enthielt; allein gegenwärtig sind nur noch die Spuren weniger Buchstaben . . . ΙΔΗΜ . . . zu erkennen. Noch weiter unten folgte eine längere, in weit kleineren Buchstaben derselben Zeit abgefasste Inschrift, welche einige den Todten ehrende Verse oder einen demselben Zweck dienenden Volksbeschluss enthalten haben wird. Allein diese ist noch weniger zu lesen, als jene, da beide Inschriften absichtlich mit einem Spitz Eisen unlesbar gemacht sind». L. Stephani, *Compte-rendu de la comm. arch. pour l'année 1874*, p. 101.



Lapis a. 1873 ab Io. G. f. Zabelino in Olbiae ruderibus inventus Petropoli servatur in museo quod vocatur Ermitage. In parte aversa est titulus multo recentior, quem supra dedimus sub n° 105. Titulus antiquior cum consulto deletus esset, litterarum vestigia, quae etiam nunc comparent, difficillima sunt lectu. Quae tamen cum identidem in lapide et in ectypis chartaceis cum cura examinarem, editionem priorem parans, totum fere titulum restituere contigit Victoris C. f. Jernstedt auxilio, qui in ectypis legendis magno opere me iuvit. Restitutum titulum edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I, n° 99. Hic ad totius lapidis habitum et tituli statum melius cognoscendum duas imagines photographicas zinco expressas praebeo, alteram ad decimam fere partem verae magnitudinis redactam, alteram ad quintam.

(Textum vide p. 194).

Versuum 1 — 4 litterae, ut iam Stephanus animadvertit, reliquis multo maiores sunt (altae c. 0,03, cum reliquorum versuum litterae altae sint c. 0,017). Titulus videtur sic esse legendus:



1 | ..... Ι Ι .....  
 | ..... Ι Η Κ Ε Τ .....  
 | ..... Η Ι Α Ι ..... Ι .....  
 | ..... Α Ι Τ Ω Ι Δ Η Μ .....  
 5 | Η Ρ Α Κ / Ε Ε . Σ Ο Ι Ι Ο Ν Δ Ε Κ Λ Ε Ο Μ  
 | Β Ρ Ο Τ Ο Σ Ε Ι Ξ Λ Τ . . Υ Ρ Ι . Ν Κ Α Ι Δ Η  
 | Μ Ω Ι Ρ Ο Τ Α Μ . . . Ο Υ Δ Ε Τ Α Ρ Η Ι . Ι Ι /  
 | Θ Α Υ Μ Α . Τ Ο Ι . Μ Ε . Ι Δ Ε Ι Ν Τ Ο Λ Ε Μ Ο Ι Ο  
 | Τ Ε Ρ Α Σ Ι Ν Α . Ω Γ Ο . . Σ Τ Ο Ι Σ Ι Ν Ρ Ρ Ο Γ Σ  
 10 | Ν Ω Ν Δ Ο Ξ Α Ν Υ Τ . . Ο . . Ε Ν Ο Ξ Ο Υ Ν Ε Κ /  
 | Κ Α Ι Τ Ι Μ Α Ι Σ Ι Ι Α . . . Λ Ι Λ Θ Α Ν Α Τ Ο Ι Σ Ι .  
 | Τ Υ Δ Α Ι Μ Ω Ν Γ Α Τ Ι . . . . Λ Ν Τ Α Κ Λ Ε Ο Υ .  
 | Τ Ε Ν Ε Η Ν

[Κλεόμβροτος  
 Πανταχλέους  
 ανέθ]ηκε τ[όν πύρ-  
 γον] Ἡ[ρ]α[χλε]ῖ  
 [καί] τῶι δῆμ[ω]ι.



Ἡράκ[λ]εε[ς], σοί [τ]όνδε Κλεόμ[βροτος εἶσ[α]τ[ο π]ύρ[γο]ν  
καὶ δῆ[μ]ωι, ποταμ[οῦ τ]οῦδε [πα]ρ' ἠι[όνα], |  
θαυμα[σ]τὸ[ν] μὲ[ν] ἰδεῖν, πολέμοιο | τε πᾶσιν ἀ[ρ]ωγῶ[ν]  
ἀ]στοῖσιν, προγόνων δόξαν ὑ[περ]θ[έμ]ενος·  
εὐνεχ[α | κ]αὶ τιμαῖσι[ν ἀμείβετα]ι [ἀ]θανάτοισι[ν |  
ε]ὑδαίμων [πα]τρ[ίς Πα]ντακλέου[ς | γ]ενεήν.

De epigrammate restituendø præter Jernstedtium, qui ad primum distichum legendum multum profecit; optime meriti sunt viri illustrissimi A. Nauck et P. Nikitin: illi enim debentur supplementa ingeniosissima quae sunt [πα]ρ' ἠι[όνα] et [ἀμείβετα]ι et [πά]τρ[ίς], hic proposuit ἀ[ρ]ωγῶ[ν]. Ceterum pro [πα]τρ[ίς] etiam [πά]τρ[ρη] conici potest conlato tit. 175. Pro εὐνεχα potius τοῦνεχα fuisse expectandum monuit Nauckius.

Vides titulum neque sepulcrem esse, neque populi decretum continere; ut putabat Stephanus, sed epigramma dedicatorium. Olbiae turres hominum privatorum impensis saepius exstructas vidimus ad tit. 32 p. 54; haec turris a Cleombroto dicata fortasse Herculis nomine erat nota.

Lapidem, cui titulus est incisus, non esse vernaculum, sed Atticum adfirmavit nobis G. Kieseritzki (marmor sibi Hymettium videri, sed vilissimum, ad lapidem Piraeensem, qui dicitur, proxime accedens); Athenis lapides similiter ornatos non esse adhibitos nisi ad monumenta sepulcralia; ornamenta ipsa priore saeculi quarti a. Chr. parte non esse recentiora. Apparet igitur monumentum Athenis elaboratum Olbiam advectum esse ut venum daretur, ibique Cleombrotum lapidis proprio usu neglecto titulum suum dedicatorium ei incidendum curasse; quod vel aliquot decenniis post lapidem ornamentis instructum fieri potuisse nemo est quin dicat. Similiter lapidem, cui titulus proxime praecedens incisus est, Athenis sculptum esse putat Pharmakovskius.


Restat ut de tituli aetate quaestionem instituamus, quae eo est gravior, quod alii tituli aliquot cum hoc arctissime cohaerent, imprimis titulus proxime insequens, quem ab eodem Cleombroto positum esse perquam est probabile. Et epigrammatis quidem litteratura ea est, quae ad quartum a Chr. saeculum facile possit referri, tituli autem proxime insequentis ei, quae est in titulo Protogeniano (nº 32), adeo est similis, ut facile utrumque credas ab eodem exaratum esse quadratario, nisi quod tituli 180 litterae multo maiore sunt modulo incisae et M et Γ notae antiquiores habent formas. Haec eiusdem viri titulorum litteraturae varietas ea re facillime potest explicari, quod Cleombrotus non uno eodemque anno utrumque exstruxit aedificium (nam Herculis turrim aliud esse ac pylona non est quod moneam; σχοινιαία quid sit, v. ad nº 32), sed similiter atque Protogenes per longam annorum seriem bene de patria meritis est, ut titulus 179 ad ultima saeculi IV decennia possit referri, tit. 180 ad prima decennia saeculi tertii. Protogeniano antiquiorem eum esse vel inde patet, quod in illo diserte dictum invenimus Protogenis aetate unam tantum σχοινιαίαν nondum fuisse exstructam (B. v. 57 sq.), quam Protogenes ipse curaverit exstruendam. Quae cum ita sint,

multum favent tituli Cleombrotiani Schmidtii sententiae, a quo titulum Protogenianum ad III a. Chr. saeculum relatum esse vidimus. Sed habenda est ratio tituli, quem infra damus sub n° 201. Est civium Olbiopolitanorum index nescio qua ratione compositus, in quo col. I v. 40 et col. II v. 5 denuo Κλεόμβροτος Παντακλέους occurrit (ac col. II v. 32 fortasse Παντακλῆς Κ[λεομβρότου] est restituendum) et col. I v. 63 Ἡροσῶν Πρωτογένους. Cleombrotum hunc non diversum esse ab eo, qui titulos 179 et 180 posuit, et Herosontem Protogenis illius patrem facilis est coniectura, cui id quoque favet, quod Cleombrotum ante Protogenem fuisse supra vidimus. Praeterea qui in indice col. II v. 27 nominatus est Dionysius Agrotae f. fortasse non diversus est ab illo Apollinis Delphinii sacerdote, cuius statuae ab Agrota et Posideo filiis positae basis ad nos pervenit cum inscriptione, quae infra edetur sub n° 189; huius quoque litteratura ea est, quam tertio maxime a. Chr. saeculo adscribas. Eundem fortasse Posideum Dionysii f. commemoratum esse in Deliorum decreto, quod ad finem saeculi III aut initium s. II a. Chr. refertur, supra diximus p. 52 ad n° 32 (quod decretum nunc exstat in I. Gr. v. XI, 4, n° 813). Sed litteratura tituli 188 scripti in honorem Pantaclis Cleombroti f., qui Cleombroti, de quo hic agimus, sine dubio pater est, quarto potius a. Chr. saeculo exeunti convenit. Denique in indice n° 201 col. II v. 31 probabiliter potest restitui Εὐρησίβιος Δη[μητρίου] e titulo 187, qui item saeculo III non est recentior. Iam igitur dubium non esset, quin hi omnes viri aequales inter se fuissent, nisi obstare videretur indicis litteratura: litterarum enim aliquot formae eis, quae in Protogeniano titulo comparent, multo videntur esse recentiores (maxime ΑΕΘΜΠΩ), totoque litteraturae habitu facile adducimur, ut indicem saeculo II a. Chr. non antiquiorem putemus (recentiorem eum non esse vel inde patet, quod in tanto nominum propriorum numero nullum est quod dici possit barbarum). Quae cum ita sint, dixerit quispiam indicem titulis quos indicavimus esse recentiorem, nominatosque in eo esse potius Cleombroti filium et nepotem, Protogenis filium, Dionysii sacerdotis et Heuresibii nepotes. Sed nobis minus probabile videtur omnibus his viris nepotes cognomines fuisse. Vix quidquam igitur impedire videtur, quominus putemus litterarum formas tales, quales in tit. 201 compareant, eodem tempore fuisse in usu, quo etiam aliae adhibebantur, quas omnino habemus antiquiores.

**Переводъ.** Клеомвротъ сынъ Пантакла посвятилъ башню Ираклу и народу.—Иракль, тебѣ и народу посвятилъ Клеомвротъ эту башню у берега этой рѣки. удивительную на видъ и защитницу всѣхъ гражданъ во время войны, превзойдя славу предковъ; за это-то счастливое отечество вознаграждаетъ безсмертными почестями потомка Пантакла.

**180.** Tabula marmoris candidi fere integra, excepto quod supra anguli sinistri et infra dextri particulae fractae sunt; pars adversa a dextra et a sinistra de industria abscisa est eo, ut videtur, consilio, ut muro immitteretur; alta est tabula 0,22 m., cr. 0,098; latitudo partis adversae est 0,39, partis aversae 0,435. Litterae sunt elegantissimae, a. 0,02 — 0,025 m.

Odessae in museo societatis (inter Curisiana) exscripsi m. Augusto a. 1884 et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 100. Hic titulum accuratius ex ectypo chartaceo delineatum praebeo (circa 1/7 v. m.).



[Κλ]εόμβροτος  
 [Π]αντακλέους  
 τοῦ πυλῶνος  
 καὶ τῆς σχοι-  
 νίας ἐπεμελ[ή]-  
 θη.

De tituli aetate v. ad n° 179. Quod dixi lapidem muro immissum fuisse videri, communi Graecorum more comprobatur (cf. Diod. XVI, 83 et Koehler de ins. et cursu Achillis p. 124).

**Переводъ.** Клеомвротъ с. Пантакла позаботился о постройкѣ шлона и присла стѣны.

181. «In oppido Oczakov prope *Olbiam* vidit et transcripsit Peyssonelius, in cuius schedis in bibliotheca Parisina legit Adalb. Zieglerus; postea Athenis habuit Fauvelius, apud quem factum apographum a Walpolio accepit Clarkius et edidit Itin. T. I. p. 619 [ed. 4 v. II p. 359]. Hinc Rochettus Antt. Bosp. tab. VII n. 3. Koehler Act. Acad. Monac.» [T. VI. p. 133 class. hist. et phil. = *Ges. Schr.* VI p. 298]. Boeckh, C. I. Gr. II n. 2087. Apographum Clarkianum repetii IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 102.

Quod Boeckhiius dixit hunc lapidem a Fauvelio Athenas ablatum esse, non esse verum apparuit, cum lapis m. Maio a. 1887 denuo in oppido Oczakov in lucem prodiit. Surutschanus statim eum emit et ectypa chartacea mihi misit, addens lapidem Oczakovi effossum esse in colle prope portum qui dicitur «Карантианная пристань», ubi partem castelli Turcici olim fuisse putat. Ibidem fere eiusdem anni m. Aprili lapis inventus est titulum continens, quem supra dedimus sub n° 86. Inde patere dixit Surutschanus utrumque lapidem ex Olbiae rudibus ad castellum exstruendum esse transportatum (cf. *Труды VI арх. съезда*, v. II, p. 131, n° 6). Titulum scripsit Surutschanus marmori candido incisum esse longo 0,60 m., alto 0,31, cr. 0,28; partes adversam sinistramque (praeter summam particulam) et infimam politas esse; infimam partem per totam fere longitudinem excavatam esse, in parte sinistra infra diligenter (quamvis non alte) exaratas esse litteras ΤΑΝ. Haec omnia probare videntur lapidem porticus parieti immissum fuisse, quam ab Ababo exstructam esse narrat titulus, et ita quidem, ut partes politae e pariete eminenter; litteras vero, quas modo commemoravimus, operarum esse notas probabile est. Titulus partis adversae diligenter quidem, sed leviter et litteris minutis (a. 0,018 m.) incisus temporis iniuria admodum laesus est postquam eum Walpolius exscripsit. Ex ectypis optimis, quae mihi Surutschanus miserat<sup>1)</sup>, titulum iterum

1) Lapidis imago exstat in tabula prima *ImS.* adiecta, quae repraesentat partem musei Surutschaniani, qualis fuit a. 1893.

edidi *ΣΗΡΑΟ*. v. IV p. 144 et IosPE<sup>1</sup>. IV, add. p. 271 (inde repetiit litteris minusculis Cagnat IrR. I, n° 853). Hic idem apographum repeto.

1	ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙΚΑΙΣΑΡΙΘΕΣΘΕΟΙ.ΙΩΙΣΕ ΒΑΣΤΩΙΑΡΧΙΕΡΕΙΜΕΓΙΣΤΩΙΠΑΤΡΙΠΑΤΡΙΔΟΣ ΚΑΙΤΟΥΣΥΜΠΑΝΤΟΣΑΙ...ΩΠΩΝΓΕΝΟΥΣ ΚΑΙΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙΣΕΡ...ΘΕΟΥΥΙΩΙΤΙ 5 ΒΕΡΙΩΙΚΑΙΣΑΡΙΚΑΙΤΩ...Ω.ΑΒΑΒΟΣ ΚΑΛΛΙΣΘΕΝΟΥΣΕΚΤΩΝ.ΔΙΩΝΑΝΕΟ! ΚΕΤΗΝΣΤΟΑΝ
---	--

*Var. l.* Hoc apographum cum Walpoliano a Boeckhio et a nobis in editione priore repetito comparanti statim apparet Walpolii aetate titulum multo melius legi potuisse, sed *versum tertium totum a Walpolio omissum esse*. V. 1 Walp. habet ΘΕΩΙΘΕΟΥΥ etc., v. 4 ΣΕΒΑΣΤΩΙ, v. 5 ΤΩΙΔΗΜΩΙ, v. 6 ΤΩΝΙΔΙΩΝΑΝΕΘΗ.

1 Αὐτοκράτορι Καίσαρι θεῶι θεοῦ υἱῶι Σε-  
 βαστῶι, ἀρχιερεῖ μεγίστῶι, πατρὶ πατρίδος  
 καὶ τοῦ σύμπαντος ἀ[νθρ]ώπων γένους,  
 καὶ Αὐτοκράτορι Σεβαστῶι θεοῦ υἱῶι Τι-  
 5 βερίῶι Καίσαρι καὶ τῶι δήμῶι Ἄβαβος  
 Καλλισθένους ἐκ τῶν ἰδίων ἀνέθη-  
 κε τὴν στοάν.

«Titulus Tiberio Imp. defuncto Augusto positus. Ababus hic est pater Orontae n. 2060. 2088 [nobis 79. 182], quod viderunt plures, in his Letronn. Rech. sur l'Égypte p. 422, et argumento docui ad n. 2060». Boeckh.

**Переводъ.** Императору Кесарю богу сыну бога Августу, величайшему первосвященнику, отцу отечества и всего человеческого рода, и императору Августу сыну бога Тиберию Кесарю и народу Ававъ Каллис-  
 ееновъ изъ собственныхъ средствъ посвятилъ портикъ.

**182.** In oppido Oczakov lapidem vidisse Peyssonelium auctore Zieglero tradit Boeckhius. Ex schedis Rob. Woodii ed. Chandler Inscr. ant. append. IX p. 94; ex hoc Koehler act. acad. Monac. v. VI cl. hist. et philol. p. 133 (= *Ges. Schriften* v. VI p. 298), Boeckh C. I. Gr. II n° 2088, qui titulum cum n° 2060 (nobis 79) non esse coniungendum putat. Nobis utrumque titulum in eodem lapide scriptum videri diximus ad n° 79.

Exemplum Boeckhianum repetii IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 103 et hic repeto.

ΟΡΟΝΤΗΙΑΒΑΒΟΥΔΙΟΜΗΔΗΣΟΙΚΟΝΟΜΟΣΕΚΤΩΝΙΔΙΩΝ  
 ΤΗΝΕΞΕΔΡΑΝ

«Vs. 2 Peyss. TAN, falso; ex eodem vs. 1 coniunxi vocabula, quum Chandl. divisisset quattuor priora». Boeckh.

Ὀρόντη Ἀβάβρου Διομήδης οἰκονόμος ἐκ τῶν ιδίων | τὴν ἐξέδραν.

De viris in titulo nominatis cf. quae dicta sunt ad tit. 79. Οἰκονόμον Orontae esse privatam, non publicum ministrum sibi videri monuit Boeckh.

**Переводъ.** Оронту с. Авава Диомидъ домоправитель изъ собственныхъ средствъ воздвигъ экседру.

**183.** Tabula integra marmoris candidi, supra epistylis ornata, a. 0,61 m., l. fere 0,32, cr. 0,06, litteris grandioribus inscripta, quae etiamnunc optime leguntur. Ed. Koehler, *Mémoire sur les îles et la course cons. à Achille* p. 123; inde Boeckh, C. I. Gr. II n° 2081.

Servabatur olim Stolnae in aedibus comitis Kuschelevi-Besborodko; inde Petropolim asportata est in museum quod dicitur Ermitage. Exscripsi et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 101. Hic idem exemplum repeto.

1	Ε Π Ι Α Ρ Χ Ο Ν Τ Ω Ν Τ Ω Ν Π Ε Ρ Ι Σ Ω Σ Ι Π Α Τ Ρ Ο Ν Ν Ι Κ Η Ρ Α Τ Ο Υ	Ἐπὶ ἀρχόν- των τῶν περι Σωσίπατρον Νικηράτου
5	Α Ν Α Ξ Ι Μ Ε Ν Η Σ Π Ο Σ Ι Δ Η Ο Υ Μ Ε Τ Α Τ Ω Ν Α Δ Ε Λ Φ Ω Ν Ε Π Ο Ι Η Σ Ε Ν Τ Ο Ν Π Ἰ Ρ Γ Ο Ν Δ Ι Ι	Ἀναξιμένης Ἵ Ποσιδήρου με- τὰ τῶν ἀδελ- φῶν ἐποίησεν τὸν πύργον Δι
10	Π Ο Λ Ι Α Ρ Χ Η Κ Α Ι Τ Ω Δ Η Μ Ω Ε Π Ε Υ Τ Υ Χ Ι Α	Πολιάρχῃ καὶ τῶ δῆμῳ ἐπ' εὐτυχίᾳ.

*Var. lect.* V. 9 med. ΠΥΡ Boeckh. Hodie Υ litterae summa pars laesa est. Titulus II p. Chr. saeculo vix est antiquior.

**Переводъ.** При архонтахъ съ Сосипатромъ Никиратовымъ во главѣ Анаксименъ Посидіевъ съ братьями построилъ сию башню Зевсу-Поліарху [= Градоначальнику] и народу на счастье.

**184.** Fragmenta tria tabulae marmoris candidi crassae 0,045 m. Fragmenta β et ε a. 1884 a rusticis Parutinensibus in Olbiae rudibus inventa anno proxime subsequenti Odessam pervenerunt in museum societatis hist. et arch. Fragmentum β est dextra tabulae pars, in

qua supersunt ornamenta et reliquiae decem tituli versuum, in quibus imperator Alexander Severus memoratur, in fragmento  $\sigma$  ad infimam lapidis partem pertinenti supersunt infima pars columnae cum basi, rudi manu incisae, et initia trium ultimorum tituli versuum. Fragmentum  $\sigma$  primus edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I add. p. 222, n° 97<sup>1</sup>, ad apographum vera magnitudine factum, quod a Buratschkovio acceperam (inde repetiit Cagnat IrR. v. I n. 856). Mox utrumque fragmentum L. Jurgiewicz separativim edidit ЗИОО. v. XIV (a. 1886) p. 22 sq., addita fragmenti  $\sigma$  imagine magna ligno incisa, quae et litteraturam recte repraesentat et ornamenta superne et ad dextram conservata, quorum sensum allegoricum esse putabat Jurgiewiczzius. Cum vere a. 1900 lapides Odessae in museo societatis hist. et arch. exstantes examinarem et compararem, vidi procul dubio ad eundem lapidem referendum esse fragmentum  $\sigma$  ab Jurgiewiczzio editum l. l. p. 24 et a nobis repetitum ЗИРАО. v. IV, p. 32, n° 165<sup>14</sup>. (Valde miror Jurgiewiczzium id non animadvertisse, cum utrumque titulum simul ederet). Hoc monui IosPE<sup>1</sup>. v. IV add. p. 271 ad n° 97<sup>1</sup>, ubi simul adnotavi de supplendo fragmento  $\sigma$  Adolphum Sonny scripsisse ФОб. v. V, 1, p. 54.


Aestate a. 1911 B. Pharmakovskius, cum Olbiae solum exploraret, in fundamentis aedificii cuiusdam magnum tituli fragmentum invenit, cuius imaginem photographica cum mihi Petropolim redux attulisset, primo aspectu apparuit, ad eandem pertinere tabulam, cuius sunt fragmenta duo supra descripta. Ex imagine a Mst. Pharmakovskio fratre eius, artifice clarissimo, diligentissime confecta, quam vides p. 201<sup>1</sup>), apparet novum hoc fragmentum ( $a$ ) fragmento  $\sigma$  a sinistra adiungi et fragmento  $\sigma$  superne. Lapide fracto nonnullae litterae sane plus minusve laesae sunt, sed ne una quidem prorsus periit. Titulus fragmentis coniunctis integer fere legitur. Tabula lata fuit ( $a + \sigma$ ) 0,67 m., alta ut superest ( $a + \sigma$ ) 0,79 m. Ornamenta eius accuratissime explicuit B. Pharmakovskius. Quam explicationem cum integram infra adferam ex editione mea mox commemoranda<sup>2</sup>), hic sufficere monere primum a

1) Fragm.  $a$  ex ipso lapide Petropolim advecto delinavit Pharmakovskius, fragmenta  $\sigma$  et  $\sigma$  ex ectypis chartaceis et imaginibus photographiis (circa  $\frac{1}{5}$  v. m.).

2) «Надпись сверху и съ боковъ обрамлена рѣзнымъ узоромъ, воспроизводящимъ формы антаблемента и колоннъ постройки. Колонны устанавливаемы на прямоугольные основанія. Базы колоннъ круглыя; стержни колоннъ внизу каннелированные, вверху витые. Капители, по замыслу рѣзчика, должны воспроизводить формы композитной римской капители. На колоннахъ покоится архитравъ. Надъ нимъ — три фронтона; подъ архитравомъ и крышами фронтоновъ зубчики, представляющіе воспроизведение концовъ балокъ обрѣшетки потолка и крыши. По сторонамъ крайнихъ фронтоновъ — акротеріи въ видѣ полуальметокъ. По сторонамъ фронтоновъ и внутри ихъ изображены головы разныхъ боговъ. На лѣвой сторонѣ сразу можно опредѣлить Сарapisа по модію на его головѣ. Въ первомъ фронтонѣ слѣва — голова богини и около нея полуве-

дерце; богиня, очевидно, Исида, а ведрце — ея обычнѣйшій атрибутъ (cymbium, situla, ср. Daremberg-Saglio, Dict. des ant. III, p. 579). По сторонамъ центрального фронтона изображены головы Асклепія и Гигіеніи (отъ послѣдней сохранились лишь части волосъ и головного покрова). Внутри этого фронтона — двѣ змѣи въ симметричномъ расположеніи, атрибуты Асклепія и Гигіеніи. Между змѣями сохранилась еще часть изображенія круглаго предмета; изображены были, вѣроятно, фіала и энохоя, тоже обычные атрибуты боговъ-цѣлителей (ср. Baumeister, Denkmäler, I, p. 139, рис. 151 и 152). По сторонамъ центрального фронтона вырѣзаны еще два плющевые листа, имѣющіе лишь декоративное значеніе. Снаружи праваго фронтона представлена голова Посидона, а во фронтонѣ въ углу — трезубецъ (нижняя часть трезубца подъ дельфиномъ на рисункѣ по случайному недосмотру пропущена) и дельфинъ, атрибуты Посидона. Внутри фронтона изображена, очевидно, голова супруги бога Амфитриты».

dextra caput esse Sarapidis, alterum Isidis, tertium Hygieae, quartum Aesculapii, quintum Amphitritae, sextum Neptuui. Inter columnas titulus satis quidem diligenter, sed rudi manu exaratus est, multis litteris inter se ligatis (litterarum altitudo v. 1 est 0,027 m., reliquorum circa 0,023), et in omnibus tribus fragmentis optime conservatus est. V. 9 extr. lapicida duabus vel tribus litteris (in quibus fortasse erravit) erasis foliolum posuit. Omnia fragmenta coniuncta edidi *IAK.* fasc. 45 p. 1 sqq.



V. 12 aut κα[τεσκέυασεν] fuit, aut κα[θιέρωσεν]. Ad supplendam vocem, quae fuit v. 10 extr. et v. 11 in., animadvertendum est post καί eam litteram, cuius summa pars sola conservata est, aut ◊ fuisse, aut ◈; deinde apparet lineola obliqua, quae non potuit pertinere nisi ad litteras Υ, Χ, Ψ; tum perierunt, quantum ex spatio colligi licet, non plus quam duae

litterae; denique v. 11 in. litterae **CI** verisimillime referri possunt ad terminationem dativi plur. tertiae declinationis. Quae cum ita sint, vox  $\Theta$ [υρί]σι cum maxima veri specie suppletur. Totum textum igitur ita legimus:

1 Τύχη ἀγαθῆ.  
 Ὑπὲρ τῆς τοῦ κυρίου Αὐτοκράτορος  
 Μ(άρκου) Αὐρ(ηλίου) Σεουήρου Ἀλεξάνδρου τύχης  
 καὶ ἱερᾶς συνκλήτου καὶ στρατευμάτων  
 5 καὶ ὑγείας καὶ εὐσταθίας τῆς πόλεως  
 θεοῦ ἐπηκόοις Σαράπι καὶ Εἴσι  
 καὶ Ἀσκληπιῶ καὶ Ὑγείᾳ κ[α]ὶ Ποσειδ(ῶ)νι  
 Αὐρ(ηλίου) Ἰουλιανὸς Ἀλεξάνδρου τοὺς  
 νηοὺς ἀπὸ θεμελίων σὺν τῇ στοᾷ  
 10 καὶ κεραμῶσει καὶ θύραι[ς] καὶ  $\Theta$ [υρί]-  
 σι ἐκ τῶν ἰδίων τῆ π[ατριίδι]  
 κα[τεσκευάσεν].

Titulus optime confirmat, quod aliunde iam scimus, Olbiam a Septimii Severi temporibus Romanorum imperio paruisse et partem provinciae Moesiae Inferioris effecisse. Cf. in libro nostro *Ἱεραποδ. ὁβ. Ολβίῳ* p. 207 sqq. et B. Pharmakovskii de Olbia commentationem Lexico encyclop. a Brockhaus et Efron edito insertam (t. II suppl. p. 340). Hunc statum a. 248 nondum fuisse mutatum probat titulus Latinus, quem M. Rostovzev explicuit supra, n° 167.

Senatum Romanum una cum imperatore in titulis municipalibus oppidorum Graecorum, ac maxime quidem in provinciis Moesia et Thracia, commemorari solere Rostovzevius probavit in proecdosi nostra permultis titulis collectis, ex. c. Cagnat, IrR. I, 613, 705, 718, 754, 766, 787; III, 38, 287, 1274, 1353 etc. E titulis patet hanc commemorationem coepisse a Traiani aetate, Antoninis et Severis imperantibus maxime divulgatam esse et usque ad medium saeculum tertium p. Chr. esse usurpatam. In titulis Latinis rarissime illam obvenire animadvertit Rostovzev. Quae cum ita sint, non est opus hanc senatus et exercituum Romanorum commemorationem cum Alexandri Severi in Orientem expeditione coniungere, quod proposui *Ἱεραποδ. ὁβ. Ολβίῳ* p. 208.

Titulus probat Olbiopolitas Alexandro Severo imperante vitam quietam et prosperam egisse, si quidem nova permagna aedificia exstruere potuerint.


Quamvis in titulo dictum sit Aurelium Iulianum dis commemoratis «templa» (νηοὺς) aedificasse, nobis tamen de una potius aede in tres partes sive cellas divisa videtur esse cogitandum, in quibus di illi ut θεοὶ σύνναοι fuerint colendi. Ut ita titulum intellegamus, ea re maxime adducimur, quod vox στοᾶ numero singulari posita est: una enim porticus in tribus templis diversis esse non potuit. De more ipso complures deos in uno templo colendi



cf. quae dixit Rostovzev *ИАК.* f. 40 (a. 1911), p. 21 sqq. De dis, qui in hoc titulo commemorantur, Olbiae cultis v. quae nos scripsimus *ИАК.* f. 45, p. 7.

**Переводъ.** Съ добрымъ счастьемъ. За счастье господина Императора Марка Аврелія Севера Александра и священнаго синклита и воинствъ и за здравіе и благостояніе города богамъ милостивымъ Сарапису и Исидѣ, Асклипію и Игіеѣ и Посидону Аврелій Юліанъ сынъ Александра воздвигъ храмы отъ основаній съ портикомъ, черепичной работой, дверями и окнами изъ собственныхъ средствъ для отечества.

185. Fragmenta tria tabulae marmoreae vilis, altae 0,38 m., cr. 0,04. Tabula aetomate acroteriiis praedito et pilis suffulto ornata erat; quae ornamenta, ut titulus ipse, rudi admodum manu sunt facta. Fragmenta *a* et *б* Olbiae circa a. 1877 inventa apud Maievskium servabantur donec a. 1892 museo Surutschaniano inlata sunt. Fr. *a* latum est 0,21 m., fr. *б* 0,33. Edidi *ImS.* p. 10, n° 14, addita lapidis imagine in tab. II, et iterum ectypo chartaceo usus *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 26. Fragmentum *б* undique fractum (pilae particula servata est ad vv. 4 et 5) latum est 0,15 m. Ed. *L. Jurgiewicz* *ЗНОО.* v. V p. 591 n° 2, litteris vulgaribus. Exscripsi in museo societatis Odessitanae et edidi *IosPE*<sup>1</sup>. v. I n° 104. Nunc video hoc fragmentum eiusdem esse tabulae, cuius sunt *a* et *б*. Omnia fragmenta ex ectypis chartaceis a Mst. Pharmakovskio accuratius delineata hic repraesento ( $\frac{1}{4}$  v. m.).



*Var. lect. fr. б.* V. 2 ΙΟΥ ΑΡΧΟ, v. 3 extr. Σ. ΥΣΕΙΔ, v. 5 in. ΡΟΥ ΔΙΣΤΕΤΑ Jurg.

Titulum in integrum restituere ne addito quidem fragmento  $\sigma$  contigit.

1 [Τύχ]η ἀγαθῆ.  
 [Ἐπ]ι ἀρχό[ντων τῶν] περὶ Πα.νήιον Μητά-  
 [γ]ου α' ἀρχο[ντεύων Α]ῦρ. Βασιλεὺς Καλλι-  
 σθένοϋς, φύσει δ[έ. . . . .] τὸ στρατήγιον  
 5 ἀνεσκεύασεν . . . . . ομ. α. [i]ε-  
 [ρ]οῦ δίστεγα πο[ιήσας κα]i τὰς πύλας  
 [ἀν]έθηκε[ν ἐ]κ τῶν ιδίων.

Praetorium Olbiopolitanum primum hic commemoratur. Nomina quae sunt Πα.νήιος (an Π. Ἀνήιος?) et Αὐρ(ήλιος) Βασιλεὺς nondum obvenerunt inter Olbiopolitana. Propter litterarum et ornamentorum similitudinem titulus aetate suppar videtur numero 184, Imperatoris Alexandri Severi nomine insigni.

### CLASSIS TERTIA.



#### Statuarum subscriptiones aliique tituli honorarii.

##### a. Tituli. in quibus homines honorati dis dicantur.

**186.** Basis marmoris candidi a sinistra spectanti mutilata, a. 0,28 m., l. 0,69, cr. 0,58. In superficie foramina duo exstant, quorum alterum quadratum columnae infigendae videtur inserviisse, alterum oblongum statuae adfigendae, in infima parte alia duo foramina rotunda eis similia, quae sunt in lapide n° 25 (v. Uvarovii adnotationem). Quae cuinam usui sint destinata; nondum certo constat<sup>1)</sup>. Fronti titulus diligenter incisus est octo versibus constans, e quibus duo aliquanto maioribus litteris scripti (a. 0,015 m.) dedicationem continent, reliqui sex litteris minoribus (a. fere 0,01) incisi epigramma dedicatorium tribus distichis elegiacis compositum. Recentiore aetate totus titulus de industria instrumento acuto laesus est ita, ut pleraeque litterae prorsus perierint, nonnullae in rasuris distinguantur, paucissimae integrae maneant. Ed. Ern. de Stern *ЗНОО*. v. XXIII, p. 5 sq., n° 5. litteris vulgaribus, addita lapidis imagine in zinco. Ego ipse m. Maio a. 1900 litterarum reliquias qua potui diligentia e lapide exscripsi et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. IV add. p. 300, n° 459, addita imagine zincotypica (non ea, quam dedit Sternius), quae tamen ad imaginem photographica tam obscuram facta est, ut litterae vix distinguantur.

Lapis hieme a. 1900 in Olbiae ruderibus inventus Odessae servatur in museo societatis hist. et archaeologicae.

1) Sternius dicit haec: «На нижней сторонѣ находятся два углубленія въ видѣ тщательно сдѣланныхъ полушариковъ, — повидимому, пьедесталь поставленъ былъ на постаментъ, на которомъ два соответствующицихъ повышенія приходились какъ разъ въ эти выдолбленные полушарики. Все это приспособленіе служило, вѣроятно, къ тому, чтобы нельзя было сдвигать пьедесталь и статую съ постамента».



Duo versus dedicationem continentes, quamvis misere laesi sint, cum magna veri specie restituuntur, epigramma vero neque Sternio restituere contigit, neque nobis. Nomen dedicantis Nikitinus et Korschius conlegae doctissimi eruerunt ex epigrammatis versu tertio. Magis minusve probabiliter suppleri possunt haec:

[Νικόδρο]μος Διονυσίου [γυμνασ]ιαρχήσας  
 [τὸν υἱ]ὲν Διονύσιον Ἑρμ[ῆ]ι καὶ Ἡρακλεῖ.  
 [Ἑρμείαι] τάδε δῶ[ρα περικλυτά, θαῦμα ἰδ]έσθαι (?)  
 [δ]ῆ[χε] καὶ Ἄλ[χει]δα[τι] ξυ[νά — — φέρ]ει  
 Ν[ικό]δρομ[ος κ]ούρου Δ[ιον]υσίου [εἶνεκα νίκη]ς  
 [ἐνθ]ά[δ'] ἀεθλοφόρου [— — ἐπι] σταδίου.  
 νικά[σας] κραν[αῶι — — — — — ]  
 [— ] ἐφ' ἡμερό[εν — — ] ἡιδέ[αις?]

Propter litteraturam titulum ad tertium a. Chr. saeculum libenter rettulerim. Donarium Mercurio et Herculi dedicatum est, sine dubio, ut certaminum patronis (cf. Kaibel, Epigr. 942, 943). Dignum est quod memoremus aliud quoque epigramma eiusdem fere aetatis, Herculi Olbiae dicatum (n° 179), similiter de industria instrumento acuto esse mutilatum. Facile coniecerit quispiam Herculis cultum Olbiae illa aetate aliquam ob causam abolitum esse et nomen eius in monumentis consulto erasum. Praeterea monendum est γυμνασιάρχου munus in titulis Olbiopolitanis (si quidem recte id v. 1 extr. restitutum est) primum hic obvenire.

**187.** Titulus lateri dextro eiusdem lapidis incisus, cuius in parte adversa est decretum in Carzoazi honorem factum, quod supra dedimus n. 39. Edd. Jurgiewicz, Ussing, Surutschan ll. ibi laudatis. Exscripsi et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. 1 n° 105.

[Ἦ δῆμος] Εὐρησίβιον Δημητρίου Δι Βασιλεῖ  
[ἀρετῆς] ἔνεκεν καὶ εὐνοίας τῆς εἰς αὐτόν.

Titulum hunc Getica Olbiae vastatione antiquiorem esse vidit Ussing; e quidem ad tertium maxime a. Chr. saeculum eum rettulerim, quantum in quaestionibus de titulorum aetate solis litteraturae indiciis niti licet (cf. quae dixi ad tit. 179, ubi simul monui Heuresibium hunc fortasse etiam in indice n° 201 commemorari). Apparet lapidem, qui primo Heuresibii statuae pro basi fuerat, aliquot saeculis post, statua iam tum deleta, ad decretum Carzoazianum incidendum esse adhibitum. Utrum lapis eo tempore a sinistra abscisus sit, quod quadrataro nimis videretur magnus, an basis tota e duobus composita fuerit lapidibus, quorum alter iam antea perierit, hodie non liquet. Utcunque est, si basis magnitudinem consideramus, probabile fit Heuresibii statuam fuisse equestrem<sup>1</sup>). Quas ante Geticam certe vastationem viris de patria optime meritis posuisse Olbiopolitas Nicerati titulus (n° 34) docet. Ex eodem quae ad sinistram perierunt supplēvi (cf. etiam nn° 25 et 188).

**Переводъ.** [Пароді.] посвятивъ Еврисивіа Димитріева Зевсу Царю за его [доблесть] и благосклонность къ себѣ.

**188.** Basis marmoris subcaerulei integra, ornamentis carens, a. 0,23 m., l. 0,75, cr. 0,68. In superficie exstant cavernae duae formae ovatae, statuae pedibus infgendis sine dubio destinatae. Parti anticae titulus diligentissime inscriptus est litteris imparibus, circa 0,025 m. altis. Edidi *ИСК.* f. 33, p. 41, n° 1, addita imagine ex ectypo chartaceo delineata (1/8 v. m.), quae hic repetitur. Exstat etiam *ЗНОО.* v. 29 (1911), prot. p. 35, litteris vulgaribus.

Lapidem auctumno a. 1908 Consilio Imp. Archaeologico rusticus quidam Parutinensis vendidit. Ubi et quando inventus sit, non constat. Exstat nunc Odessae in museo.

1) In ea parte, quae Carzoazi decretum inspicienti est aversa, i. e. in summa basi, unum videtur superesse foramen formae quadratae; quod tamen accuratius inspicere non licuit, quoniam lapis maximae molis in Surutschani museo parieti adpositus loco moveri non potuit, cum eum examinarem.

Ο Δ Η Μ Ο Σ  
 Π Α Ν Τ Α Κ Λ Η Ν Κ Λ Ε Ο Μ Β Ρ Ο Τ Ο Υ  
 Τ Ο Ν Ε Υ Ε Ρ Γ Ε Τ Η Ν Η Ρ Α Κ Λ Ε Ι

Ἄδῃμος | Παντακλῆν Κλεομβρότου | τὸν εὐεργέτην Ἑρακλεῖ.

E tribus iam 'titulis Olbiopolitanis novimus nomen Cleombroti Pantacelis f., divitis civis Olbiopolitani, de patria optime meriti. Titulus n° 179 testatur eum turrim a se exstructam Herculi et populo dedicasse; e titulo 180 videmus eum pylonem et moenium partem (σχοινιαίαν) exstruenda curasse; denique in indice civium Olbiopolitanorum n° 201 nomen eius bis inscriptum est. Omnes hos titulos decreto celeberrimo in Protogenis honorem facto (n° 32) aetate suppres videri demonstravimus (v. ad n° 179).


Civis, cuius nomen in hac basi legimus, Cleombroti illius pater videtur fuisse, non filius, quoniam tituli litteratura manifesto antiquior est, quam litteratura Cleombroti titulorum. Videmus igitur patrem quoque Cleombroti tam bene de patria esse meritum, ut cives eum εὐεργέτου nomine et statua honoraverint.

Inde quod populus Pantacelis statuam Herculi dicavit, Cleombrotus autem turrim suam Herculi et populo, facile coniecero Herculem in Pantacelis gente praecipue esse cultum.

**Переводъ.** Народъ Пантакла Клеομβροтова, своєю благодарѣтея, посвятилъ Ираклу.

189. Basis marmoris albi fere integra (nisi quod anguli dextri particula fracta est), alta 0,32 m., l. 0,70, longa 0,85. Supra cavernae duae exstant formae ovatae, altera maior, altera minor. Titulus fronti incisus litteris 0,02 m. fere altis etiamnunc bene legitur.

Exscripsi Mosquae in museo historico (inter Buratschkoviana) et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 106. Hic ex imagine photographica ab Oreschnikovio suppeditata accuratius delineandum titulum curavi (circa  $\frac{1}{8}$  v. m.).




Ἄγρότας καὶ Ποσίδεος οἱ ἀδελφοὶ | τὸμ πατέρα Διονύσιον [Ἄπ]όλλωνι | Δελφινίωι ἱερησάμενον.

De tituli aetate v. ad n° 179. Apollinem Delphinium Olbiae cultum ex hoc titulo primum cognovimus (nunc vide etiam n° 163). Dionysius quidam Agrotae f. in tit. 201 (col. 2 v. 27) occurrit; quem non diversum esse ab hoc Agrotae et Posidei patre admodum est probabile.

**Переводъ.** Братъя Агрота и Посидей *посвятили* своего отца Дѳонисія, жречествовавшего Аполлону Дельфинію.

**190.** Basis integra marmoris subcaerulei a. 0,36 m., l. 0,99, longa 1,35. Superficies levis est, foraminibus ad pedes statuarum infigendos carens, sed apud marginem posticum tres cavernas rotundas habet. Pars adversa ad sinistram perquam laesa est eo ipso loco, ubi titulus *a* incisus erat, cuius versus primus totus fere periit, ex altero versu non supersunt nisi litterae quattuor, versus vero tertius integer mansit. Ad dextram 0,17 m. distat titulus *b* quinque versibus constans optime conservatis. Uterque titulus eadem manu diligentissime exaratus est. Edidi *IAK.* f. 10, p. 8, n° 5, cum imagine ad ectypum chartaceum delineata, pro qua hic minorem praebeo, locis laesis accuratius indicatis ( $\frac{1}{10}$  v. m.).

Lapis aestate a. 1903 in Olbiae rudibus a Pharmakovskio inventus est in magno tumulo prope murum aetatis Romanae destructum, cui immissum eum fuisse consentaneum est. Servatur in vico Parutino dicto.




Titulum *a* ita legendum esse puto:

. ω . . .  
[Ἐ]πι[ράτης Νικηράτου]  
ὑπὲρ τῆς θυγατρὸς.

In versu primo nomen filiae Epicratis periisse consentaneum est et fortasse deae nomen, cui Epicrates pro filia solvit votum.

*b*  
Τιμῶ Ὑψικρέοντος  
θυγατρὸς,  
Ἐπικράτου γυνή.  
Ἐπικράτης Νικηράτου  
Ἀρτεμίδι ἱερησαμένην.

Epicratem hunc non diversum esse ab eo persuasum mihi habeo, qui patri Eubioti Aristonis f. statuam dedicavit, ut monstrat titulus n° 191, qui quomodo recte legendus sit, hic ipse titulus nobis indicavit. Titulorum litteratura probat fuisse Epicratem tertio s. altero a. Chr. saeculo. Magno indici civium Olbiopolitanorum, quem infra dabimus sub n° 201, ascriptus est Ἀρίστων Νικηράτου, quem ad eandem pertinuisse familiam nomina probant. Si coniecimus eum fratrem Epicratis huius fuisse, statuendum erit titulos hosce dedicatorios eiusdem fere aetatis esse, cuius est index (cf. ad n° 179). Quae coniectura si vera est, stemma habebimus hoc:



Antequam hic titulus inventus est, Dianam Olbiae cultam esse e nummis solis conicere licebat (cf. Hirst, The cults of Olbia. *Journ. of hell. st.* 23 p. 28 = *ИАК.* f. 27 p. 112). Sacerdotes Dianae non διὰ βίου eligebantur (ut patet e part. aor. *ιερησαμένην*), sed fortasse quotannis e mulieribus nobili loco natis.

**Переводъ надписи В.** Тимо, дочь Ипсикронта, жена Епикрата. Епикратъ Никиратовъ. посвятилъ жречествовавшую Артемидѣ.

**191.** Basis marmoris cinerei integra, a. 0,35 m., l. 0,71 totidemque longa. In superficie exstant foramina duo statuæ pedibus infingendis destinata, in fronte titulus integer, facilis lectu. Litteris vulgaribus editus est in diario Odessitano, quod inscribitur *Одесскія Новості*, a. 1897 n° 4041 (inde rep. in *Археолог. изв. и замѣтки, изд. Моск. Археолог. Общ.*, 1897, p. 290).

Lapis a. 1897 in area Gregorii Niculae rustici Parutinensis effossus Kischinevum transportatus est in museum Surutschanianum. Ectypo chartaceo usus edidi IosPE<sup>1</sup>. v. IV n° 27 (inde repetiit litteris minusculis F. Bechtel, Sammlung d. griech. Dialekt-Inschriften v. III, 2 (1905), p. 650 n° 5550). Quomodo rectius legendus sit titulus, indicavi *ИАК.* fasc. 10, p. 9. Hic titulum ex ectypo accuratius delineatum ( $\frac{1}{6}$  v. m.) praebeo.


1	ΕΥΒΙΩΤΟΣ	ΑΡΙΣΤΩΝΟΣ	Σ		
	ΕΠΙΚΡΑΤΗΣ	ΝΙΚΗΡΑΤΟΥ	ΤΟΝ	ΘΕΙΟΝ	Εὐβίωτος Ἀρίστωνος.
	ΘΕΟΙΣ	ΤΟΙΣ	ΕΝ	ΣΑΜΟΘΡΑΚΗ	Ἐπικράτης Νικηράτου
	ΙΕΡΗΣΑΜΕΝΟΝ	ΝΟ	Σ	Σ	τὸν θεῖον
5					θεοῖς τοῖς ἐν Σαμοθράκη[ι]
					ιερησάμενον.

Cabiros Olbiae esse cultos primum ex hoc titulo cognovimus. De tituli aetate et de Eubioti familia v. quae diximus ad n° 190.

**Переводъ.** Еввиотъ сынъ Аристона. Епикратъ Никиратовъ, посолтилъ дядю, жречествовавшего богамъ Самоеракійскимъ.

**192.** Basis marmoris albi a. 0,36 m., l. 0,73, l. 0,675, supra ab angulo sinistro mutilata. In superficie duae parvae cavernae rotundae, tertia maior quadrata apparent, infra statuae pedum vestigia supersunt; inde patet basim bis in usu fuisse. Titulus in fronte litteris 0,025 — 0,03 m. altis exaratus facillimus est lectu.

Mosquae exscripsi in museo historico (inter Buratschkoviana) et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I, n° 107 (cf. add. p. 223). Hic titulum accuratius delineatum repraesento ex imagine photographica, quam Oreschnikovii benignitati debeo (circa 1/7 v. m.).



[Ἡ δείνα . . .]ωντος τοῦ Διονυσίου  
[θυγά]τηρ. Σωκρατίδου γυνή.  
[Σ]ωκρατίδης Φιλίνου τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα  
Μητρὶ Θεῶν ἱερησαμένην.


Litteratura indicat imperatorum Romanorum aetatem. De deorum matre Olbiae culta cf. supra ad n° 170. Nomen patris mulieris certo suppleri nequit (potuit esse Δημοσκῶντος, Ἑρσοῶντος, Ξενοφῶντος, sim.).

**Переводъ.** (Такая то), дочь . . . онта сына Діонисіева, жена Сократіда. Сократидъ Филиновъ посолтилъ свою жену, жречествовавшую Матери боговъ.

**193.** Tabula lapidis rubri (valde dubito, num lapis sit marmor, ut adfirmat Koehlerus) superne fracta, alta 0,50 m., l. 0,56, cr. 0,13. Tituli litterae 0,055 m. altae sunt. Ed. Koehler act. Acad. Monac. v. VI p. 154 (= *Ges. Schriften* v. VI p. 315), inde Boeckh, C. I. Gr. II n° 2086.



Exstat Odessae in museo societatis, quo delata est e tabulario geographico oppidi Nicolajev. Exscripsi et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 108. Hic ex ectypo chartaceo accuratius delineatum titulum praebeo ( $\frac{1}{9}$  v. m.).



[Γάι]ον Ἀ[τ]εῖλι[ον]

. Μοῖνον Ἰουλία

Θεοδώρα τὸν

ἑαυτῆς ἀνδρ[α]


θεοῖς.

*Var. lect.* V. 1: ΟΝΑΤΕΙΑΙ — v. 2 in. ΛΟΙ — v. 4 in. ΑΥ Koehler. Idem litterae sibilantis formam Σ dedit.

V. 1 quod Boeckhii Koehlerum secutus restituit [Μάρκ]ον, spatii rationibus minus bene convenit; cognomen quod fuerit, ne ipse quidem indagare potui. Titulum Romanae esse aetatis ex ipsis viri et mulieris nominibus conligitur.

**Переводъ.** Юлія Θεοδора своего мужа Γαῖ Ἀτιλίᾳ Μίνα(?) посвятила богамъ.

**194.** Frustum basis marmoris subcaerulei Olbiae inventum. V. 1 litterae reliquis aliquanto maiores sunt. Exscripsi in museo Universitatis Kioviensis m. Maio 1893 et edidi *ЗИРАО*. v. VII. p. 85, n° 146<sup>1</sup> et IosPE<sup>1</sup>. v. IV n° 40. Hic idem exemplum repeto.



V. 3 videtur partic. *ιερησάμενος* vel *ιερησαμένη* aliquo casu positum esse. Inde suspicari possumus titulum in honorem sacerdotis alicuius esse scriptum, cuius statua basi fuerit imposita. Cf. supra nn° 188—192. Titulum saeculo II p. Chr. non recentiore habeo.

**b. Tituli deorum commemoratione carentes.**

**195.** Tabula marmoris flavi infra fracta, supra epistylis ornata, quod nunc mutilatum est, a. 0,37 m. totidemque lata, cr. 0,13. Ab epistylis 0,17 m. distat titulus diligentissime

exaratus, quem non superesse integrum valde dolendum est. Ed. E. de Stern *ΣΗΟΟ*. v. XXIII, p. 12, n° 7 (et iterum Germanico sermone *Jahreshefte d. Oesterr. arch. Inst.* v. IV, 1901, Beibl. c. 54 sqq.; cf. Karabacek ibid. c. 61 sqq.) cum imagine zincotypica, quam repetii IosPE<sup>1</sup>. v. IV add. n° 460 et hic repeto. Litteris minusculis repetiit Bechtel l. l. ad n° 191, n° 5551.



Lapis a. 1900 in Olbiae rudibus inventus ab A. Vogellio museo societatis Odesitanae donatus est.

Φημί διακοσίας τε | και ὀγδοήκοντα ὀργυιάς  
και δύο τοξεῦσαι | κλεινὸν Ἀναξαγόραν  
υἷὸν Δημαγόρεω, | Φιλτέω δὲ πα.....

Quod Sternius v. 3 supplendum proposuit Φιλτέω δὲ πα[ῖδα ὀργυιάς], metrum offendit. Litteratura et genitivorum formae ionicae quae sunt Δημαγόρεω et Φιλτέω probant titulum quarto a. Chr. saeculo nequaquam esse recentiore. Ἀναξαγόρας et Δημαγόρας nomina in titulis Olbiopolitanis nondum obvenerunt, Φιλτῆς bis legitur in titulo n° 201. Metro non ὀγδοήκοντα convenire, sed ionicam formam ὀγδώκοντα monuit Bechtel.

Celebratur epigrammate Anaxagoras quidam Demagorae f., qui (in certamine sine dubio) sagittam 282 org. = 521,6 m. Gall. misit. Simillimo argumento est epigramma notissimum Phaylli Crotoniatae statuae subscriptum<sup>1</sup>):

Πέντ' ἐπὶ πέντήκοντα πόδας πήδησε Φάυλλος,  
δίσκουσεν δ' ἑκατὸν πέντ' ἀπολειπομένων.

Epigramma in Anaxagorae honorem positum ideo gravissimi momenti esse, quod primum indicet, quam longe sagittarii veteres sagittas mittere potuerint, recte animadvertit Sternius. Idem in tituli commentario de sagittandi veterum arte et de arcuum generibus diligenter egit, adhibita epistula a G. Luschano professore Berolinensi accepta, quocum epigramma communicaverat, et eiusdem de veterum arcubus commentatione in *Festschrift für*

1) Epigramma a multis scriptoribus allatum v. apud | praeter anthologiam collectae (Lips. 1891), p. 112, Th. Pregerum, Inscr. Graecae metricae ex scriptoribus | n° 142.

*O. Benndorf* (Vind. 1898), pp. 188—197. Cui commentario cum nihil habeam quod addam, satis habeo commonere sagittandi certamina Olbiae instituta Scytharum vicinorum more recte explicuisse Sternium, quippe quae apud ceteros Graecos ea aetate, quam historicam vocare solemus, non fuerint in usu. Cf. nunc E. Bulanda, Bogen und Pfeil bei den Völkern des Altertums (*Abhandl. d. arch.-epigr. Sem. d. Univ. Wien*, v. XV, Wien u. Leipz. 1913), p. 125 sqq., ubi hic quoque titulus repetitur e Sternii editione Germanica.

**Переводъ.** Я свидетельствую, что славный Анаксагоръ, сынъ Димагора пустилъ стрѣлу на двѣсти восемьдесятъ двѣ оргии, Фильта же...

**196.** Basis marmoris caerulei a sinistra parte fracta, lata nunc quidem 0,38 m., alta 0,22, longa 0,77; in superficie exstat foramen satis magnum formae ovatae. Tituli litterae 0,016 altae optime leguntur.

Exscripsi Mosquae in museo historico (inter Buratschkoviana) et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I, n° 111. Hic idem exemplum repeto.

vac.		
○ΛΛ∧N ○Υ		[‘Ο aut ἡ δεινα Ἄπ]ολλωνίου.
vac.		

Propter litterarum formas titulum ad IV aut III a. Chr. saeculum rettulerim.

**197.** Lapidis descriptionem v. in lemmate n° 98. E titulo antiquiore, cuius ibi mentionem fecimus, non supersunt nisi trium ultimorum versuum initia. Vv. 1 et 2 litterae altae sunt 0,015 m., v. 3 aliquanto maiores. Exscripsi et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I, n° 112. Hic idem exemplum repeto cum ectypo chartaceo iterum collatum.

▨▨▨ APXH ▨▨▨ ▨▨▨ IIOΞKΩ M . Y P O vac.	
---	--

Honorarium fuisse hunc titulum perquam probabile est. V. 1 fortasse fuit [γυμνασι]-*αρχή[σαντα]* vel simile aliquid. Litterae quae v. 3 supersunt ad artificis nomen pertinere videntur. Titulus proxime praecedenti aetate suppar putandus est.

**198.** Pars sinistra basis marmoris cinerei a. 0,22 m., l. 0,31, longa 0,21. In summa basi caverna exstat quadrata, lg. 0,09 m., l. 0,13. In parte antica conservatae sunt magna pars coronae sculptae et tituli pars. Edidi *ΗΑΚ.* f. 10, p. 10, n° 6, cum imagine zinco expressa ( $\frac{1}{4}$  v. m.), quam hic repeto.

Lapidem Olbiae inventum Consilio Imperiali Archaeologico S. Tarnogurski a. 1901 dono dedit intercedente Pharmakovskio. Exstat in museo quod dicitur Ermitage.



Ὀλβιοπολεῖ[ται ἐτίμησαν τὸν δεῖνα?].


Fragmentum pertinere ad basim statuae ab Olbiopolitis in honorem viri alicuius bene de civitate meriti positae consentaneum est. Litteratura ultimo a. Chr. saeculo non est antiquior.

**199.** Pila integra marmoris albi, alta 1,55 m., l. 0,46, cr. 0,20. Hanc primo ab Adoa quodam Olbiopolita in memoriam T. Flavii Achaemenis Bosporani positam fuisse patet ex duobus titulis, pilae utrimque inscriptis, quos edimus sub n° 202. Centum fere annis post eadem adhibita est, ut fieret basis statuarum Caracallae et Getae ab Olbiopolitis publice positarum; id apparet e duabus inscriptionibus angusto pilae lateri incis, quas hoc loco edimus. Harum litterae alte, sed non admodum diligenter exaratae, altae sunt 0,03 m. Foramina, quae statuarum pedibus lapidi infingendis inserviebant, etiamnunc exstant; eo foramine, in quo Getae pes sinister positus erat, laesa est magna ex parte Adoae inscriptio huic lateri incisa; altera, quae olim ad terram versa erat, integra mansit. Caracallae et Getae titulos «primus edidit Koehlerus act. Acad. Monac. t. VI cl. hist. et philol. p. 183 [= *Ges. Schriften* v. VI p. 339], tum Koeppenius Nordgest. p. 83 n. 9 et idem omnes tres in aere repraesentat tab. II fig. 16, quae apographa paulo acerbius reprehendit Koehlerus adv. Koep. p. 45 [= *Ges. Schw.* v. II p. 36]. Koeppenius sua vera esse contendit Nachhall p. 15. Nos ex Koeppenio dedimus litterarum formam». Boeckh, C. I. Gr. II, n° 2091 a. b (inde rep. B. Koehne mus. princ. Kotschubei v. I p. 82).

Lapis a. 1880 Stolna Petropolim asportatus in scalis bibliothecae publicae positus est. Exscripsi et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 109 (inde repetiit litteris minusculis Cagnat IrR. n° 855). Hic idem exemplum repetitur.

(Textum vide p. 215).

*Varias lectiones* Koehlerianas et Koeppenianas, quippe quae a Boeckhio diligenter enotatae sint, hic exscribere supersedemus. Ab exemplo Boeckhiano apographum nostrum hisce differt: A v. 1 Boeckhius nil nisi A dedit ex Koeppenii exemplo edito (in eiusdem tabula



est ΑΠΗΥ). — V. 2 in. A — v. 3 in. ΛΙΟΝΑ — B v. 1: ΑΓΑΘΗΤΥΧΗΙ — v. 2: «ΣΕΠ deest apud Koehl. qui deinceps ΓΕΤΑΝ habet; Koepp. post ΣΕΠ nihil habet nisi rasuram; vere. Nam Getae nomen erasum in omnibus monumentis esse constat; quare ΓΕΤΑΝ, quod Koehl. nihilominus agnoscere potuit, ego ad rasis tantum punctis notavi». Boeckh. Re vera in lapide totus hic versus erat erasus, sed tam leviter, ut litterae, quas nos dedimus, satis bene etiam nunc distinguantur<sup>1)</sup>. — V. 5 extr. ΤΩΝ; hodie W littera laesa est.

A	B
[Ἀγ]αθ[ῆι τυ]χη[ι].	Ἀ[γ]α[θῆι τυ]χη[ι].
[Αὐτοκρ]άτορα Σεβαστόν Μ. Αὐρή-	Σεπτί[μι]ο[ν] Γέταν
λι[ον] Ἀντωνεῖνον Αὐγούστον	Καίσαρα ἡ βουλῆ
ἡ βουλῆ καὶ ὁ δῆμος ὁ Ὀλβι-	καὶ ὁ δῆμος ὁ Ὀλβι-
πολεϊτῶν.	πολεϊτῶν.

Anno p. Chr. 198 Septimii Severi filium maiorem «Bassianum Antoninum, qui Caesar appellatus iam fuerat... participem imperii dixerunt milites, Getam quoque minorem filium Caesarem dixerunt». (Spartian. Sev. 16). Undecim annis post (a. 209) Getam quoque Imperatorem Augustum dictum esse constat (cf. Clinton Fasti Rom. I p. 247). Statuae igitur, in quarum subscriptionibus Caracalla Imperator Augustus, Geta Caesar audit, intra hoc temporis spatium positae sunt, Severo etiam tum vivo (cf. quae diximus ad n° 174). Ceterum cf. quae animadvertit Cagnat: «Nota hic Caracallam vocari et Σεβαστόν et Αὐγούστον, errore vel ignorantia».

**Переводъ.** А. Съ добрымъ счастиємъ. Досточтимаго Императора М. Аврелія Антонина Августа поставилъ совѣтъ и народъ Ольвіополитовъ.

В. Съ добрымъ счастиємъ. Септимія Гету Кесаря поставилъ совѣтъ и народъ Ольвіополитовъ.

**200.** Basis integra marmoris albi a. 0,40 m., l. 0,70, longa 0,67. Titulus litteris 0,02 m. fere altis diligenter incisus optimeque servatus est. Edd. Koehler act. Acad. Monac. v. VI (a. 1816) cl. hist. et philol. p. 157 (= *Ges. Schriften* v. VI p. 317), cui

1) Non recte igitur Cagnat l. c. scripsit nomina Getae non rasuram passa esse.

Blarambergii et aliorum apographa praesto erant. Raoul-Rochette, *Ant. gr. du Bosp. Oïmm.* tab. V n° 6 ex schedis Stempkovskii. Boeckh, C. I. Gr. II n° 2089.

Exstat Odessae in museo societatis (inter Blarambergiana, cf. Koepfen *Nordgest.* p. 77). Exscripsi et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 110. Hic idem exemplum repeto.

1	ΑΓΑΘΗΤΥΧΗ ΔΑΔΟΣΣΩΣΙΒΙΟΥΤΗΝΕΑΥΤΟΥ ΓΥΝΑΙΚΑΝΖΑΛΣΙΝΤΗΝΑΡΣΗΟΑ ΧΟΥΘΥΓΑΤΕΡΑΝΑΓΑΛΜΑΤΙΑΝΕΣ 5 ΤΗΣΕΝΤΕΙΜΗΣΧΑΡΙΝΚΑΙΕΥΣΕ ΒΕΙΑΣ	Ἀγαθῆι τύχη. Δάδος Σωσιβίου τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα Ζάλσιν τὴν Ἀρσηοά- χου θυγατέρα ἀγάλατι ἀνέσ- τησεν τειμῆς χάριν καὶ εὐσε- βείας.
---	--	---

Varia lectio nulla est; id unum adnoto, Boeckhium, cum non haberet nisi exempla vulgaribus litteris edita, litterarum aliquot formas (maxime ABHNS) fideliter reddere non potuisse.

«Titulus Traiano non vetustior; nam n. 2090 [nobis 203] idem homo nominatur, qui titulus ob nomen M. Upii non potest antiquior haberi». Boeckh, qui praeterea monuit ἀγάλατι ἀνέστησεν non ex optima graecitate esse dictum. Formae tales, quales sunt γυναῖκα, θυγατέρα in titulis aetatis Romanae saepius inveniuntur, maxime in Asia Minore (cf. G. Meyer Griech. Gramm. § 327). Zalsin Arseoachi filiam fuerunt qui dicerent sororem fuisse M. Upii Pyrrhi illius Arseuachi f., qui in tit. 93 praetorum est princeps et in tit. 129 primus archon: quae opinio tamen quanquam re certo probari possit, non video.

**Переводъ.** Съ добрымъ счастиемъ. Дадъ с. Сосивія поставилъ статую своей жены Залсин, дочери Арсиваха, ради чести и благочестія.


## CLASSIS QUARTA.

### Catalogi.

**201.** Fragmenta duo tabulae permagnae marmoris candidi, crassae 0,10 m., in latere sinistro ornatae epistylis, litteris c. 0,012 m. altis inscriptae. Fragmentum *a* ab omnibus partibus praeter sinistram mutilatum, a. 0,31 m., l. 0,21, vere a. 1899 in Olbiae rudibus inventum est. Hoc ad fidem ectypi chartacei a R. Kieseritzkio accepti E. de Stern litteris vulgaribus edidit *ЗНОО.* v. XXII, prot. 318 cons. soc. Odess. p. 90, et iterum ad ipsum lapidem Odessam in museum societatis transportatum *ibid.*, prot. 319 cons. p. 103 (hic quidem minusculis tantum litteris). Nos ad fidem ectypi chartacei cum lapide ipso collati (v. infra) dedimus IosPE<sup>1</sup>. v. IV add. p. 273.— Fragmentum *b*, item ab omnibus praeter sinistram partibus mutilatum, a. ad sin. 0,88 m., l. 0,31, in Olbiae rudibus m. Iulio a. 1884 inventum primo in oppidum Cherson pervenit ad Buratschkovium, qui eiusdem anni m. Octobri tabulae delineationem vera factam magnitudine mihi misit, qua usus edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 114. Eodem anno exeunte lapis a Buratschkovio Mosquam in museum historicum est

transmissus, unde ectypum chartaceum optimum accepi a Podschivalovio. Ex hoc apparuit delineationem a Buratschkovio mecum communicatam, etiamsi in universum esset accuratissime facta, habere tamen quaedam minus recte excepta. Quae omnia diligenter enotavi IosPE<sup>1</sup>. v. I add. p. 223. Ibidem monui columnnam I admodum diligenter esse exaratam, columnnam II altius quidem, sed negligentius.

Ut lectores litterarum formas melius cognoscant, hic quattuor versus (31—34) praebeo accurate delineatos ex imagine photographica fragmenti *b*, quam roganti mihi Oreschnikovius Mosqua misit. Ad hanc totum fragmentum contuli.



Sternius, cum ederet fragmentum *a*, rectissime vidit catalogum ei inscriptum eiusdem generis esse, cuius est magnus catalogus a nobis in priore editione positus sub n° 114; cum vero in novo fragmento legantur nomina Ἰκεσίας Παντακλέους, Ποσειδώνιος Ἀριστοκρίτου, Ἀρίστων Θεοκλέους, in magno autem catalogo exstent nomina Παντακλής Ἰκεσίου, Ἀριστόκριτος Ποσειδωνίου, Θεοκλῆς Ἀρίστωνος, statuit Sternius fragmentum *a* catalogo n° 114 una hominum aetate esse recentius. Sed ego cum ectypum a Sternio humanissime suppeditatum, postea vero (m. Maio a. 1900) Odessae lapidem ipsum diligenter examinarem, vidi et litteraturam in utroque lapide prorsus eandem esse, et — quod omnem tollit dubitationem — utrumque titulum in tabula 0,10 m. crassa exaratum esse, cuius *latus sinistrum epistylίο est ornatum* (de fragmento n° 114 id mecum Oreschnikovius communicaverat). Patet igitur fragmentum a Sternio editum eiusdem esse lapidis, cuius maior pars anno 1884 est detecta, et primae catalogi columnae particulam continere. Iam cum quaererem, utrum fragmentum *a* esset supra an infra fragmento *b* adiungendum, statim vidi fr. *b* vv. 1—3, nominum initia continentes, cum fragmenti *a* versibus 15—17 optime posse coniungi: veluti quae fr. *b* v. 3 leguntur litterae ΠΡΩ, cum litteris ΟΓΕΝ<sup>1</sup>), quae in fragmento *a* leguntur v. 17, unum efficiunt patris nomen Πρω[τ]ογέν[ους].

(Textum vide in tabula adiecta).

- .....
- 1 [Ε]ὐρησίβιος Λεωκρά[τους]  
 Διονύσιος Ἀριστείδ[ου]  
 Ἡρόδοτος Μητροδ[ώρου]  
 Ἡροσῶν Ἡροδώρου  
 5 Στάφυλος Ἡροδώρου

1) Pro Ν littera lapicida per errorem exaravit Ν.

- Ἐπίκουρος Ἀδράστου  
 Φιλωνίδης Καλλα[ίσχρου]  
 Δημοκῶν Εὐβιότου  
 Νικοκλῆς Ἐκατεωνύμ[ου]
- 10 Παντακλῆς Ἰκεσί[ου]  
 Ἀριστόκριτος Ποσειδωνί[ου]  
 Φιλίσκος Ἡροδώρου  
 [Ἀ]ριστοκράτης Ἀρίστων[ος]  
 [Θεο]κλῆς Ἀρίστωνο[ς]
- 15 Ἀλφί[ν]ος Ποσειδωνί[ου]  
 Κάλλιππο[ς Κ]αλλινίχ[ου]  
 Εὐδωρος Πρω[τ]ογέν[ους]  
 Λεοντομένης Ἰκε[σίου]  
 Εὐξενος Καλλιστρά[του]
- 20 Φιλτῆς Λεωνίδου  
 Ζώϊλος Πεδιέως  
 Σωκράτης Ποσειδωνίου  
 Γοργίας Εὐβιότου  
 Θρασυδάμας Ἀρίστωνος
- 25 Ποσειδώνιος Ἐπιχράτου  
 Ἰκέσιος Ἀρίστωνος  
 Πολύμνηστος Μένωνος  
 Καλλίνικος Φιλοξένου  
 Εὐρήμων Τιμησιθέου
- 30 Ἀγαθῖνος Ἀντιμήστορος  
 Θεοκίδης Παγκράτου  
 Διιστέφης Ἐστιαίου  
 Πρωτογένης Εὐδώρου  
 Εὐφρόνιμος Μητροδώρου
- 35 Πλεισιπῶναξ Νικηράτου  
 Ποσειδώνιος Ἀριστοκρίτου  
 Ἐκατέων Παντακλέους  
 Ἰκέσιος Σωκράτους  
 Πολυμέδων Λεωκράτους
- 40 Κλεόμβροτος Παντακλέους  
 Σύνμαχος Διονυσίου  
 Ἀρίστων Θεοκλέους  
 Μενεκράτης Θεοκλέους  
 Βάτακος Τιμοθέου
- .....  
 1 Πολ[... τοῦ δεῖνος]  
 Ἀριστ[... τοῦ δεῖνος]  
 Εὐβίωτος [τοῦ δεῖνος]  
 Κόνων Βα.....
- 5 Κλεόμβροτος Παντα[κλέους]  
 Χαιρήμων Νικηράτου  
 Καλλικράτης Νικηράτου 1 Ευρ.  
 Ἀγαθῖνος Δημοκῶντος Ευρ...  
 Ἀρίστων Νικηράτου Ευ...  
 Ἀγ...  
 10 Μῦς Βοσπορίχου  
 Μένανδρος Ἐκατωνύμου 5 Ποσ...  
 Ἀγαθῖνος Δημάχου Ἀπο[λλ]...  
 Ἰκέσιος Πολυξένου Δαικ[ράτης]?...  
 Παντακλῆς Λεωδάμαντος Δημ...  
 15 Στάφυλος Ἡροδώρου  
 Ἰκέσιος Παντακλέους 10 Φιλ[λ]...  
 Κρίτος Νικηράτου .....  
 Δαῖκράτης Ἀριστοδήμου .....  
 Εὐβίωτος Μητροδώρου .....  
 20 Διονύσιος Βοττύλου Ἄν...  
 Σωσίστρατος Νυμφοδώρου 15 Βα...  
 Διονύσιος Ὀρθοβούλου Ε...  
 Φιλτῆς Λεωδάμαντος  
 Νουμήνιος Ἰκεσίου



- |   |  |
|---|--|
| <p>45 Εὐρησίβιος Πανδίωνος<br/>Ἀριστοκράτης Θεοκλέους<br/>Τιμόθεος Πάριμιος<br/>Ἀθηναῖος Πολυξένου<br/>Ὀρθόβουλος Εὐβίπτου</p> <p>50 Δηίμαχος Ὀρθοβούλου<br/>Ἰκέσιος Παντακλέους<br/>Ἀρίστων Ἀριστοκράτους<br/>Νικόστρατος Νικοκλέους<br/>Φιλόμηλος Διονυσίου</p> <p>55 Θεοδέκτης Ἡροδώρου<br/>Λήναιος Ἡροδώρου<br/>Ἀθηνόδωρος Μέσχου<br/>Ἀμύντωρ Ἀθηνοδώρου<br/>Ἀριστοκλῆς Εὐρήμονος</p> <p>60 Ἀπολλόδωρος(ς) Διοδώρου<br/>Ἀντιμήστωρ Ἀγαθίνου<br/>Λεωκράτης Πολυμέδοντος<br/>Ἡροσῶν Πρωτογένους<br/>Δάμασος Ἀριστοκράτο[υς]</p> <p>63 [Ἐκ]ατέων Ἀριστο[κράτους]<br/>[ὁ δεῖνα Δ]ιον[υσίου]<br/>.....</p> | <p>25 Ἰκέσιος Λεωδάμαντ[ος]<br/>Εὐμένης Συρίσκου<br/>Διονύσιος Ἀγρότα[υ]<br/>Τιμέας Θεογιτό[νος]<br/>Ἀρτεμίδωρος Τ[ιμέου?]</p> <p>30 Νικήρατος Εὐρη[σιβίου?]<br/>Εὐρησίβιος Δη[μητρίου]<br/>Παντακλῆς Κ[λεομβρότου?]<br/>Δημοκῶν [τοῦ δεῖνος]<br/>Εὐνικός Ε. . . .</p> <p>35 Νικήρατ[ος τοῦ δεῖνος]<br/>Ἡρόφιλο[ς τοῦ δεῖνος]<br/>Λεωδά[μας τοῦ δεῖνος]<br/>Δάμ[ασος? τοῦ δεῖνος]<br/>Λε[ . . . . . τοῦ δεῖνος]</p> <p>40 Ἰκέ[σιος τοῦ δεῖνος]<br/>Π[ . . . . . τοῦ δεῖνος]<br/>Σ[ . . . . . τοῦ δεῖνος]<br/>.....</p> |
|---|--|

De aetate huius tituli dixi ad n° 179. Dolendum, quod nihil catalogo inest, unde eius naturam et originem accuratius liceat definire; coniecturas, quae facile cuivis nasci possunt, omitto. Catalogum admodum fuisse amplum vel ex eis, quae supersunt, intellegere licet: nam etiam si statuerimus columnam I nunc exstare integram et col. III post v. 16, qui nunc est ultimus, nihil amplius fuisse scriptum (quamvis utrumque parum sit probabile), 174 virorum nomina habebimus, qui numerus erit omnium minimus. Eo magis memorabile, quod in tanto nominum numero nullum est quod non sit graecum<sup>1)</sup>. Tria nomina bis repetuntur, quae sunt Στάφυλος Ἡροδώρου col. I v. 5 et col. II v. 15, Κλεόμβροτος Παντακλέους col. I v. 40 et col. II v. 5, Ἰκέσιος Παντακλέους col. I v. 51 et col. II v. 16; quos eosdem viros, non binos cognomines esse admodum est probabile. Aliquotiens patres et filii occurrunt, ut col. I v. 10 Παντακλῆς Ἰκεσίου et col. I v. 51 et c. II v. 16 Ἰκέσιος Παντακλέους; col. I v. 11 Ἀριστόκριτος Προσειδωνίου et v. 36 Προσειδώνιος Ἀριστοκρίτου; col. I v. 13 Ἀριστοκράτης

1) Nomen quod est Βάτακος (col. I v. 44) quod solum Barbarum possit videri, exstare in nummis Erythraeorum testatur Papii lexicon nom. propriorum Graecorum; in eodem haec nomina non inveni: Ἀγρότας, Ἀντιμήστωρ, Βοττύλος, Δαικράτης, Διιστέφης, Ἐκατέων, Εὐφρόνιμος, Πεδιεύς. Nomina quae sunt Ἐκατέων et Φιλτήης explicuit Bechtel, Samml. d. griech. Dialekt-Inschr. III, 2, p. 659, n° 5548.

Ἀρίστωνος et v. 52 Ἀρίστων Ἀριστοκράτους<sup>1)</sup>; col. I v. 14 [Θεο]κλῆς Ἀρίστωνος et v. 42 Ἀρίστων Θεοκλέους; col. I v. 17 Εὐδῶρος Πρωτογένους et v. 33 Πρωτογένης Εὐδῶρου; col. I v. 30 Ἀγαθῖνος Ἀντιμήστωρ et v. 61 Ἀντιμήστωρ Ἀγαθίνου; col. I v. 39 Πολυμέδων Λεωκράτους et v. 62 Λεωκράτης Πολυμέδοντος; col. I v. 40 et c. II v. 5 Κλεόμβροτος Παντακλέους, col. II v. 32 Παντακλῆς Κ[λεομβρότου?], fortasse etiam alii avis non cognominis; fratres aut cognatos fuisse cum veri specie conicias eos, quorum nomina inter se similia sunt: velut col. I v. 34 Εὐφρόνιμος Μητροδώρου et col. II v. 19 Εὐβίσιος Μητροδώρου fortasse fratres sunt germani, col. I v. 20 Φιλτῆς Λεωνίδου et col. II v. 23 Φιλτῆς Λεωδάμαντος fortasse fratres patruelis; mitto cetera quae adferri possint eius modi exempla. De viris alioquin notis, qui in catalogo occurrunt, egi ad n° 179.

Nomen patris col. I v. 7 inscriptum Sternius in priore editione dubitanter supplendum proposuit Καλ[λιμ]ά[χου], in altera Καλλά[ρου], addens in lapide clara luce P litterae vestigia posse distingui; quae tamen cum identidem lapidem examinans dispicere non potuissent, malui nomen notissimum restituere, quam inusitatum.

## CLASSIS QUINTA.

### Tituli memoriales et sepulcrales.

Tituli Olbiopolitani μνήμης χάριν formula insignes a ceteris monumentis sepulcralibus valde differunt: primum enim pilis omni ornamento carentibus incisi sunt (excepto tit. 203, ad quem incidendum monumentum sepulcrale antiquioris aetatis videtur esse adhibitum), cum sepulcralia monumenta alias habeant formas; deinde in omnibus qui adhuc exstant diserte additum est ab amicis mortuorum (et maxime quidem peregrinorum, exceptis tit. 205 et 206) eos esse positos. Haud dixerim equidem semper eos in sepulcris locum habuisse, tit. 39 maxime nisus, ex quo apparet decreta quoque in honorem virorum de patria bene meritorum a civibus facta, ab amicis post mortem eorum memoriae causa lapidi esse incisa; quae in sepulcris stetisse minime est credibile. Ideo titulos memoriae causa positos a ceteris funebribus separare placuit.

#### a. Tituli memoriales.

**202.** Lapidis descriptionem v. in lemmate n° 199. Titulum *b* repraesentavit Koeppen *Nordgest.* tab. II fig. 16; inde sumpsit Boeckh, C. I. Gr. II n° 2092. Tit. *a* ego primus edidi. Huius litterae fere 0,04 m. altae sunt, alterius aliquanto minores. Exscripti et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 115. Hic eadem exempla repetuntur.

(Textum vide p. 221).

Titulus *b* in Koeppeni tabula tam negligenter transcriptus est, ut si lectiones variantes enotare vellemus, totum fere titulum repetere opus esset. Exempli gratia monere sufficet

1) Animadvertendum est haec nomina redire in parvulo fragmento, quod infra editur in variis sub n° 277.

*a*

1	ΤΙΤΩΙΦΛΑΟΥΙΩΙ
	ΑΧΑΙΜΕΝΕΙΑΧΑΙ
	ΜΕΝΟΥΣΒΟΣΠΟΡΕ
	ΑΝΩΙΑΔΟΗΣΔΕΛΦΟ
5	ΤΗΝΣΤΗΛΛΗΝΑΝΕ
	ΣΤΗΣΕΝΜΝΗΜΗΣ
	ΧΑΡΙΝ

*b*

1	ΤΩΙΦΛ	ΙΩΙΑΧΑΙ
	ΜΕΝΕ'	ΟΥΣ
	ΒC	ΔΟΗΣ
	ΔL	ΗΙ-ΙΗΛΛΗΝ
5	ΑΝΕ-ΙΗΣΕΝΜΝΗΜΗΣ	
	ΧΑΡΙΝ	
		Vesti- gium Getae pedis dextri.

versuum 1 et 2 initia omnino non esse transcripta itemque χάριν vocem v. 6 (id quod maxime est mirabile, quoniam haec vox optime legitur), litteras autem ΟΥΣ quae exstant v. 2 extr. bis esse repetitas.

In utroque latere eadem scripta esse nemo non videt; quae sic leguntur: *Τίτωι Φλαουίωι Ἀχαιμένει Ἀχαιμένους Βοσπορειανῶι Ἀδόςης Δελφοῦ τὴν στήλην ἀνέστησεν μνήμησ χάριν.*

Titulus initio II p. Chr. saeculi non est antiquior: nam Bosporanum illum hominem Vespasiano imperante natum e praenomine et nomine apparet, titulum autem post eius mortem demum positum esse patet. De nomine Ἀδόςης cf. quae dixi supra ad n° 82. Hic ipse Adoes Delphi f. videtur commemorari in tit. 156. In patris Adoae nomine tit. *a* ultimum Υ propter spatii angustias a quadratario omissum esse puto. Hoc nomen non recte me primo aspectu legisse, lapide loco obscuro posito, confessus sum *Извѣд. обѣ Оловіи* p. 269 et *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV add. p. 274.

**Переводъ.** Титу Флавию Ахемену сыну Ахемена Воспоранцу поставилъ эту плиту Адои сынъ Дельфа на память.

**203.** В. Modestov l. c. infra lapidem sic fere descripsit: esse pilam marmoream, altam 1<sup>m</sup>53, l. 0<sup>m</sup>54; tituli litteras 0<sup>m</sup>02 — 0<sup>m</sup>04 esse altas. Super inscriptionem esse anaglypha duo, quorum inferius repraesentaret virum equo insidentem et manu aliquid tenentem, fortasse hastam. Superius anaglyphum duas repraesentare figuras, alteram mulieris sedentis, alteram viri in lecto cubantis; figuram sedentem aliquid cubanti dare videri, fortasse medicamentum. Lecto monopodium esse adpositum, in quo pateram sive cantharum stare videri. Quae ratio intercederet inter superius anaglyphum et inferius, sibi non apparere. — Titulum edd. comes I. Potocki, *Histoire ancienne du gouv. de Cherson* p. 31; inde Clarkius, *Trav. in var. countries* v. I p. 621 (ed. 4 v. II p. 361), apographo accepto a Kelsalio; e Clarkio Rochettus, *Antt. Bosp. tab. IX n° 4*; Boeckh, *C. I. Gr. II n° 2090*.

Denuo edidit B. Modestov, *Κιεσκήϊα Ὑμνω. Ἰζωςκτιϊα* a. 1875 n° 6 p. 510 sq., adiecta tabula photographica lapide expressa. Anaglyphum descripsit et titulum minusculis litteris repetiit Watzinger, *GGS.* p. 130, n° 716. Breviter commemoravit lapidem (titulo non repetito) Iul. Kulakovski, *Ματεριαλι no αρχ. Ροσσιϊ, № 19 (1896), p. 49, n° 22.*

Lapis e loco Tultschin praefecturae Podoliensis, ubi olim servabatur, pervenit in museum Universitatis Kioviensis. Modestovii tabula usus edidi IosPE<sup>1</sup>. I n° 116. Hic idem exemplum repeto iterum cum tabula collatum.

1	Λ Α Μ Ψ Ω Ι Ι Ξ Χ Α Ι Ρ	[Ῥαδ]αμψῶ[ν υἱὲ [τοῦ δεῖνος,] χαῖρ[ε].
(n° 203)	Α Ι Ι [Ο] Ι Λ Π Ι Ω Π Α Ρ Θ Ο Κ Λ Ε Ι Τ Ω [Κ] Α Ι Λ Λ Α Σ Τ Ο	[Μ]ά[ρχω] Οὐλπία Παρθ[ε]- ν[οκλεῖ, τῶ και Μαστο[ύ]- νυ(?), [Β]οσπορανῶ Δ[ά- δ]ος Σωσιβίου ἑ και [Ῥ]α[δ]οσ- θ[ος(?)] τήν στήλ[λ]ην ἀ[νέ- σ]τησεν μνήμης χάριν.
5	Α Ν Ω Ι Ο Σ Π Ο Ρ Α Ν Ω Δ Ο Σ Σ Ω Σ Ι Β Ι Ο Υ Θ Κ Α Ι Δ Ο Σ Τ Η Ν Σ Τ Η Λ Η [Ν Α] [Τ Η Σ Ε] Ν [Μ Ν] Η Μ Η Σ Χ Α Ρ Ι [Ν]	
	<i>vac.</i>	

Lapidem adeo esse detritum dixit Modestov, ut primo aspectu ne unum quidem verbum integrum distingueretur; nec quidquam profecturum se fuisse, nisi tabulam accepisset photographica. Item postea Kulakovskius, quem rogaveram, ut mihi ectypum mitteret, respondit lapidem tam oblitteratum esse, ut titulus in charta exprimi nullo modo posset. Quae cum ita sint, nihil mirum quod Potockii apographum, si cum tabula photographica confers, minime accuratum apparet; hic illic tamen lectiones pleniore praebet. Vv. 1 — 2 omisit Pot.— v. 3 in. ΑΡΧΩΘΥ, extr. ΠΑΝΘ — v. 5: ΝΩΡΟΣΠΟΙΑΝΩΔΙ — v. 6 extr. ΡΙΩΟΚΑΙΔΙ — v. 7 extr. ΣΤΗΑΝΟΛΑΟΣ — v. 8 extr. ΜΗΝΚΑΙ. Lapidem a dextra et a sinistra esse detritum non notavit Potockius. Modestovius in textus transcriptione litteras aliquot dedit, quas equidem in tabula dispicere non potui: has uncis quadratis includendas curavi.

Apparet lapidi duos incisos esse titulos, quorum prior sepulchralis (vv. 1 — 2) antiquior esse mihi videtur (recentior Modestovio); ad eum anaglypha pertinere puto. Postea Dadus Sosibii f. idem monumentum Parthenocli hospiti in memoriam posuisse videtur, altero titulo inciso. Hunc iam Boeckhius sagacissime restituit, Potockii et Clarkii nugis reiectis. E Boeckhii supplementis non vera esse hodie apparet haec: Παυ[τ]οκλεῖ vv. 3 — 4, Μαστόνυ vv. 4 — 5 (nomen enim longius fuisse videtur), Δίος vv. 6 — 7; hic quoque longius expectatur nomen et quidem barbarum. Quod autem Modestovius coniecerat Ῥαδοσ, non recte se habere apparuit, postquam e tit. 82 et 202 a cognovimus rectum huius nominis casum fuisse Ῥαδός. Equidem Ῥαδοσθος dubitanter proposui e tit. 204. Dadum Sosibii f. eundem esse, cuius est titulus 200, dudum consentitur. Bosporanus ille homo cum Traiani imperatoris praenomen et nomen habuerit, titulus ad priorem maxime saeculi II p. Chr. partem referri potest. Rostovzevius coniecit M. Ulpium Parthenoclem non diversum esse ab eo, cuius titulus in oppido

Kertsch inventus a nobis editus est IosPE<sup>1</sup>. v. II n° 187 (de Ulpiorum familia v. quae ibid. diximus ad n° 26), et v. 5 legendum esse τῷ καὶ Μαστοῦ | υἱ]ῷ. Ubi tamen cum τῷ καὶ inusitate sit additum, in textum hanc coniecturam recipere non audeo. Ad meum supplementum Μαστο[ύ]υφ cf. IosPE<sup>1</sup>. v. IV add. p. 288 ad n° 204.

**Переводъ** n° 203. Марку Ульпію Пароевеклу, онъ же Мاستунъ(?), Воспоранцу, Дадъ с. Сосивія, онъ же Адосѣ (?), поставилъ эту плиту на память.

**204.** Tabula lapidis calcarii, supra epistyllo ornata, infra fracta, a. 0,65 m., l. 0,46, cr. 0,11. Inscriptionis litterae altae 0,04 aliquot locis laesae sunt. Ed. Th. Struve, *Rhein. Mus.* v. XXV (a. 1870), p. 358 n° 8.

Exscripsi in museo Universitatis Odessitanae (inter Curisiana) et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 117. Hic idem exemplum repeto.

1	Α Δ Ο Σ Θ Ω Υ Ι	Ἄδοςθω υι-
	Ω Α Ρ Σ Α Κ Ο Υ Τ Σ	ῶ Ἀρσάκου τῷ
	Ο Μ Ω Ν Υ Μ Ω	ὀμώνυμω
	Ζ Η Ν Ω Ν Σ	Ζήνων Σ[τ]-
5	Ρ Α Τ Ο Ν Σ Ι	ρατον(ε)ί[χ-
	Υ Β Ο Σ Π Ο	ο]υ Βοσπο-
	Ν Ο Σ Μ	[ρεα]νός μ-
		[νήμης χάριν].


*Var. lect.* V. 5 extr. ΝΣΙ, v. 6 in. ΟΥ Struve. Quadratarius v. 5 litteram Σ pro Ε errore exaravit. Vv. 7—8 Μ[ατῆς] supplevit Struvius; quod verum esse nemo facile credit.

Ὁμώνυμος Struvio est «gewiss nicht bloss der Namensvetter, sondern vielleicht im Allgemeinen der Verwandte, Landsmann». Titulus ad Imperatorum aetatem pertinet. Στρατόνευκος Ζήνωνος scriptor Bosporanus, huius Zenonis fortasse pater aut filius, obvenit in titulo sepulcrali a L. Škorpilo edito *ΙΑΚ.* fasc. 54, p. 71 sqq. n° 5. Ceterum Olbiae quoque Zeno Stratonici f. praetorum princeps commemoratur in tit. 136. Fortasse idem hic Bosporanus, postquam Olbiam migravit, civitate donatus est.

**Переводъ.** Адосѣу сыну Арсака земляку (?) Зиновъ с. Стратоника Воспоранецъ поставилъ на память.

**205.** Pila lapidis calcarii alta 1,61 m., l. 0,54, cr. 0,16. Inscriptionis litterae grandes sunt (a. 0,04 — 0,06 m.) alteque exaratae; lectio tamen aliquot locis difficilis est, lapidis superficie perquam corrosa. Edd. Th. Struve, *Rhein. Mus.* v. XXV p. 359 n° 9, Buratschkovii usus apographo; L. Jurgiewicz *ЗИОО.* v. VIII (a. 1872) p. 1 sq., cui apographum praestiterat N. Arcas.

Lapis a. 1870 in Olbiae rudericibus inventus exstabat Kischinevi in museo Surutschaniano. Exscripsi et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 118. Quod exemplum hic repeto.



*Var. lect.* V. 1: ΑΕΦΩΡΟΥΤΟΥ Str., I pre P Jurg. — V. 2: ΚΛΑΣΤΟΥ Jurg. — V. 3 extr. ΓΥΝΕ Str., ΕΛΛΕ Jurg. — V. 5 in. ΛΕΙ· Str., extr. ΚΑΕ Jurg. — V. 6 in. ΩΣ· Str., extr. ΗΣ Str., ΗΣ Jurg. «Die unter der Inschrift befindlichen eigenthümlichen Zeichen sind sicher orientalischen Ursprungs und also erst viel später beigefügt». Struve. Quae quid significant, videant peritiores.

Titulus aetatis est admodum recentis. De forma στηλίδα[ν] v. ad n° 200. De nomine Κάραστος v. quae diximus ad n° 82.

**Переводъ.** Ασφоруγъ с. Караста поставилъ плиту Ахиллу с. Καλλικла на память.

**206.** Tabula marmorea infra paululum mutilata, a. 0,44 m., l. 0,22 m., cr. 0,17. Tituli litterae 0,03 fere altae diligenter exaratae sunt. Edd. E. de Stern in prot. 315 cons. soc. Odess. p. 13, n° 3 (= *ЗНОО.* v. 22, prot. p. 45) et ego IosPE<sup>1</sup>. v. IV, n° 33, usus apographis duobus, altero Eugenii M. f. Pridik, altero M. V. f. Pharmakovskii a Sternio suppeditato. Lapidem ipse vidi a. 1900.

Lapis a. 1895 in Olbiae vicinia inventus Odessae exstat in museo societatis.


(*Textum vide p. 225.*)

Titulus Romanae est aetatis. V. 4 utrum ὤω fuerit scriptum, I littera omissa, an haec littera prorsus sit detrita, non liquet. V. 5—6 ζήσας vitiose scriptum est pro ζήσαντι.

1	Τ Ο Κ Κ Ι Δ Ω Ν Ι Ο Τ Ο Λ Υ Ξ Ε Ν Ο Κ Α Ι Η Γ Υ Ν Η Α Υ Τ Ο Υ Κ Ρ Ε Ο Υ Σ Α Υ 5 Ω Ι Α Χ Ι Λ Λ Ε Ι Ψ Η Κ Α Σ Ε Θ Η Ι Δ Τ Η Ν Κ Τ Η Λ Ι Δ Α Ν Α Χ Ε Κ Τ Η Κ Α Ν Α Ν Η Κ Χ Α Ρ Ι	Ησο[ε]ιδώνιο[ς] Πολυξένο[υ] και ή γυνή αύ- του Κρέουσα ύ- ώι Άχιλλεΐ, ζ[ή]- σας έτη ιδ', τή- ν στηλίδαν άνέστησαν [μ- νήμ]ης χάρι[ν].
---	--	---

**207.** Fragmentum tabulae marmoris candidi ab omnibus partibus mutilum, a. 0,14 m., l. 0,21, cr. 0,05, litteris imparibus inscriptum (a. 0,012—0,02 m.). Lectio ubique certa est.

Exscripsi in museo societatis Odessitanae et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 119. Hic accuratius ex ectypo chartaceo delineatum praebeo ( $\frac{1}{8}$  v. m.).




Nihil certo restitui potest nisi v. 4 μνήμης χάρι[ν].

## b) Tituli sepulcrales.

### α) Tituli antiquiores.

**208.** Fragmenta duo tabulae marmoris candidi crassae 0,05 m., supra et infra epistyliis ornatae, inventa in Olbiae rudibus m. Iulio a. 1891; fragm. *a* altum est 0,19 m., l. supra 0,22, *b* alt. max. 0,24 m., l. infra 0,24; infra superest pars spinae basi infingendae; media tabulae pars fractura periit. In fragm. *a* titulus diligentissime exaratus litteris 0,011 m. altis optime etiam nunc legitur exceptis duabus litteris, quas lapidis fractura abstulit; in fragm. *b* litterae 0,015 m. altae item bene leguntur. Edidi *ImS.* p. 11, n° 15, fragmenti *a* imagine phototypica addita in tab. III, et IosPE<sup>1</sup>. v. IV n° 28 cum imagine zinco expressa, quam hic repeto (circa  $\frac{1}{6}$  v. m.). Habet etiam Watzinger *GGs.* p. 4 n° 19, superiore fragmento expresso in tab. I.

Utrumque fragmentum in Surutschani museo servabatur.



<sup>a</sup>  
Ἄπατο(υ)ρίο(υ) Θ[εο]-  
δέτο(υ).

<sup>b</sup>  
Ὁμψαλακίων Πυρ-  
θεί(ο)υ χρηστέ, χαῖρε.

Titulus *a*, ut litterae ⊗ forma probat, medio V a. Chr. saeculo non est recentior. Inferior titulus tam gravibus erroribus scatet (ΠΣ pro Ψ, ΠΥΡΘΕΙΛΥ pro ΠΟΥΡΘΑΙΟΥ), ut non liceat dubitare, quin sit spurius; facile conici potest in hac tabulae parte separatim inventa falsarium aliquem eo consilio titulum exarasse, ut maiore pretio venderet.

**209.** Monumentum sepulcrum lapidis calcarii candidi, infra mutilatum, a. ut nunc est 0,65 m., l. 0,43, cr. 0,14, supra aetomate ornatum et cymatio, in quo vestigia coloris rubri supersunt (fortasse ovorum). In stela ipsa item nonnullis locis vestigia taeniarum rubrarum apparent. Tituli litterae 0,05 m. altae, quamvis nonnullis locis laesae sint, bene etiam nunc leguntur. Edidi *IAK.* f. 37, p. 68, n° 4, addita totius lapidis delineatione, quam hic minore modulo repeto.



Lapis a. 1910 in Olbiae rudibus extractus est e pariete turris aetatis Romanae, a. 1904 detectae. Exstat Odessae in museo societatis.


Ἀρτέμων  
Εὐρησιβίου.

Litteratura indicat titulum quarto a. Chr. saeculo non esse recentiore.



**210.** Monumentum sepulcrum marmoris candidi (Pentelici, ut adfirmavit B. Pharmakovskius) supra et infra fractum, a. ut nunc est 1,16 m., l. 0,35, cr. 0,16. Ornatum est anthemio elegantissime sculpto, quod supra et a dextra fractum esse dolendum est, et in parte adversa magnis rosis duabus, quae supersunt integrae. Inter epistylum et rosas titulus est item integer, diligentissime incisus (litt. a. 0,02 m.). Stelae ornamenta explicuit B. Pharmakovski *HAK.* fasc. 58.

Lapis a. 1914 a Pharmakovskio in Olbiae rudibus inventus Petropolim asportatus est et museo Imperiali (Ermitage) traditus. Imaginem photographicam zinco exprimendam curavi.



Διόδωρος  
Διονυσίου.

Titulum litteraturae indicium nisus ad alteram partem quarti a. Chr. saeculi rettulerim. Admodum memorabile est aliquot annis ante calicem fictilem formae elegantissimae Olbiae inventum esse, hoc titulo praeditum: Διονύσιος Διοδώρο(υ) Ἄγαθῶι δαίμονι. Propter litteraturam et artem ipsam

calix ad prima decennia quarti a. Chr. saeculi referendus est. Facilis igitur coniectura est Dionysium hunc Diodori illius, cuius monumentum sepulcrum hic edimus, esse patrem. Calicem accuratissime, ut solet, descripsit B. Pharmakovski *HAK.* f. 42 (a. 1911), pp. 134—140.


**211.** Tabula lapidis calcarii a. 0,27 m., l. 0,81, cr. 0,12; in media tabula est caverna quadrata, a. 0,17, l. 0,20 m., quae anaglyphi infigendi causa videtur facta esse. Ab utraque cavernae parte titulus est litteris 0,047 m. altis scriptus. In collectione Vogellii, quae exstabat in oppido Nicolaiev, a. 1902 exscripsit Ern. de Stern et litteris vulgaribus edidit *ЗНОО.* v. 25, prot. p. 90. Inde repetiit Watzinger *GGSt.* p. 8 n° 57 a (minusculis tantum litteris).

Sternius cum l. c. quinque titulos collectionis Vogellianae ederet [nobis nn° 211, 213, 224, 232, 263], scripsit Vogellium sibi promississe se eos museo Odessitano donaturum; quibus verbis nixus Watzinger hunc lapidem Odessae in museo servari indicavit. Sed cum a. 1914 Warneckium rogavisses, ut horum titulorum ectypa mihi mitteret, apparuit neque hunc lapidem neque alios duos [nn° 232 et 263] ibi exstare; cumque Vogellius iam dudum in Germaniam migrasset, collectione sua divendita<sup>1)</sup>, neque Warneckio neque Pharmakovskio explorare contigit, quo hi lapides pervenissent. Itaque dolendum est, quod exemplum accuratius descriptum, quam Sternianum vulgaribus litteris editum, adipisci non potui.

Λ Ε Ω Δ Α Μ	Α Ν Τ Ο Σ Τ Ο	Λεωδάμαντος το(ῦ)
ΠΑΚΑΕ	ΙΑΕΩ	[Ἡ]ρακλείδεω.

Titulum ad V sive IV a. Chr. saeculum rettulit Sternius litteraturae indiciis nisus. Idem falso dixit Λεωδάμαντος nomen in titulis Olbiopolitanis nondum obvenisse, cum in tit. 201 saepius repetatur.

**212.** Tabula lapidis calcarii supra in formam trianguli abscisa, a. 1,47 m., l. 0,47, cr. 0,145. Titulus medio lapidi incisus est. Edidit E. de Stern *ΣΗΟΟ*. v. 24 (1902), prot. p. 39, litteris vulgaribus.



Lapidem in Olbiae rudibus inventum a. 1902 A. Vogell museo societatis Odessitanae dono dedit. Imaginem photographi-  
cam, quae hic in zinco repraesentatur, humanissime misit Warnecke.


Ναίς(υ) το(ῦ) Ἡρακλείδεω μνημ|α.

Titulum Sternius recte ei, qui a nobis numero 215 signatus est, aetate supparem esse scripsit.

1) Cf. quae dixit Pharmakovski *HAK*. f. 42 (a. 1911), p. 141. De collectione ipsa v., si placet, Böhlan, *Sammlung A. Vogell*, Cassel 1908.

**213.** Tabula lapidis calcarii a. 0,78 m., l. 0,39, cr. 0,17, supra desinens in triangulum. In collectione Vogellii a. 1902 exscripsit E. de Stern et litteris vulgaribus edidit *ЗНОО.* v. 25, prot. p. 91, n° 2, cum vero titulum recte legere primo aspectu ei non contigisset, veram lectionem ipse postea dedit *ibid.* v. 26, prot. p. 75. Repetiit Watzinger *GGS.* p. 8 n° 55 a.

Lapis a Vogellio museo societatis Odessitanae donatus est (cf. ad n° 211). Imaginem photographicam a Warneckio missam hic zinco exprimendam curavi.



Ποσειδ|εωνίο(υ)  
το(ῦ) Θεο|βίο(υ).

Hic quoque titulus eis, quos edimus sub numeris 212 et 215, aetate suppar est.

**214.** Tabula lapidis calcarii temporis iniuria admodum laesa, a. 0,67 m., l. 0,52, cr. 0,23, ornata epistylis alto 0,14 m. Sub epistylis colore roseo scriptus est (non incisus) titulus sepulcralis lectu difficillimus. Edidi *ΗΑΚ.* f. 33, p. 42, n° 2, Pharmakovskii apographo usus, qui lapidem a. 1908 in Olbiae ruderibus invenerat.

Exstat nunc in collectione rerum antiquarum, quae est in vico Parutino.


Σ Π Α Ρ Τ Ο Κ Ο Σ  
Κ Λ Ε . Δ Η Μ Ο Υ

Σπάρτοκος  
Κλε[ι]δήμου.

Litterarum formae a Pharmakovskio datae probant titulum quarto a. Chr. saeculo vix esse recentiore.

**215.** Tabula lapidis calcarii integra, alta 1 m., l. supra 0,38, infra 0,47, cr. circa 0,06, supra desinens in triangulum, infra in parte terrae infigenda latior. Lapidis superficie laesa tituli litterae aliquot perierunt, maxime quae sunt vv. 1 et 2 ad dextram spectanti. Litterarum altitudo variat inter 0,04 et 0,07 m.

Io. Surutschan, cuius in musco tabula servabatur, cum editionem priorem pararem, scripsit eam m. Iulio a. 1880 a rustico quodam Parutinensi effossam esse, cum terram occidentem versus ab Olbiae rudibus araret. Idem apographum et ectypa duo humanissime misit, ad quae titulum edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 120, lapidis parte in tab. 2 repraesentata. Postea aliam imaginem phototypica quae dicitur arte factam edidi *ImS.* in tab. III et repetii IosPE<sup>1</sup>. v. IV add. p. 275 zincō expressam, quam hic quoque repetō (circa  $\frac{1}{8}$  v. m.). Brevisiter descripsit Watzinger, *GGS.* p. 8 n° 54, titulo minusculis tantum litteris transcripto.



Χάρ[μο τ].

ε̄ Διφ[ίλο]


ειμι μ-

νημα.

Propter litteraturam titulum saeculo V a. Chr. n. utique non recentiore esse puto (ad initium saeculi V refert Watzinger). O litterae formam Θ, qualis iam in tit. 20 nobis occurrit, re vera antiquitus Olbiae fuisse in usu hic titulus denuo probat. Vv. 1—2 Watzinger legit Χαρμίδιο Διφίλο, quasi omnibus litteris in lapide lectis, sed si defuncti nomen casu genetivo est positum, inter id et patris nomen articulus solet addi (cf. nn° 211—213). Ego in priore editione dedi Χάρ[μιος τ]ῆ etc., nunc brevius nomen propter spatii rationes praefero.

**216.** Fragmentum basis marmoris candidi supra politae, epistyliis supra et infra ornatae, a. 0,30 m., long. 0,525, lat. 0,25. Sub epistylis legitur pars tituli litteris 0,028 m. altis inscripti et bene conservati. Exscripsi et edidi *ImS.* p. 12, n° 16 et *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 29 (cf. Watzinger *GGs.* p. 5 n° 27). Hic titulum ex ectypo chartaceo accuratius delineatum praebeo (circa 1/7 v. m.).

Lapis a. 1876 inventus in oppido Oczakov a. 1891 museo Surutschaniano inlatus est.



[Τοῦ δεῖνος μν]ῆμα τοῦ Διονυσέρ[μου?]

Litterarum formae et τῶ pro τοῦ scriptum probant titulum quarto a. Chr. saeculo non esse recentiore. Patris defuncti nomen dubitanter supplevi, analogia nominum usus, quae sunt Ἄρχερμος, Πύθερμος, Χρύσερμος, sim.

**217.** Fragmentum partis superioris monumenti sepulcralis marmoris Attici a. 0,34 m., l. 0,41, cr. 0,09. Superest dextra pars aetomatis diligentissime sculpti, vestigia colorum servantis; sub titulo ad sinistram servata est rosae pars (cf. n° 210). Fragmentum aestate a. 1899 in Olbiae rudibus inventum Odessae servatur in museo societatis. Ed. Ern. de Stern *3HOO.* v. 22, prot. p. 107. Idem humanissime misit ectypum chartaceum, in quo tituli litterae superstites optime dispiciuntur (litt. a. v. 1—0,022, v. 2—0,015, v. 3—0,02). Hoc ectypo usus edidi *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV, n° 30. Anno 1900 titulum ipse contuli. Monu-


mentum accurate descripsit Watzinger *GGS.* p. 10 n° 66, addita imagine in tab. III, quae tamen adeo obscura est, ut litterae vix distinguantur.

*epistylium*

Α Τ Η Σ Η	... κρ]άτης 'Η...
Δ Ω Ν Ι	Ποσε]ιδώνι[ος
Δ Ρ Ο Μ	'Αν]δρομ[ένους].
<i>vac.</i>	

Vv. 2 et 3 nomina propria exempli tantum causa supplevi. Titulum propter litteraturam ad quartum s. tertium a. Chr. saeculum rettulit Sternius, ad initia saeculi quarti Watzinger.

**218.** Tabula marmoris candidi ornamentis carens, a sinistra mutilata et in duas partes fracta, a. 0,375 m., l. 0,29, cr. 0,15. Duo tituli versus satis magno intervallo (circa 0,065 m.) divisi litteris 0,022 m. altis sunt exarati. Litteris vulgaribus ed. E. de Stern, *3HOO.* v. 23, p. 17, n° 8. Exscripsi m. Maio a. 1900 et edidi *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV add. n° 462. Hic titulum ex ectypo chartaceo accuratius delineatum praebeo ( $\frac{1}{5}$  v. m.).



[‘Ο δεῖνα] Βρέ-  
[μῶνος ἀδε]λφεός?

Litteratura est quarti a. Chr. saeculi, ei simillima, quae est in tit. 219. Supplementa exempli tantum causa propono, ut indicem, qua ratione titulus restituendus esse mihi videatur. Nam quod Sternius dubitanter coniecit [Χαῖρε 'Α]βρε [Ἀδε]λφεός, nequaquam probare possum. Defunctorum fratres in monumentis sepulcralibus commemorantur v. II<sup>1</sup> nn° 97 et 372 et vol. IV<sup>1</sup> nn° 236, 242, 247.

**219.** Fragmentum tabulae marmoreae ab omnibus partibus praeter summam mutilum, a. 0,19 m., l. 0,17, cr. 0,13. Litterae superstites 0,022 m. altae bene etiam nunc leguntur.



Ed. de Stern *3HOO.* v. 23, p. 17, n° 9 litteris vulgaribus. Exscripsi mense Maio a. 1900 et edidi *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV add. n° 463. Hic accuratior tituli imago repraesentatur ad ectypum chartaceum facta ( $\frac{1}{4}$  v. m.).

Lapis in Olbiae rudibus inventus servatur Odessae in museo societatis.

Titulus videtur esse sepulcralis quarti a. Chr. saeculi; qui tamen certa via restitui non potest. Quae Sternius proposuit supplementa (Κτ)ησιπό[λεως Ἰσάν]ερος ε[ίμι μνημα] dubitationi sunt obnoxia, nam v. 1 prima littera certe est I, non H mutilatum.

β) Tituli recentiores.

**220.** Monumentum sepulcrale marmoreum ab omnibus praeter summam partibus mutilum, a. 0,59 m., l. 0,50, cr. 0,08. Inest anaglyphum repraesentans virum ad dextram spectanti, mulierem ad sinistram, in medio puerum; vir et mulier super pueruli caput dextras iungunt. Hodie viri non exstant nisi pedes et manus dextra, mulieris inferior pars inde a pectore, puerulus integer conservatus est. Sub anaglypho tituli tres exarati sunt ita, ut tit. *a* sub mulieris sit figura, *c* sub viro, *b* sub puero litteris minoribus scriptus.

Lapidem a. 1884 in oppido Oczakov esse inventum scripsit nobis eodem anno Buratschkovius. Ad apographum ab eodem missum (vera litterarum magnitudine, sed non ubique accurate confectum) edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 121. Vere a. 1888 lapis museo societatis Odesitanae inlatus est. Jurgiewiczus per litteras mense Iulio eiusdem anni datas mecum communicavit titulum recte a me restitutum esse, quia litterae in apographo Buratschkoviano deficientes aut male exscriptae in lapide superessent. Addidit in eodem apographo non enotatas esse litteras EIN, supra manus viri et mulieris coniunctas et pueri caput exaratas. Quamvis summa lapidis pars fracta esset, tamen supra et circa has litteras spatium superesse vacuum satis magnum, ut separatim exaratae esse viderentur. Quae cum ita sint, non expedio, quid litterae illae significant. (Dixi de his *ΣΗΡΑΟ*. v. IV, p. 146 et IosPE<sup>1</sup>. v. IV, add. p. 275). Denuo lapis descriptus est in libro Kieseritzki-Watzinger, *GGS*. p. 66 n° 381, addita imagine perquam obscura in tab. XXVI, ad quam titulum contuli. Litterae EIN, de quibus scripsit Jurgiewiczus, in imagine non dispiciuntur.

<i>a</i>	<i>b</i>	<i>c</i>
ΜΗΤΡΟΒΙΑ	ΔΗΜΗΤΡΙΕ	ΔΗΜΟΚΩΝ
ΠΟΣΙΔΕΟΥ	ΔΗΜΟΚ. ΝΤΟΣ	ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ
ΧΑΙΡΕ	ΧΑΙΡΕ	ΧΑΙΡΕ

*a.* Μητροβία Ποσιδέου, χαίρει.


*b.* Δημήτριε Δημοκ[ω]ντος, χαίρει.

*c.* Δημοκων Δημητρίου, χαίρει.

Monumentum patri, matri, filio mortuis positum est. Propter litteraturae indicia et nominum graecorum sinceritatem titulos II sive I a. Chr. saeculo recentiores non dixerim (ad s. III—II a. Chr. refert Watzinger).

**221.** Tabula marmoris candidi integra, a. 0,13 m., l. 0,65, longa 0,90, in fronte (quae in imagine, quam infra damus, ad sinistram est spectanti) epistyllo ornata, a reliquis partibus polita, imposita aliis tabulis duabus item marmoreis, a. 0,32 m., l. 0,65, cr. 0,14, quarum frons pedibus ungulatis diligentissime sculptis ornata est. Foramina quadrata, e quibus unum etiam nunc plumbo illitum est, probant tabulam superimpositam retinaculis plumbeis fuisse his affixam. Totum monumentum eis adnumerandum esse, quae *τράπεζαι* vocentur, putat Sternius, conferri iubens v. Sybel, *Sculpturen zu Athen* S. XI, Κουμανούδη Ἐπιγρ. ἐπιτύμβιοι σ. ιζ', Loeschcke in *Arch. Zeitung* 1884, S. 94 fg. Cf. Rostovzev, *Ант. декор. живописи на юге Россіи* (Petrop. 1914), p. 59 sqq. Tabulae superimpositae lateri dextro diligentissime incisus est titulus optime etiam nunc conservatus, cuius litterae (a. fere 0,02 m.) coloris rubri vestigia servant. Ed. E. de Stern *ЗНОО*. v. 23, prot. p. 6 cum delineatione zinco expressa, quam repetii IosPE<sup>1</sup>. v. IV add. p. 303 n° 461.

Lapidem m. Novembri a. 1899 in tumulo quodam sepulchrali Olbiae inventum museo societatis Odessitanae vendidit S. Hauchmann mercator Oczakoviensis. Sepulchrum ipsum in tumulo constructum a. 1901 diligentissime exploravit B. Pharmakovski et copiose descripsit *ИАК*. fasc. 3 (1902), p. 1—20, addita tituli imagine photographica zinco expressa, quam hic repeto.



Quae v. 3 ad dextram et v. 2 ad marginem leguntur a falsario quodam adscripta esse adfirmavit in commentatione sua Sternius, postquam monumentum detectum esset, ut differret ab alio lapide, cui idem titulus (quem edidit l. c. pag. 8) a falsariis incisus esset; quod Hauchmanno ipsi se persuasisse dixit, qui lapidem Odessam advexerat. Quae opinio cum nobis veri similis esset visa, verba ἐν ἡμέραις ιζ' in priore editione uncis inclusimus. Sed postquam Pharmakovskius tumulum exploravit, commentatione eius perlecta statuimus vocem *μνημα* non ad lapidem titulo instructum esse referendam, sed ad ipsum sepulchrum optime aedificatum. Quod cum septendecim diebus non nisi summis viribus confici potuisset, additamentum illud Heuresibii iussu facile adiungi potuit ostentationis causa. Haec pluribus exposuimus *ИАК*. f. 3, p. 53—57. Sternius tamen suam de additamento opinionem novis argumentis comprobare conatus est *ЗНОО*. v. 25 (1904), protoc. pp. 119—126, quibus tamen neque



Pharmakovskio neque mihi persuasit verba. de quibus lis est, a falsario nostrae aetatis esse addita.

Εὐρησίβιος Καλλισθένου καὶ Ἀρέτη Παπίου  
τὸ μνημα ζῶντες ἑαυτοῖς  
κατεσκεύασαν ἐν ἡμέραις ιζ'.

Titulus est aetatis Romanae. Qua aetate morem fuisse homines vivos sibi sepulcra aedificare permulti tituli probant. Nomina virilia Εὐρησίβιος, Καλλισθένης, Παπίας in aliis quoque titulis Olbiopolitanis occurrunt, Ἀρέτη nomen muliebri invenitur in Bosporanis (velut vol. II<sup>1</sup>, nn<sup>o</sup> 219, 220).

**222.** Tabula marmoris candidi in media parte excavata, a. 0,68 m., l. 0,30, cr. 0,04. In parte excavata litteris imparibus exaratus est titulus, qui optime etiam nunc legitur. Lapis aestate a. 1899 in Olbiae rudibus inventus ab Hauchmanno mercatore museo societatis Odessitanae inlatus est. Ed. E. de Stern *ЗНОО*. v. 22, prot. p. 108. Idem tituli imaginem in charta expressam humanissime nobis misit, qua usus edidi IosPE<sup>1</sup>. IV, n<sup>o</sup> 31. Hic titulum ex ectypo accuratius delineatum praebeo ( $\frac{1}{2}$  v. m.).

ΑΔΑΙΟΣ ΔΑΟΥ  
ΙΠΠΕΥΣ

Ἀδαῖος Δάου

ἱππεύς.

Utrumque nomen in titulis Olbiopolitanis primum hic obvenit. De Ἀδαίου nomine ex scriptoribus et titulis noto, quod in Macedonia maxime et Thessalia occurrat, Sternius conferri iubet Kretschmeri *Einleit. in die Gesch. der griech. Sprache*, p. 338; Pauly-Wissowa, *Realenc.* I, p. 341; C. I. A. II, 2430; *Athen. Mitth.* XIV, p. 51. Idem monet e titulo nostro, qui ad I fere saeculum referendus sit, non liquere, utrum Adaeus Olbiopolitanus eques fuerit, an e Macedonia sive Thessalia migraverit, quas regiones equitatu celeberrimas fuisse constet. Verisimillimum est fuisse eum militem mercenarium.

**223.** Tabula sepulcralis lapidis calcarii duri, a. 0,65 m., l. 0,25 m., cr. 0,14, ornata aetomate rudi, tribus acroteriis praedito. Sub aetomate exaratus est titulus aetatis Romanae, qui bene etiam nunc legitur (litt. a. fere 0,015 m.). Ed. de Stern *ЗНОО*. v. 22, prot. p. 104 et *Jahreshefte des Oesterreich. arch. Institutes*, v. III (1900) p. 79 in zinco. Idem nobis ectypum chartaceum suppeditavit, quo usus titulum edidi IosPE<sup>1</sup>. v. IV, n<sup>o</sup> 32. Hic ex eodem ectypo accuratius repraesentatur ( $\frac{1}{8}$  v. m.). Exstat etiam in libro Kieseritzki-Watzinger *GGS*. p. 11 n<sup>o</sup> 77 a (litteris minusculis).

Lapis a. 1899 in Olbiae rudericibus inventus servatur Odessae in museo societatis.

ΔΙΖΑΖΗΛΜΙΣ  
 ΣΕΥΘΟΥΗΓΕΜΩΝ  
 ΔΙΖΥΡΩΝΧΑΙΡΕ

Διζάζηλμις  
 Σεύθου ἡγεμῶν  
 Διζύρων, χαίρει.

De nominibus viri et patris cum accuratissime disputasset Sternius, hic ea explicare supersedeo. Idem animadvertit in C. I. Lat. v. VI inter titulos sacros a praetorianis dedicatos numero 2799 signatum esse titulum Asclepio Zemidreno a Philippopolitanis positum, in quo (v. 36) commemoretur *M. Aur. M. f. Fl. Bithus Philippopoli vico Diiesur*. Cum inde pateat prope Philippopolim vicum fuisse, cui nomen fuerit *Diiesur*, Sternius coniecit huius vici incolas Διζύρους vocatos ab Olbiopolitisque arcessitos venisse urbem contra barbaros defensum duce Dizazelmi, qui postea Olbiae diem obierit. Quae coniectura tamen admodum incerta est, quoniam de Olbiae statu, qualis fuerit ea aetate, ad quam hic titulus pertinet (qui propter litteraturam ad II s. III p. Chr. saeculum referendus est), nihil certi novimus. Equidem dixerim potius Διζύρους (s. Διζυρας?) illos *gentem* Thraciae fuisse, cuius nomine fortasse vicus ille prope Philippopolim situs vocabatur. Praeterea monendum est Lycophronem (*Alex.* v. 1026) Διζηρόν flumen in Illyria novisse, cuius accolae Stephanus Byzantius (s. v. Διζηρός) nominat Διζηρίους et Διζηρίτας. Cf. quae de hoc Dizurum duce Rostovzev scripsit *ИСК.* f. 10 (a. 1904) p. 14—16. Cf. etiam Добрускя, *Арх. известия на нар. музей въ София*, v. I (1907) p. 170 sq.; Cagnat, *IrR.* I n° 764 (titulus in vico Dinikly inventus, in quo commemoratur Φλ. Ούάλης στρατιώτης Δουσηρός); Stein, in Pauly-Wissowa, *Realenc.* v. V col. 1248 s. v. Dizazelmis.

**224.** Tabula sepulcralis lapidis calcarii alta 0,66 m., l. supra 0,21, infra 0,23, ornata aetomate 0,16 m. alto, epistylis et acroteris praedito. Titulus pessime detritus est. Apud Vogellium in oppido Nicolajev exscripsit E. de Stern et vulgaribus litteris edidit *ЗНОО.* v. 25 (1904), protoc. p. 92 n° 4 (inde sumpsit Watzinger *GGs.* p. 9 n° 58 a).

Lapis a Vogellio museo societatis Odessitanae dono datus est. Ectypum chartaceum nobis humanissime misit Warnecke; in quo litterae leviter exaratae et pessime detritae vix dispiciuntur. Magis minusve probabiliter excepi haec:


K	Ε	Ι	Μ	Ν	Μ	Ν	Τ
Λ	Λ	Λ	Ρ	.	.	Τ	Ο

Sternius v. 1 legit ΚΑ Μ. . . ., addens in hoc versu locum esse 8—10 litteris, et v. 2 ΛΑ. . . . ΠΩ(?)ΤΟΣ, adnotans praeter tres litteras ΤΟΣ titulum legere sibi non contigisse.

Nomen defuncti ne nobis quidem contigit indagare; videtur incipere a litteris Κε: sive Κλει et desinere in -μενος. Patris nomen videtur fuisse Λάμπ[ον]το[ς].

**225.** Tabula lapidis calcarii cinerei supra in aetoma desinens patera sculpta ornatum, infra fracta, a. 0,64 m., l. 0,50, cr. 0,12. Tituli litterae, quarum altitudo inter 0,03 et 0,04 m. variat, inter lineolas alte incisae et bene adhuc servatae sunt.

Mosquae exscripsi in museo historico (inter Buratschkoviana) et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 124. Lapidem descripsit et titulum minusculis litteris dedit Kieseritzki *GGS.* p. 12 n° 80 a, qui circulum medio aetomati incisum coronam vocavit et lapidem dubitanter dixit Kertschiae esse inventum, nescio quo indicio nisus. Hic lapidem ex imagine photographica, ab Oreschnikovio humanissime suppeditata, delineatum praebeo (circa  $\frac{1}{8}$  v. m.).



Λέων  
χρηστέ  
χαίρει.  
Χαίρει και σύ.  
Ἐτῶν ις'.  
Ἄγιος Κυιν-  
[τίλι]ος τῶι  
[υἱῶι? κτλ.]

Litteratura aetatem admodum recentem indicat.

**Переводъ.** Доблестный Левъ, прощай. Прощай и ты. Лѣтъ 16-ти. Элій Квин[тилій сыну? и т. д.].

**226.** Fragmentum tabulae marmoris candidi ab omnibus partibus praeter sinistram mutilatum, a. ut nunc est 0,28 m., l. 0,30, cr. 0,08. Tabula ornata erat anaglypho, quod paene totum periit; supersunt a sinistra duo pedes hominis stantis, ut videtur, et dextrorsum ima pars basis latae. Anaglypho titulus diligenter subscriptus est litteris minutis (a. 0,01 m.), quae bene etiam nunc leguntur exceptis quibusdam temporis iniuria laesis. Exscripsi et edidi *ИМК.* f. 23, p. 32, n° 8. Hic praebeo imaginem photographicam zinco expressam (circa  $\frac{1}{8}$  v. m.).

Lapis a. 1906 a Pharmakovskio in Olbiae rudibus inventus exstat nunc Odessae in museo societatis.



Est carmen sepulcrum quattuor distichis elegiacis constans, ita scriptum, ut singuli versus singulas impleant lineas. Extremi versus, qui lapide fracto perierunt, facile restituuntur auxilio similium carminum sepulcralium Kaibellii libro notissimo (Epigrammata Graeca ex lapidibus collecta) insertorum. Totum carmen ita legimus:

1 Τὸν [βι]οτᾶς ἐπὶ τέρμα σύ[νηδες πᾶσι μολόντα],  
 ὦ ξέ[νε], ἀποφθίμενον τύμβο[ς ἔδ' ἐγκατέχει].  
 2 ὦ πάτ[ρα] Σκυθίας πόλις Ἰολβία, ἐ[ν δὲ βροτοῖσι].  
 μοίρης καὶ δ[ώ]ρω[ν] σύνθετον οὖν[ομ' ἔην].  
 3 εὐγῆρως ὁ πρέσ[βυς], δς εἰς πεπρωμ[ένον οὐδας]  
 ἐρχόμενο[ς ζ]ωο[ύς π]αῖδας ἔλει[πε δύω].  
 4 ἄμα τὸν ἀ[νθ]ρώ[ποι]σι καὶ ἀθανάτ[οισι] ποθεινόν],  
 ὦ δαῖμον, π[έμ]ψ[αι]ς εἰς δόμον ε[ὐσεβέων].

Ad v. 1: ἐπὶ (aut πρὸς) τέρμα μολεῖν cf. apud *Kaib.* 49, 50, 88, 296; τέρμα βιοτῆς ibid. 452. Ad v. 2: τύμβος ἔδ' ἐγκατέχει cf. ibid. 324. V. 3 πεπρωμ[ένον οὐδας] est οὐδας ἀλάνπετον Ἄδου (*Kaib.* 264). Ad vv. 7 — 8 cf. *IosPE.* II<sup>1</sup>, n<sup>o</sup> 298:

Εὐσεβέων ναίοις ἱερὸν δόμον· ἦσθα γὰρ αἰεὶ  
 καὶ φθίμενος καὶ ζῶν πᾶσι ποθεινότατος.  
*Kaib.* 222:  
 ὦ μοίρας ἀτρύτο[υ] ἀναγκαστῆρες ἄτρακται,  
 τόν[δ]' ἱερὸν πέμψαι[τ]' εἰς δόμον εὐσεβέων.

Cf. etiam *Kaib.* 215 (οἰκῆσεις εἰς δόμον εὐσεβέων) etc.

Carminis argumentum nihil fere praebet memoria dignum: tantum enim de vita defuncti quaedam narrantur optaturque, ut post mortem sit beatus. Nomen defuncti v. 4 per ambages

significatum est: «nomen e (vocibus)  $\mu\omicron\tau\tau\alpha$  et  $\delta\omega\tau\alpha$  compositum» manifesto est  $\text{Μοιρόδωρος}$ . Titulum secundo a. Chr. saeculo non dixerim esse recentiore: quamvis enim litteratura in universum satis sit recens (cf. formas  $\text{M}$ ,  $\Sigma$ ), tamen  $\Theta$  littera in medio punctum habet, non lineolam.

**Переводъ.** Эта могила, о странникъ, заключаетъ въ себѣ покойника, дошедшаго до обычнаго всѣмъ предѣла жизни. Его родиною былъ скиѣскій городъ Ольвѣя, а имя у смертныхъ — сложенное изъ словъ  $\mu\omicron\tau\tau\alpha$  и  $\delta\omega\tau\alpha$ . Это былъ маститый старецъ, который, уходя въ назначенный рокомъ домъ *Аида*, оставилъ съ живыхъ двоихъ дѣтей. Его, одинаково желаннаго людямъ и безсмертнымъ, о божество, пошли въ жилище благочестивыхъ!

**227.** Capuli operculum lapidis calcarii cinerei, aetomate ornatum, a. 0,32 m., l. 0,85. In medio aetomate clipeus sculptus est, infra in zophero est inscriptio litteris ornatis (a. 0,025 m.) diligenter incisa, cuius hodie initium et finis fracta sunt. Ed. Koehler, *Mém. sur les îles et la course cons. à Achille* p. 114; inde Boeckh, C. I. Gr. II n° 2093.

Lapis ubi inventus sit, parum constat: Koehlerus enim in Olbiae parietinis erutum esse eum tradit, Uvarovius vero (*Rech.* p. 41) una cum tit. 80 a. 1818 a Kazakio Graeco in castello quod Adschigolski-gorodok dicitur inventum esse adfirmat. Hodie Odessae exstat in museo societatis, ubi exscripsi et edidi IosPE<sup>1</sup>. n° 122 (cf. Watzinger *GG.S.* p. 79 n° 447). Hic idem exemplum repetitur.

[NEI]ΚΗΡΑΤΟΣ·ΝΕΙΚΗΡΑΤΟΥ·ΟΚΑΙΟΜΨΑΛΛΙ[ΟΣ]

Litterarum ornamenta typis fideliter reddi non potuerunt. Litterae uncis inclusae ex exemplo Koehleriano adsumptae sunt, quippe quae in lapide iam non exstant. Barbarum viri nomen Koehlero est ΟΜΨΑΛΛΟΣ. Equidem cum ductus, qui nunc in lapide sunt extremi, diligentius examinarem, mihi persuasi pro  $\text{M}$  littera eos accipi nullo modo posse: lineola enim quae est extrema plane recta est nec ad litteram proxime praecedentem pertinet, quae quin sit  $\text{A}$ , non videtur dubium. Idem mecum per litteras a. 1884 communicavit Jurgiewicz. Itaque dubium non est, quin Koehlerus in barbari nominis transcriptione erraverit, totusque titulus ita est legendus:

$\text{Νεικῆρατος Νεικῆράτου ὁ καὶ Ὁμψάλαχος.}$

Ceterum eodem modo Koehlerii lectionem iam Ussingius correxit l. l. ad n° 39. Titulus est aetatis Romanae.

**228.** Lapidis descriptionem v. ad n° 203. Titulum antiquiorem inter monumenta proprie sepulcralia repetii IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 125 et hic repeto.

[Ῥαδ]αμψῶ[ν υἱὲ  
τοῦ δεῖνος,] χαῖρ[ε].

**229.** Monumentum sepulcrum marmoris albi integrum, a. 2,10 m., l. 0,72, cr. 0,27. Supra est titulus litteris grandioribus (a. 0,035) aetatis Romanae diligenter incisus, sed admodum hodie detritus. Sub titulo sunt anaglyphi duo diligentissime sculpti. In superiore repraesentatus est equus imberbis equo sinistrorsum converso insidens, pallio amictus, dextra hastam protendens; ante equum puerulus stat tunicatus cum cane ad equum adsilienti; super equitem rami duo laurei sunt sculpti. Anaglyphum inferius repraesentat virum barbaturum in alto lecto cubantem, sinistra pateram tenentem; lecto monopodium adpositum est, in quo sunt vasa; iuxta viri pedes mulier laute vestita sellae insidet pedibus impositis subsellio, capite veste aperto, quam sinistra apud umerum retinet; dextra tenet infantem genibus eius insidentem manibusque pomum, ut videtur, arripientem, quod ei vir dextra porrigit; mulieris sellae puella adstat vas tenens, ab altera parte inter monopodium et lecti pedem sedet puerulus. Simillima anaglyphi, sed multo magis detrita in sepulcrali lapide habes n° 203; id unum differt, quod ibi equus in inferiore lapidis parte est. «Aeri incisum dederunt Pallas Itin. Russ. merid. T. II. tab. 18. 5. Waxel. Rec. n. 2. Anaglyphum describit et inscriptionem praebet Clark. Itin. T. I. p. 620 [ed. 4 t. II p. 359]. Ex Wax. et Clark. habet Osann. Auct. Lex. Gr. p. 143. De anaglypho egerunt etiam Koeppen. Nordgest. p. 84. Koehler. adv. Koeppen. p. 46 sq. [= *Ges. Schr.* v. II, p. 37]. Titulum nuperrime dedit Koehler. Act. Acad. Petrop. t. X [de ins. et cursu Achillis] p. 252 not. 812». Boeckh, C. I. Gr. II, n° 2094.

De loco, ubi lapis inventus est, haec tradit Pallas Itin. v. II, p. 512: «In der Kirche zu Nikolaef. . . eine grosse Platte mit dem. . . Basrelief aufbewahrt wird, die etwas weiter abwärts an dem Orte Zarä-Kamyschi gefunden worden, wo sie den vorbeigehenden Schiffen zum Ansetzen der Bootshacken diente und deswegen sehr beschädigt ist». Eadem de loco tradit P. Sumarokov Itin. Crim. et Bessar. p. 16, qui a. 1799 lapidem Nicolajevi in aede sacra vidit et anaglyphum breviter descripsit (de his monui IosPE<sup>1</sup>. I add. p. 223). Sed Waxelius *Rec.* p. 5 lapidem in Hypani apud pagum Bohojavlensk inventum esse adfirmat. Huius indicium sine dubio falsum secutus est Boeckhius. Ex aede sacra oppidi Nicolajev lapis in tabularium geographicum eiusdem oppidi, inde a. 1840 Odessam in museum societatis pervenit. Anno 1792 eum in lucem prodisse dictum est in indice musei (ed. 8 a. 1880) p. 19, nescio quam vere.

Odessae in museo exscripsi et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 123. Anaglyphum copiose descripsit, omnibus scriptoribus, qui de lapide egerant, citatis Watzinger *GGS.* p. 124 n° 688, addita in tab. XLIX lapidis imagine, quam nimis obscuram esse dolendum est. Anaglyphorum imaginem zinco expressam (titulo omisso) dedisse etiam Iul. Kulakovskium in *Mam. no apx. Pocciiu* № 19, p. 50, n° 13 monui IosPE<sup>1</sup>. IV add. p. 275. Hic repeto exemplum a me exscriptum.

ΣΤΡΑΤΩΝ ΠΡΩΤΟΜΑΧΟ .  
ΧΡΗΣΤΕ ΧΑΙΡΕ

Στράτων Πρωτομάχο[υ]  
χρηστέ, χαιρε.

*Var. lect.* Puncta formae triangulae post Στράτων et post γρηστέ dedit Wax. (et inde Boeckh), omiserunt alii; hodie alterum non apparet. V. 1 Stratonis patris nomen apud Pall. scriptum est ΠΡΟΤΟΜΑΧ Σ., ap. Wax. ΠΡΩΤΩΜΑΧΟΣ. ap. Clark. ΠΡΩΤΟΜΑΧΟΣ, ap. Koehl. ΠΡΩΤΟΜΑΧου. Miror Boeckhium ΤΩ illud manifesto vitiosum recepisse ex Waxelio (fortasse tamen typhothetae est error, non editoris, nam in transcriptione est το, scripturae varietate non enotata).

Monumentum ad II a. Chr. saeculum dubitanter refert Watzinger.

**230.** Tabula marmoris cinerei ornamentis carens, supra fracta, a. 0,34 m., l. 0,435, cr. 0,11. Inscriptio, cuius initium lapide fracto periit, inter lineas exarata est litteris 0,02 m. altis, quae adhuc optime leguntur. Olbiopolitanum esse lapidem scripsit Jurgiewicz.

Exscripsi Odessae in museo societatis et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 126 (cf. Watzinger, *GGs.* p. 135 n° 9). Hic idem exemplum repeto.


ΤΟΥΓΥΝΗΔΕΔΩΝΑ ΤΟΥ ΧΑΙΡΕ	[‘Η δεῖνα.....]- του, γυνή δὲ Δωνά- του, χαῖρε.
----------------------------	---

De tituli aetate certi aliquid proferre admodum est difficile; recentiorem tamen Christianae aetatis initiis esse eum haud dixerim.

**231.** Fragmentum monumenti sepulcralis marmorei, a. ut nunc est 0,20 m., l. 0,23, cr. 0,09. Superest dimidia pars aetomatis sculpti, clipeo ornati (superest dimidia fere circuli pars), sub illo epistylum, quod ornatum erat corona sculpta (superest dimidia pars) et rosis duabus (superest dextra), sub epistylis superest caput antae dextrae. Imaginem edidi *HAK.* f. 37, p. 68, n° 5, hic autem minore modulo ( $\frac{1}{4}$  v. m.) repeto.

Lapis a. 1909 a Pharmakovskio in Olbiae rudibus inventus exstat nunc Odessae in museo societatis.

In epistylis inter coronam et rosam dextram bene legitur Θεοπρόπου nomen litteris aetatis Romanae 0,01 m. altis exaratum. Non est dubium, quin sit nomen patris defuncti hominis, ipsius vero defuncti nomen recto casu scriptum fuerit in sinistra monumenti parte (inter rosam sinistram et coronam), quae periit.



## γ) Tituli peregrinorum et Romanorum.

**232.** Pila marmoris subcaerulei supra mutilata et in duas partes fracta, a. ut nunc est 0,73 m., l. 0,27, cr. 0,32. Apud A. Vogellium in oppido Nicolajev a. 1902 exscripsit E. de Stern et edidit litteris vulgaribus *ЖИО*. v. 25 (1902), prot. p. 92. Cf. Watzinger, *GGS*. p. 8 n° 55 b.

Ubi nunc sit, ignoratur (cf. ad n° 211). Repeto Sternii exemplum.

Σ Ω Σ Ι Α Σ	Σωσίας
Κ Ε Φ Α Λ Ο	Κεφάλο(υ)
Α Θ Η Ν Α Ι	Ἀθηναῖος.
Ο Σ	

Titulum propter litteraturam (maxime litterae sibilantis formam) et casus genetivi formam ad V sive IV a. Chr. saeculum rettulit Sternius.

**233.** Tabula lapidis calcarii, ornata aetomate acroteriis instructo, in duas partes fracta et infra mutilata, a. ut nunc est 0,67 m., l. 0,44, cr. 0,10. Sub aetomate in quadro titulus sepulcralis satis accurate exaratus est litteris 0,03 m. altis, sed temporis iniuria aliquot locis laesus. Edidi *HAK*. f. 18, p. 111, n° 16, usus ectypo chartaceo. Cf. Watzinger, *GGS*. p. 11 n° 78. Nunc iterum cum ectypo contuli.

Lapis a. 1905 in vico Parutino emptus servatur Odessae in museo societatis.


Ε Ν Θ Α Δ Ε	Ἐνθάδε
Κ Ε Ι Τ Ε : Κ Α	κεῖτ(αι) Κα-
Λ Η Ρ Ο Υ Φ Ε Ι	λή Ῥουφεί-
Ν Ο Α Λ Α	νο[υ] Ἄμα-
Α Ν Η	[στρι]ανή,
Σ Α	[ζήσα]σα
	[ἔτη. . .].

V. 4 extr. non sunt ΛΑ litterae, sed ΜΑ inter se ligatae. Titulus II p. Chr. saeculo non est antiquior.

**234.** Tabula lapidis calcarii servata quidem tota, sed in tres fracta partes, a. 0,68 m., l. 0,43, cr. 0,14, infra desinens in spinam terrae infingendam (hodie partim fractam). Titulus in quadro satis neglegenter exaratus est litteris 0,03 m. altis, quae nunc difficiles sunt lectu. Inventa est m. Martio a. 1892 in Olbiae coemeterio (in area rustici cuiusdam Parutinensis); exstabat Kischinevi in museo Surutschaniano. Exscripsi et edidi *ImS*. p. 13, n° 18 et



IosPE. IV<sup>1</sup> n° 34, addita utrobique lapidis imagine in tabulis, quam hic quoque repetendam curo. Repetiit A. Domaszewski C. I. Lat. v. III, suppl. p. 2242, n° 13748.



- 1 *D(is) M(anibus).*  
*Aeliu[s] Satur-*  
*ninus vixit*  
*annis XXVII*  
5 *et Aelia Sat-*  
*urnina vixit*  
*annis XVI. Ire-*  
*ne mater [f]i-*  
*lis b(ene) m(erentibus) p(osuit).*

Titulus saeculo III p. Chr.  
vix est antiquior.

**235.** Monumentum sepulcrum lapidis calcarii infra fractum, a. 0,58 m., l. 0,455, cr. 0,14. Titulus in quadro incisus est litteris grandibus quidem (a. 0,05), sed negligenter exaratis. Lapis Olbiae inventus m. Septembri a. 1889 exstabat Kischinevi in museo Surutschaniano. Exscripsi et edidi *ImS.* p. 12, n° 17 et IosPE. IV<sup>1</sup> n° 35, addita utrobique tituli imagine in tabulis, quae hic quoque repetitur. Repetiit A. Domaszewski C. I. Lat. v. III, suppl. p. 2242, n° 13749.

(*Textum vide p. 244.*)

Videtur lapicida Latine scribendi fuisse imperitus; nam ne notissimum quidem *Aureliae* nomen recte scripsit. V. 3 *Qyrniae* scriptum est pro *Cyrniae* (gr. Κυρνια); de hac scriptura cf. Corssen, *Ausspr., Voc. u. Beton. d. Lat. Sprache* I<sup>3</sup> p. 71 sq. V. 4 in tabula X<sup>1</sup> scriptum esse sibi videri dixit Domaszewskius; sed ectypum chartaceum iterum iterumque mihi inspicienti eadem apparuerunt, quae in priore editione dederam.



*D(is) M(anibus)*

*Aure(l)iae*


*Q[ui]rniae.*

*Vix(it) an(nis) XIC.*

**236.** (Scripsit M. Rostovzev). Tabula lapidis calcarii superstes illa quidem tota, sed in duas partes fracta, a. 0,66, l. 0,34, cr. 0,115 m. In parte antica titulus latinus litteris altis 0,105 — 0,09 — 0,055 m. exaratus est. Tituli locus depressus, marginibus prominentibus. Inventa a. 1907 a B. Pharmakovskio in necropoli, quae est ad septentrionem ab urbe venientibus, in hypogeo № 13, ubi sepulcri ostium claudebat, inscripta parte intro conversa. Exstat in museo antiquitatum Universitatis Petropolitanae. Ed. M. Rostovzev *ИСК.*, fasc. 27, p. 64 sqq., № 4, cum imagine, quae hic repetitur ( $\frac{1}{16}$  v. m.).

(*Textum vide p. 245.*)

De tituli aetate conjecturam inde facere licet, quod, cum loco principali demotus sepulcri ostium claudat, ipso sepulcro antiquiorem eum esse necesse est. Iam cum in manu unius ex sepultis decem nummi inventi sint, quorum novissimus Valeriani maioris nomen et effigiem exhibet (Cohen IV, 327, 121), efficitur titulum Caesaris illius temporibus (253—259 p. Chr.) utique antiquiorem esse; Traiano autem vel Hadriano esse posteriorem inde colligimus, quod iis demum imperatoribus legio XI Claudia ex Pannonia in Moesiam Inferiorem traducta est (cf. B. Filow, Die Legionen der Provinz Moesien. *Klio*, Beiheft VI, 65; H. van de Weerd, Etude hist. sur trois legions rom. etc. *Univ. de Louvain, Rec. d. trav.* fasc. 16, 184 sqq., 400. De praesidio Romano Olbiae collocato cf. titulum n° 167. De mili-



- 1 *D(is) M(anibus)*  
*Galeria*  
*Montan-*  
*a vixit an-*  
5 *nis LXXXX.*  
*Galerius M-*  
*ontanus*  
*armatura*  
*leg(ionis) XI Cl(audiae) matris*  
10 *dulcissimae*  
*item Procul-*  
*ae b(ene) m(erenti) p(osuit).*

tibus instructorum vice fungentibus (quod armaturae vocabulo militis nomini addito significatur), cf. Veget. I, 13; II, 23 et inscriptiones apud Domaszewskium in Pauly-Wissowa, *Realenc.* II, 1178; Die Religion des römischen Heeres, 32 sqq.; Cagnat, *Mém. de l'Acad. d. inscr.* XXXVIII, 39. 10; L'armée romaine d'Afrique, ed. 2, 188 sq.

**237.** (Scripsit M. Rostovzev). Fragmenta duo tabulae lapidis calcarii supra et infra fractae, a 0,96 → 0,65 m., l. 0,53, cr. 0,19. In parte antica titulus latinus litteris satis grandibus et accuratis, rubro colore pictis (a. 0,06 m.) sculptus est. Inventa est, ut videtur, Olbiae loco incerto. Exstabat in oppido Nicolajev apud Vogellium; ubi nunc sit, postquam res antiquae a Vogellio collectae in Germania divenditae sunt (cf. ad n° 211), ignoro. Ediderunt ectypo chartaceo usi B. Latyshev et M. Rostovzev *ИСК.* fasc. 10, p. 13 sqq., cum imagine, quae hic minore modulo repetitur ( $\frac{1}{18}$  v. m.).

(Textum vide p. 246).

Ante versum 1 nomen alterius filii desideratur. Inter utrumque fragmentum versus unus duove interciderunt. V. 5—6 utrum *obi(it)* an *obi(erunt)* supplendum sit, utrumve alterius amborumve filiorum mortis tempus aut ratio indicata sit, necne, incertum est. Ipse titulus secundi potius quam tertii p. Chr. saeculi est. Pater defunctorum *Valerius Mucatralis* Thracia haud dubie stirpe oriundus (cf. CIL. VIII 3198: *Mucatralis Auluzeni miles leg. I Aug. natione Thr[a]x*; III 4378: *M. Ulp(ius) [Muc]atralis eq(ues) al(ae) I Contar(iorum) domo Bessus*; VI 2585, 11, 2; Dumont-Homolle, *Mélanges*, p. 540 sqq.; Tomaschek, *Die alten Thraker*, II, 2 (*Sitzb. der Wien. Ak.*, 131 (1894), 25), veteranus, ut videtur (cf. IosPE. IV<sup>1</sup>,



- .....
- 1 *vix(it) a[n-*  
*nis. .], et Val-*  
*erio Secu-*  
*ndino, vix(it)*
- 5 *ann(is) . . . I, obi-*  
*[.....]*  
*Val(erius) Mucat-*  
*ratis et Ol-*  
*bia Brisais*
- 10 *filis b(ene) m(erentibus) f(aciundum) c(uraverunt)*  
*(sive: f(e)c(erunt).*

120). Uxor eius *Olbia Brisais* cognomen duxisse videtur ex insigni Olbiopolitarum in Achillem amore (cf. supra nn° 205 et 206); nomen aut publicam libertam prodit, aut Iovis Olbii (v. supra nn° 42 et 143) olim servam sacram.

**238.** Fragmentum tabulae marmoris candidi undique mutilum, a. 0,10 m., l. 0,07, cr. 0,10. E titulo accurate scripto litteris minutis (a. 0,013 m.) non supersunt nisi trium versuum particulae. Spatium vacuum inter vv. 1 et 2 aliquanto maius est, quam inter 2 et 3. Exscripsi et edidi *HAK.* f. 23, p. 34, n° 9, unde repeto.

Lapis a. 1906 Olbiae a Pharmakovskio inventus exstat Odessae in museo societatis.

P I I 7	..... <i>pii[ssimo? . . .</i>
C-FRONT	..... <i>C. Fron[to? . . .</i>
POSUIT	... <i>titulum] posue[runt].</i>

## CLASSIS SEXTA.

### Varia.

In hanc classem omnes eos reieci titulos, qui in quinque priores recipi non potuerunt. Plerumque sane fragmenta sunt tam parva, ut de singulorum argumentis nihil certi statuere licuerit. Recipere tamen in syllogen vel minutissima frustula ideo placuit, quod postea etiam alia eorundem titulorum fragmenta possunt inveniri, quibuscum haec fortasse componere licebit. In disponendis fragmentis id egi, ut primum ea fragmenta ponerem, quae ad decreta pertinere viderentur, deinde varii argumenti inscriptiones, ultimum locum eis frustulis darem, quae paucissimas servarent litteras, ex quibus nihil de argumento posset conligi.

**239.** Fragmentum tabulae marmoris cinerei ab omnibus partibus fractum praeter sinistram admodumque oblitteratum; altum est 0,20 m. totidemque latum, cr. 0,04; litterae sunt 0,015 m. altae. Edidit Th. Struve musei Rhen. v. XXV, p. 360, n° 10.

Exscripsi Odessae in museo societatis et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 128. Hic idem exemplum repetitur iterum cum ectypo collatum.



*Var. lect.* V. 1 vestigia omisit Struvius; quae sane adeo sunt incerta, ut ne ipse quidem recte omnia exceperisse persuasum habeam. V. 2 idem nil nisi AΘ dedit, v. 3 nil nisi ΠΑΙΔΟΣ, v. 4 extr. ΕΓ, v. 5 extr. ΙΓ, v. 6 extr. ΨΛ, v. 7 nil nisi AN.

Ex Struvii commentariolo haec videntur adferenda: «Dieses Fragment . . . erhielt ich im October 1865 von H. Stankewitsch hier selbst, dem früheren Verwalter von Parutino (Olbia). . . Es gehört nach der Sauberkeit der Buchstaben, dem Doppelpunkte in Θ, Η, Ω, wie auch dem beigefügten Iota, einer guten Zeit an. Z. 5 wird wohl τóδε ψά[φισμα] zu ergänzen sein, also war die Inschrift dorischen Dialectes». De litterarum formis Struvium non recte scripsisse lapidem inspicienti statim apparet: litterae enim Η et Θ non bina puncta in medio habent, sed lineolam formae talis: Η; ω autem litterae forma ea est, quam in textu dedi; nec unquam vidi in titulis «bonae aetatis» harum

litterarum formas tales, quales vir ille doctissimus excogitavit. Contra quae de tituli dialecto observavit, probabilia nobis videntur: quamvis enim v. 6 extr. nullum hodie A litterae vestigium exstet, tamen alia indicia inveniuntur in titulo, quae sententiam illam confirmant: velut v. 3 ante παιδός Ω litterae vestigium comparet, quod haud scio an ad articulum τω pertinuerit, et v. 4 in. NAN litterae ad acc. sing. fem. videntur pertinere (...αν η άν...).

Eiusdem esse tabulae puto (quantum quidem e solis litteraturae indiciiis colligere licet) fragmentum 0,15 m. altum, l. 0,10, cr. 0,05, optime conservatum, quod Buratschkovius a. 1884 Mosquam in museum historicum misit. Edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I add. p. 223 n° 128 b ad ectypum chartaceum a Podschivalovio acceptum. Hic accuratius ex ectypo delineatum praebeo (1/4 v. m.), ut litterarum formas melius indicem.



Coniecturis, quas Struvius de fragmento a sese edito protulit, hoc fragmentum aliquatenus favet: nam e versu 2 colligi potest revera haec ad decretum pertinere, versus autem tertius novum dorismi vestigium praebet: [τ]άν πόλις. Lineola supra v. 1 in ipso lapide est.

**240.** Fragmentum tabulae marmoris albi a. 0,17 m., l. max. 0,11, cr. 0,07; a dextra margo exstat quadro eminenti ornatus; litterae altae sunt 0,01 m. praeter φ et ο minore expressas modulo.

Odessae exscripti in museo societatis et edidi IosPE. v. I<sup>1</sup> n° 136. Hic idem repetitur exemplum, iterum cum ectypo collatum.

1	_ O N
	O Δ O O H
	Ω N I O Y
	I Ξ T O
5	I Δ O
	Φ I Λ O
	Ξ Y P A
	A P O Λ
	O N Ω N
10	O Ψ H

Videtur esse decreti fragmentum, quod propter litteraturae indicia ad III sive II a. Chr. saeculum rettulerim. V. 2 legi potest [. . . ἀπ]οδοθη[ναι. . .], v. 3: [. . . Ἀπολλ]ωνίου, v. 8 Ἀπολ[λώνιος], v. 10 fortasse [τ]ὸ ψή- [φισμα].

**241.** Fragmentum tabulae marmoris albi a. 0,23 m., l. 0,07, cr. 0,065; a sinistra margo exstat. Quae supersunt litterae apicibus sunt ornatae diligenterque incisae.

Odessae exscripti in museo societatis et edidi IosPE. I<sup>1</sup> n° 137. Hic idem exemplum repeto.

1	O E N O
	E I Σ T
	E P I K
	H P O Σ
5	N E Σ
	K A T I
	P P O Σ
	Γ E N C
	T O Σ
10	N I C
	Λ

Hic ne una quidem vox in integrum restitui potest. At tamen si videris, quam diligenter litterae sint exaratae, facile tibi persuadebis superesse haec e decreto honorario, quae omnino ceteris titulis accuratius lapidibus inscribebantur. Titulus Romanae est aetatis.

**242.** Frustum tabulae marmoris albi ab omnibus partibus mutilum, altum 0,13 m. totidemque latum, cr. 0,05, litteris plus 0,015 m. altis inscriptum.

Mosquae in museo historico (inter Buratschkoviana) exscripti et edidi IosPE. I<sup>1</sup> n° 130. Hic idem repetitur exemplum iterum cum ectypo collatum<sup>1)</sup>.

1	12
	Λ I N A N
	Y Σ E Σ I N
	Γ H N Π O Λ I
5	Y N T A Σ T I
	I I Γ M Φ Λ

V. 3: [διαλ]ύσειν?.., v. 4: τὴν πέλι[v...], v. 5: [. . . ο]ὔντας τ... , v. 6: ἐμφύ[λιος].

**243.** Fragmentum tabulae lapideae undique mutilum, a. 0,11 m., l. 0,21, cr. 0,08; litterae aetatis Romanae, a. 0,01 m., admodum sunt detritae. Exstat Odessae in museo societatis. Transcripsi ex imagine photographica, quam Jurgiewiczus mihi miserat, postea apographum meum Odessae cum ipso lapide contuli et edidi IosPE. I<sup>1</sup> n° 129. Hic idem exemplum repeto.

1) Omnes titulos suos museo historico inlatos (praeter unum Panticapaeensem IosPE. II<sup>1</sup> n° 31) Olbiopolitanos esse ipse Buratschkovius mihi scripsit.

1 ... ΠΑΡΕΧΩΝ  
 ..ΘΑΛΑΣΣΑΝ  
 'ΔΙΟΥΠΑΝΤΟΣ  
 ΕΠΙΣΚΕΤΟΝΠ  
 5 ... ΔΙΙΩΝ  
 .... Λ

V. 1: ... παρέχων..., v. 2: ...θάλασσαν..., v. 3: [του] ιδίου παντός..., v. 4: ...ἐπίσκ[ο]πον π...

**244.** Frustum tabulae lapidis calcarii a. 0,16 m., l. 0,10, litteris fere 0,018 altis; a sinistra exstat margo. Mosquae exscripsi in museo historico (inter Buratschkoviana) et edidi IosPE. v. I<sup>1</sup> n° 132. Hic idem exemplum repraesentatur iterum cum ectypo collatum.

1 | Ο Λ Ε  
 | Ε Γ Ε Ι  
 | Κ Α Ι Σ /  
 | Λ Ι Ω Ν  
 5 | Κ Α Ι Κ Ο Ι  
 | Υ -

Haec quoque e decreto videntur superesse aetatis Romanae. V. 5 haud scio an fuerit και κοι[νη και ιδία].

**245.** Frustum tabulae marmoreae undique mutilum, Olbiae inventum. Exscripsi in museo Universitatis Kioviensis m. Maio a. 1893 et edidi *ЗНРАО*. v. VII, p. 85, n° 156<sup>1</sup> et IosPE. v. IV<sup>1</sup> n° 39. Hic eadem imago repetitur.



**246.** Frustum tabulae marmoreae undique mutilum, a. 0.11 m., l. 0,075, in museo Universitatis Kioviensis repositum. Litterae aetatis Romanae altae sunt 0,013 m. Ectypo chartaceo, quod praestiterat Kulakovskius, usus edidi IosPE. v. I<sup>1</sup> n° 131. Nunc iterum cum ectypo contuli.

1 . ΜΙΝΩΦ  
 Α Η Ν Ο Υ  
 Ρ Ι Α Κ Α Ι Α Ϛ  
 . Υ Π Α Ρ Ψ  
 5 Π Ο Λ  
 Ε Ν

**247.** Frustum tabulae marmoris albi. Edd. Boeckh, C. I. Gr. II. add. p. 1000 n° 2085, 11, Caroli de Rosenberg apographo usus; L. Stephani in *Mémoires de l'acad. Imp. des sc. de St. Pétersb., série VII*, v. XVIII, n° 4 (a. 1872) p. 48 n° 87<sup>1</sup>).

Servatur in museo aedium Magni Principis Constantini Constantini f., quae est in oppido Pavlovsk. Stephani exemplum repetii IosPE. v. I<sup>1</sup> n° 133 et hic repeto.

1 .... Α Μ Ε Ν .....  
 .... Χ Ο Υ Σ Ι Κ ...  
 .... Ν Ε Α Υ Τ Ο Ν ...  
 .... Τ Ο Σ Τ Ο Υ ...  
 5 .... Ι Σ .....

Var. lect. V. 4 ΤΟΞΤΟΥ/ legit et v. 5 omisit Rosenberg.

1) Stephani descriptio monumentorum antiquorum, quae in museo domus principalis oppidi Pavlovsk servantur, etiam russice separatim prodit Petropoli a. 1872: Собрание древнихъ памятниковъ искусства въ Павловскѣ, описанныхъ академикомъ Л. Стефанни.

**248.** Frustum tabulae marmoris albi. Edd. Boeckh, C. I. Gr. II add. p. 1000 n° 2085, 10 ad apographum Rosenbergi; L. Stephani l. c. ad n° 247, p. 48 n° 88.

Servatur ibidem, ubi n° 247. Exemplum Stephanianum repetii IosPE. v. I<sup>1</sup> n° 134 et hic repeto.

...FITENOME...  
 .....EAYTON...  
 .....=NENF.....

*Var. lect.* V. 1 in. EI et v. 3 ENENT dedit Rosenberg. Apud eundem c littera rotundam habet formam.

**249.** Frustulum tabulae lapidis porphyritae rubri coloris, ab omnibus partibus mutilatum, a. 0,08 m., l. 0,05, cr. fere 0,025; litterae diligenter incisae altae sunt 0,009 m. Repertum est in Olbiae parietinis a. 1885, Surtshani museo inlatum a. 1889. Edidi *ImS.* p. 14, n° 23, et IosPE. v. IV<sup>1</sup> n° 45. Hic idem exemplum repeto iterum cum ectypo collatum.

INAAA  
 TEM  
 ANTAM  
 AYTOIA  
 EFK

Videtur fragmentum decreti esse saeculo II a. Chr. non recentioris.

**250.** Fragmentum tabulae marmoris albi ad subcaeruleum inclinantis, ab omnibus partibus mutilum, a. 0,065 m. totidemque latum, cr. ut superest 0,02 m. Litterae superstites, altae 0,02 m., satis accurate inter lineolas exaratae, compluribus locis rubri coloris ves-

tigia servant. Exscripsi et edidi *HAK.* f. 18, p. 110, n° 18. Hic accuratius delineatum praebeo.

Fragmentum a. 1905 in Olbiae rudibus inventum Odessam missum est in museum societatis.



Videntur haec superesse e decreto aetatis Romanae.

**251.** Fragmentum tabulae marmoris candidi ab omnibus partibus mutilatum praeter dextram, ubi particula quadri sculpti conservata est, a. ut nunc est 0,08 m., l. 0,15, cr. 0,055. Litterae superstites accurate incisae (a. 0,023 m.) bene leguntur. In fine versus primi foliolum exstat, supra paululum laesum. Exscripsi et edidi *HAK.* f. 23, p. 34, n° 10, unde repeto.

VLB  
 ΔΙΑΜΕ  
 ΘΕΝΤΙ  
 Ρ-

**252.** Fragmentum marmoris candidi undique mutilum, a. 0,07 m. totidemque latum. In parte aversa anaglyphi vestigia supersunt, in adversa litterae aliquot minutae (altae c. 0,012 m.), quae in ectypo satis bene etiam nunc dispiciuntur. Ad fidem ectypi chartacei ab Oreschnikovio suppeditati edidi *ЗНРАО.* v. V p. 364, n° 187<sup>1</sup> et IosPE. v. IV<sup>1</sup> n° 50. Nunc iterum cum ectypo contuli.

Fragmentum vere a. 1891 Oreschnikovius in oppido Oczakov emit et Mosquam in



museum historicum asportavit. In Olbiae rud-  
deribus inventum id esse dixit venditor.

ΜΗΔΛ  
ΟΛΙΓΟΙ  
ΤΟΛΛΟΥ

Videntur haec e decreto superesse aetatis  
Romanae.

**253.** Fragmentum marmoris candidi ab  
omnibus partibus praeter imam mutilum,  
utrimque politum, a. 0,11 m., l. 0,13. Lit-  
terae superstites, altae fere 0,01 m., optime  
leguntur.

Lapidem in Olbiae rudibus inventum  
Petropoli possidet N. Ph. f. Romantschenko  
architectus, qui summa comitate titulum nobis  
exscribendum dedit. Edidi IosPE<sup>1</sup>. v. IV add.  
n° 457, unde repeto.

ΩΝΟCΙΟ  
ΥΤΟΔΟ  
CΑΙΔΕΑΤ  
УНОCKΑΙΞΕΝΙ

*vac.*

Videtur esse decreti fragmentum aetatis  
Romanae.

**254.** Frustulum tenue (cr. 0,012 m.)  
partis anticae tabulae lapidis calcarii a.  
0,078 m., l. 0,088, undique mutilum. Super-  
sunt particulae versuum quattuor decreti  
aetatis Romanae (litt. a. 0,014 m.). Ex-  
scripsi et edidi *ΗΑΚ*. f. 23, p. 29, n° 3, unde  
repeto.

Fragmentum a. 1906 a Pharmakovskio  
in Olbiae rudibus effossum exstat Odessae  
in museo societatis.

Γ  
ΟΝΑΝΥ  
ΦΡΟΥΡΑΝ  
ΤΡΥ

Nihil dispici potest praeter vocem φρουράν  
v. 3.

**255.** Fragmentum tabulae marmoris albi  
altitudine, ubi est maxima, 0,25 m., lat. max.  
0,17, cr. 0,07. E titulo non superest nisi pars  
extrema. Odessae exscripsi in museo societatis  
et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 135, unde repeto.

Ν  
ΟΜΕΝΙ  
ΠΑΤΡΙΖ  
ΣΙΟΥΝΤΕΣ

*vac. 0,16.*

**256.** Frustulum tabulae marmoreae ut-  
rimque inscriptae (ἐπισθόγραφος), a. 0,07 m.,  
l. 0,09, cr. 0,025. Litteris vulgaribus edidit  
E. de Stern *3Η00*. v. 26, protoc. p. 75.  
Eius exempla hic repeto.

Lapidem una cum n° 153 museo societatis  
Odessitanae rusticus quidam vendidit.

a b  
ΑΓΑΘΗ ΑΤΗΙ  
ΕΙΠΙ.

In parte *a* legi Ἀγαθῆ [τύχη], in parte  
*b* v. 2 fortasse εἶπ[εν] aut εἶπ[αν] vidit  
Sternius.

**257.** Frustulum tabulae marmoris candidi  
crassae 0,03 m., utrimque inscriptae (ἐπισθό-  
γραφος). In altera parte (*a*) supersunt sex  
litterae aetatis Romanae altae 0,02 m., satis

diligenter exaratae, in altera (*b*) litterae grandiores (a. 0,03 m.), neglegenter incisae, ad primum tituli versum pertinentes. Exscripsi et edidi *HAK.* fasc. 10, p. 18, n° 12, unde repeto.

Frustulum Olbiae a. 1902 a Pharmakovskio inventum exstat Odessae in museo societatis.

*a*  
-◇ΙΤ◇  
-ΗΣ

*b*  
*vac.*  
ΤΕΡΙ

Videtur parti *a* decretum fuisse incisum, parti *b* titulus dedicatorius.

**258.** Frustulum summi marginis sinistri tabulae marmoris candidi cr. 0,05 m. Super sunt litterae altae 0,015 m., quae ad initium decreti videntur pertinere tertii fere a. Chr. saeculi. Exscripsi et edidi *HAK.* f. 10, p. 18, n° 11, unde repeto.

Frustulum a. 1902 a Pharmakovskio in Olbiae rudibus inventum exstat Odessae in museo societatis.

ΕΔ Nescio an sit initium formulae sollem-  
ΟΛ nis "Εδ[οξε βουληι και δημωι κτλ.].

**259.** Frustulum tabulae marmoris candidi a. 0,10 m., l. 0,075, cr. ut nunc est 0,055 (pars aversa corrupta est), in quo non supersunt nisi tres litterae aetatis Romanae (a. 0,023 m.). Exscripsi et edidi *HAK.* f. 23, p. 34, n° 11, unde repeto.

A. 1903 in Olbiae rudibus a Pharmakovskio effossum fragmentum Odessam missum est in museum societatis.

Nescio an initium sit decreti praescriptorum: 'Επ[ι ἀργόντων τῶν περι τὸν δεῖνα κτλ.]

**260.** Fragmentum tabulae lapidis calcarii a. circa 0,09 m., l. circa 0,11, Kioviae servatum in museo Universitatis. Ad ectypum chartaceum a Kulakovskio acceptum edidi *IosPE.* v. I n° 32. Hic ex eodem ectypo accuratius delineatum praebeo (1/4 v. m.).

[ 'Επι ἀργόντων τῶν περι . . .  
. . . . Εὐ]πάτορα [κτλ.]

Fragmentum in priore editione inter decreta collocavi: sed in addendis v. I p. 220 monui eadem praescripta in dedicatoriis quoque titulis obvenire ideoque fragmentum in variis ponendum esse, cum non liqueat, utrum decreti sit initium, an dedicationis. Inter περι et Εὐπάτορα videntur viri praenomen et nomen periisse, veluti Τ. Φλάουιον, Μάρκον Οὐλπιον, sim.

**261.** Tabula marmoris albi a dextra mutilata. a. 0,38 m., l. supra 0,28, infra 0,16, cr. 0,06. Videtur quadratarius titulum infectum reliquisse, nam post duos versus, qui exstant, scriptura vacant 0,30 m. Litterae c. 0,015 m. altae Romanae sunt aetatis.

Odessae in museo societatis exscripsi et edidi *IosPE.* I<sup>1</sup> n° 143. Idem exemplum hic repeto, iterum cum ectypo collatum.

| ██████████ Χ Ο Ν ██████████  
| Κ Α Λ Λ Ι Κ Ρ Α Τ Ο Υ Σ  
*vac.*

[ 'Επι ἀρ]χόν[των τῶν περι τὸν δεῖνα]  
Καλλικράτους . . .

**262.** Fragmentum tabulae marmoris candidi a. 0,13 m., l. 0,112, cr. 0,06. Infra ad sinistram videtur marginis pars superesse. Titulus bene legitur (litt. a. 0,015 m.). Exscripsi et edidi *HAH.* f. 14, p. 99, n° 5, unde repeto.

Lapis Olbiae a. 1904 casu inventus exstat nunc Odessae in museo societatis.

1                    vac. λ  
                   Ε Ω Π Ϝ Ρ  
                   Ο Σ Ξ Ν Ξ  
                   Ο Υ Σ Τ Ο  
 5                    Μ Ω Ρ Α Μ  
                   Ϛ Ν Δ Ε Π Ξ  
 | Χ Α Φ Χ Ε Ι Ξ -  
 | Α Β Ν Ξ -  
 | v

V. 1 videtur fuisse 'Α[γαθῆ τύχη]. In reliquis cum ne una quidem vox integra supersit, argumentum tituli indagari nequit. Videntur plerumque nomina virorum esse, ut [Ἄ]μωράμ[αρος]? v. 5, Χάφχεις(?) v. 7, Ἄβ- v[αχός] v. 8.

**263.** Fragmentum tabulae marmoreae ab omnibus partibus praeter summam (ubi epistylia particula exstat) mutilatum, a. 0,17 m., l. 0,20, inscriptum litteris 0,02 m. altis. Apud A. Vogellium in oppido Nicolajev a. 1902 exscripsit E. de Stern et litteris vulgaribus edidit *3HOO.* v. 25, prot. p. 92, n° 5.

Ubi nunc lapis sit, ignoratur (cf. ad n° 211). Repeto exemplum Sternii.

ΕΣΙΣΤΡΑΤΟΥ           ... Μν]ησιστράτου...  
 ΦΜΕΝΙΣΠΑΝ           ... ομένης Παν...  
 ΡΟΥΠΕΡΙΣΑ           ... ουπερισα...  
 ΜΑΡΚΙΑΝ               ... Μαρκιαν[ός]...  
 ΑΣΙΤ                     ... ασιτ...

Fragmentum ad decretum aut ad civium indicem pertinere putat Sternius et ad II p. Chr. saeculum refert nomine *Μαρκιανός* et litteris NH v. 2 ligatis nisus.

**264.** Fragmentum tabulae marmoris albi undique mutilum, a. 0,16 m., l. 0,15, cr. 0,06, litteris 0,02 m. altis inscriptum.

Lapis in Olbiae parietinis a. 1877 inventus Kischinevi exstabat in museo Surutschani, qui benignissime lapidis descriptionem et ectypa nobis misit. Edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I, n° 141. Hic ex ectypo accuratius delineatum repraesento (1/4 v. m.).



Superesse haec videntur e subscriptione donarii aetate Romana a magistratibus quibusdam dedicati.

**265.** Frustum tabulae marmoris albi ab omnibus praeter dextram partibus fractum, a. 0,13 m., l. 0,09, cr. 0,035. Litteraturam ei quae est in tit. 264 admodum esse similem imagines probant.

Repertum est a. 1877 in Olbiae rudibus, exstabat apud Surutschanum. Ad ectypa chartacea ab eo suppeditata edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 142. Hic ex ectypo accuratius delineatum praebeo (1/4 v. m.).



Haec quoque e donarii subscriptione superesse dixerim. V. 3 [Ἀχιλ]λεύς legendum est.

**266.** Frustum tabulae marmoris candidi undique mutilum, a. 0,135 m., l. 0,09, cr. 0,04. Litterae 0,025 m. altae (vv. 3 et 4 minores) bene conservatae sunt. Rep. Olbiae m. Septembri a. 1889, exstabat in museo Surutschaniano. Edidi *ImS.* p. 13, n° 20 et IosPE<sup>1</sup>. v. IV n° 43. Nunc iterum cum ectypo contuli.

Π Τ Ο	Πτο[λεμαῖος? .]
Ε Υ Κ	Ευκ[ράτης . . . .]
Β Ρ Α	Ἄ]βρα[γος. . . .]
Ι Λ Λ	Ἄχ]ιλ[εύς. . . .]
Α	. . . . .

Superesse haec videntur ex indice nominum propriorum; quae sane exempli tantum causa supplēvi.

**267.** Fragmenta quinque tabulae marmoris candidi crassae 0,08 m., quae ad eundem titulum pertinuisse cum litteratura probat (litt. a. 0,03 m.), tum lapidis crassitudo. Dolendum est, quod duo tantum (a + b) in unum conglutinare licuit; reliqua ad diversas tituli partes pertinebant (d ad finem tituli). Exscripsi et edidi *HAK.* f. 10, p. 17, n° 9, unde repeto.

Fragmenta in Olbiae rudibus a. 1902 a Pharmakovskio inventa exstant Odessae in museo societatis.

a + b	c	d	e
Ω Μ	Κ Α	Τ Ι	Ι Ο
Ι Ε Ζ Δ			Η Σ
Μ Ω Σ			vac.
Ο Ι			

Probabile est fragmenta ad subscriptionem donarii pertinuisse, a praetoribus Apollini Prostatae oblati. In fragmentis a + b, quae ad mediam tituli partem referuntur, conicias nomina fuisse Σώμ[αρχος], Ἰέζδ[ραδός] sive Ἰέζδ[αρχος]. [Ἄ]μώσ[παδός], in d clausulam sollemnem [καὶ τῆς [ἐλευτῶν ὑγείας].

**268.** Fragmentum tabulae marmoris candidi undique mutilum, a. max. 0,14, l. max. 0,23, cr. 0,05. Litterae diligenter et alte exaratae, a. 0,03 m., optime conservatae sunt. Rep. a. 1885, exstabat Kischinevi in museo Surutschaniano. Ad ectypum chartaceum edidi *SHI. IO.* v. IV p. 130, n° 165<sup>7</sup> et IosPE<sup>1</sup>. v. IV, n° 49. Nunc iterum cum ectypo contuli.

Δ Τ Ι  
Τ Ι Σ Α Υ  
Ο Ψ Α Ρ Μ Γ

Coniecerit quispiam fragmentum hoc ad titulum dedicatorium pertinere et v. 1 — 2 restitui posse. . . ἀνέ]θη[χαν ὑπέρ. . . . καὶ] τῆς αὐ[τῶν ὑγείας]; sed tum difficile erit explicare litteras, quae v. 3 sunt additae.

**269.** Frustulum tabulae marmoris candidi cr. 0,095 m., in quo supersunt reliquiae duorum versuum tituli aetatis Romanae (litt. a. 0,03 m.). Exscripsi et edidi *HAK.* f. 10, p. 17, n° 10, unde repeto.

Inventum est Olbiae a. 1902 a Pharmakovskio, exstat Odessae in museo societatis.

Ω Ν Υ                    Litterae superstites videntur pertinere ad clausulam tituli dedicatorii:  
 Ο Ι Α -                | . . . ἀνέθηκαν Νείκην γρύσειον ὑπὲρ τῆς πόλεως εὐσταθία[ς κτλ.].

270. Tabula marmorea supra et infra fracta. a. ut nunc est ab altera parte 0,66 m., ab altera 0,47, l. 0,36, cr. 0,12, utrimque anaglyphis ornata, quae nunc copiosissime descripsit et explicuit B. Pharmakovskius *HAZ.* fasc. 58, cuius commentationem lectores ipsi adeant necesse est. Utrique lateri tituli inscripti sunt desuper decurrentes, e quibus is, qui est a sinistra spectanti (*A*), satis bene conservatus est (litt. a. 0,015—0,025 m.), alterius (*B*) non supersunt nisi litterae extremae. Partis anticae imago et titulus uterque exstant in *Αρχαιολογ. μεσημερία κ. ζαμπουκκι, υδθ. Μοσκοβικου Αρχαιολογ. Οβιμεσθου, a. 1895 p. 376*. Ego edidi *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 36, usus ectypis chartaceis a praefecto provinciae Chersonensis Consilio archaeologico Imperiali missis, utriusque anaglyphi imaginibus in tabula adiecta repraesentatis. Quas hic non repeto, quoniam Pharmakovskii commentationi supra commemoratae imagines meliores additae sunt. Ad meam editionem litteris minusculis repetiit Bechtel l. c. ad n° 191, p. 661, n° 5552.

Lapis m. Martio a. 1895 in horto rustici Parutinensis Macarii Melnik effossus (extra urbem antiquam) servatur in museo archaeologico oppidi Cherson. Hic titulum *A* ex imagine photographica zinco expressum repraesentamus (circa  $\frac{1}{3}$  v. m.).



E titulo *B* supersunt haec:

Α Ε Ι  
 Γ Ω vac.

Lapidem ex oppido Cherson Petropolim Consilii archaeologici rogatu advectum Pharmakovskius Rostovzeviusque et ego viribus coniunctis identidem examinantes statuimus non sepulcralem fuisse, sed potius dedicatorium. inter annos fere 475—460 a. Chr. Leoxi cuiusdam Molpagorae f. iussu sculptum et titulis dedicatoriis duobus instructum, quorum alter (*A*) versibus compositus erat (scilicet disticho elegiaco), alter (*B*) sermone pedestri<sup>1</sup>). Cumque computarem, quanta lapidis pars supra periisset, vidimus circa 15 litteras utrimque fractura esse ablatas. Itaque distichum hunc in modum restitui posse coniecimus:

[Στήλην τήνδ' ἀνέθ]ηκα, λειωδότη, τῆλε πόλε[ίως σοι  
 ἐν γαίηι Σκυδικῆ]ι Λέωξος ὁ Μολπαγόρ[εω].

1) Titulum *A* versibus compositum esse vidit iam Bechtel (l. c.), cui tamen restituere eum non contigit.


Λειωδέτις vox adhuc ignota (composita e vocibus λεια et δότις), potest esse epitheton, quod Minervae maxime conveniat: cf. Homericum illud Ἀθηναίη ἀγελαίη. vel ληϊτις (Hom. K, 460), ληϊδίη (Nonn. D. 2, 312). Pentametri partem priorem exempli tantum causa supplevimus, ut totius distichi sensum indicarem. Non fugit nos Σκυθική vocem dubitationi esse obnoxiam: nam si ante ἰῶτα illud, quod in lapide exstat, Η littera fuisset, dextrae hastae eius partem superiorem non prorsus fuisse perituram; ideo videtur ante ἰῶτα potius fuisse Α vel Δ vel Λ (cogitabamus de voce Σκυθίδι, sed obstat quod ultimum eius ἰῶτα breve est). De nominibus Λέωξος et Μολπαγόρης v. quae adnotavit Bechtel l. c. Ceterum monendum est nomen Λέωξος (compositum e λᾶς et ξειν) inusitate formatum esse: nam requiritur Λεώξους.

Tituli (B) versu priore coniecimus periisse deae nomen cum epitheto in -αει exeunti (velut παμφραει), altero dedicantis nomen [Λέωξος Μολπαγόρ]εω. Sed hae coniecturae omnes incertiores mihi visae sunt, quam ut titulum inter dedicatorios ponere auderem, ideoque inter varia fragmenta retinere malui.

**Переводъ.** Я, Леоксъ сынъ Молпагоровъ, посвятить [тебѣ], добычница, [свой столпъ] вдали отъ города [въ Скиѣской землѣ].

271. Surutschanus a. 1884 per litteras mecum communicavit se a. 1882 in Olbiae parietinis et quidem eo ipso loco, ubi ante aliquot annos decretum in Carzoazi honorem scriptum [v. supra n° 39] inventum esset, permulta fragmenta invenisse unius tabulae (potius basis, ut videtur) marmoris cinerei venis nigris adpersi; quae tamen omnia fere

in particulas minutissimas fracta esse ita, ut in tribus tantum fragmentis ad imam lapidis partem pertinentibus litterae aliquot superessent. Quae fragmenta composita lata sunt 0,35 m., a. 0,07. Ex his a et b Surutschanus ipse coniunxit; equidem cum trium fragmentorum ectypa accepissem, vidi etiam fr. c a dextra illis duobus adiungendum esse Surutschanumque interrogavi per litteras, an liceret ita lapides ipsos componere. Qui statim respondit vera esse quae proposuissem aliorumque quinque fragmentorum (d—h) ectypa addidit, quae tamen adeo pauca litterarum vestigia servant, ut cum tribus illis certo coniungi non possint; cumque sint undique mutila, ne id quidem definiri potest, utrum ad eundem versum pertineant, necne; d dubitanter in initio eiusdem versus posui. Litterae quarti sunt a. Chr. saeculi. elegantissime exaratae, altae 0,02 m. Fragmentorum a. b. c. imus margo ex parte servatus est. Edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 145. Ad fidem apographi mei repetiit E. Loewy, *In-schriften griechischer Bildhauer* (Lips. 1885), p. 383, № 76<sup>a</sup>. Hic fragmenta a—c ex ectypis chartaceis accuratius delineata praebeo (1/4 v. m.).



e f g h  
 Η Ο Γ Π Ο - Ι Λ

Π[ρ]αξιτέλης Ἀθ[ηναῖος] ἐποίησεν].

In priore editione de titulo scripsi haec: «Quae proposui supplementa si vera sunt—at probabilitatis certe speciem magnam ea habere concessum iri spero — titulus quam maxime

fit memorabilis, cum probet celeberrimi illius artificis opera etiam in Hypanis ripis exstitisse. Quod adhuc non solum ignotum, sed ne cogitatum quidem fuisse nihil est quod addam». Loewyus meo iudicio adoptato addidit Amoris statuam a Praxitele sculptam Parii in oppido Propontidis commemoratam esse a Plinio, N. h. 36, 22. (Haec commemoravi *ΣΗΡΑΟ*. v. IV. p. 146. et *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV add. p. 275).

**272.** Tabula marmorea 1 p. 6 dig. alta, 2 p. 10 dig. lata: inest anaglyphum sacrificium repraesentans, quod primus descripsit Koeppen *Nordgest.* p. 84. Inscriptionis fragmentum, quod exstat super anaglyphum, ad sinistram spectanti, e Koeppeni libro sumpsit Boeckh, C. I. Gr. II n<sup>o</sup> 2096. Postea elegantissimam anaglyphi imaginem et descriptionem Koeppeniana copiosiore dedit comes Uvarov *Rech.* p. 58 sq. et tab. XIII; cuius verba integra hic repetere placet: «La planche XIII reproduit un bas-relief en marbre qui représente un sacrifice offert à Asclépius. Il y a déjà longtemps que ce bas-relief a été trouvé et la reproduction s'en est conservée dans les dessins du voyage que Borozdine et Iermolaïeff firent dans l'intérieur de la Russie, voyage inédit jusqu'à présent et dont le manuscrit se trouve à la Bibliothèque Impériale [haec ex Koeppenio]. A gauche est représentée la statue d'Asclépius: il est assis sur un trône; sa main gauche est soulevée; il tient probablement un sceptre, mais on ne peut plus rien distinguer maintenant, par suite du mauvais état de cette pièce. De la main droite il tient un vase qu'il semble présenter à un serpent sortant de dessous le trône. Un bouclier et une armure sont suspendus à la muraille, à

gauche d'Asclépius. Devant le dieu, se trouve un autel derrière lequel on voit des hommes debout offrant un sacrifice. Asclépius est plus grand de taille que les autres figures; cela sans doute afin que l'on puisse mieux distinguer la divinité d'avec les simples mortels. Devant l'autel même, une canephore (*ἡ κανηφόρος*), portant sur la tête une corbeille remplie de tous les objets destinés au sacrifice; derrière elle, un taureau entre deux hommes qui jouent du chalumeau. Plus loin s'avance un troisième personnage; sa main gauche est soulevée, et de la droite il retient le himation (*ἱμάτιον*). C'est probablement le grand-prêtre. On voit encore derrière lui quatre figures de jeunes gens, dont l'une est plus grande que les trois autres. Ces quatre figures représentent probablement les prêtres qui assistaient le grand-prêtre pendant le sacrifice. A gauche, sur le bas-relief, il ne s'est conservé que quelques lettres de l'inscription». Quae ad dextram repraesentata sunt, Koeppenius paulo aliter descripsit: «Auf diese [i. e. taurum et tibicines] folgt ein bärtiger Mann (Priester?), und endlich erscheinen noch zwey Männer, ein Frauenzimmer und ein Kind. Dieser Marmor ist jedoch so erhalten, dass leider kein einziges Gesicht mehr ganz daran geblieben ist...» Quantum ex Uvarovii tabula conligere licet, ex his quattuor figuris re vera una est mulieris; unde sequitur eas non sacerdotes repraesentare, ut putat Uvarovius, sed adorantes. In tabula infra anaglyphum spina apparet basi infigenda.

Anaglyphum, quod Koeppeni temporibus Stolnae servabatur, hodie ubi sit, mihi non contigit explorare. Uvarovius neque de loco refert, ubi anaglyphum tunc temporis fuerit, neque unde delineationem ipse acceperit. In

Uvarovii tabula a dextra nihil titulo desse videtur. Utrumque inscriptionis exemplum repeti IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 152 et hic repeto.


Koeppen:

Uvarovii tabula:

..OΞATOMHI..     ΖΑΤΟΜΗ

**273.** Frustum marmoris candidi, quae videtur particula fuisse patinae κορυφῆς permagna (diametrus eius, ut e curvatura frustuli computare licet, non minor fuit 1,10 m.), supra et infra politae, marginibus obliquis instructae latis 0,046 m. Tota patina alta fuit (ab imo usque ad summum marginem) 0,075 m., crassa (in fundo) 0,035 m. Marmor ex parte laesum est igne, in quo patinam periisse est consentaneum. In parte marginis superstite (longa 0,105 m.) exstant quinque litterae satis magnae (a. 0,027 m.) et crassae, colore rubro pictae. Edidi *HAK.* f. 23, p. 34, n° 12, cum imagine ad ipsum lapidem delineata (1/2 v. m.), quae hic repetitur.

Lapis a. 1906 a Pharmakovskio effossus exstat nunc Odessae in museo societatis.



ΟΡΟΙ:Λ

Tituli argumentum et aetas e quinque litteris definiri sane nequeunt. Attamen ista litteraturae species, O litterae forma vere orbiculata et P litterae lineola dextra ad imum paululum producta et vel maxime puncta duo

ad voces dirimendas adhibita probare nobis videntur titulum quinto a. Chr. saeculo nequaquam esse recentiore. Nescio an legendum sit [οι ἐμπ]οροι δ. . .

**274.** Fragmenta duo tabulae marmoreae; a altum c. 0,10 m. totidemque latum, in museo Universitatis Kioviensis repositum, exscripsi ex ectypo chartaceo, quod Iul. Kulakovskii humanitati debeo; a sinistra margo videtur exstare. b altum 0,13 m., l. 0,10, cr. 0,05, Odessae in museo societatis exscripsi et in charta expressi. Utriusque fragmenti litteratura in ectypis comparata adeo visa est similis, ut ad eandem olim tabulam fragmenta pertinuisse mihi persuaserim. Litterae sunt c. 0,01 m. altae facilesque lectu. Edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I, n° 138. Hic eadem exempla repetuntur iterum cum ectypis collata.

a	b
ΟΙ	ΙΕΝΞΚΥC
ΑΣ	ΥΡΙΠΝΕΥΣΤ
ΠC	ΟΥΛΥΝΣΤΑC
ΚΑΙΔΗ	ΤΑΚΑΙΟΥΚΑ'
ΟΥΡΟ	FC
- x -	

Propter litteraturam haec ad primam maxime p. Chr. saeculum rettulerim. Titulus videtur versibus fuisse compositus: certe περιπνευστος adiectivum (b v. 2) et πολυς forma (ibid. v. 3) poetici sunt sermonis; b v. 1 nescio an sit ἐν Σκυ[θή].

**275.** Fragmentum tabulae marmoris albi a. 0,62 m., l. 0,46, cr. 0,17; a dextra exstat margo. Titulus litteris grandioribus incisus



(a. 0,03 m.) admodum oblitteratus est; in inferiore lapidis parte nihil iam dispicitur.

Odessae exscripti in museo societatis et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 139, unde repeto. Olbipolitanum esse lapidem dixit Jurgiewicz.

1 ΣΑΒΟ. ΙΟΙΛ  
 \ΤΑΙ *vac.*  
 ΥΚΛΥΤΟΝΑΣΤΥΤ  
 ΑΤΟΣΕΙΚΩΝ<  
 5 ΗΝΩΝ<ΤΟΡΓΗΣ  
 ΤΟ<  
*oblitteratum spatium a. 0,34 m.*

Hic quoque titulus numeris fuit inclusus. V. 3: ...ο]υ κλυτόν ἄστυ τ[ό... v. 4: ...ατος εἰκών, v. 5: ...ηνων στοργῆς etc. Ad v. 3 cf. quae leguntur in hymno in Mercurii honorem scripto, Chersonesi invento, quem infra dabimus: ὅσοι κλυτόν ἄστυ τὸ Δώρου ναίουσιν κτέ.

**276.** Frustum tabulae marmoris cinerei in museo Universitatis Kioviensis servatum. A sinistra exstat marginis particula. Exscripti m. Maio a. 1893 et edidi *ΖΗΡΑΟ*. v. VII p. 85 n° 138<sup>1</sup> et IosPE<sup>1</sup>. v. IV n° 38, unde repeto.

1 ΙΩ  
 ΗΝΜΕ  
 Η Γ  
 ΗΝΑΠΑ  
 5 ΑΓΛΑΟΝ<  
 ΦΑΛΟΝ<  
 ΟΣΙΑΝ<

Dixerit quispiam titulum fuisse versibus compositum (cf. v. 5 adiect. ἀγλαόν). Litteratura indicat aetatem Romanam eamque satis recentem.

**277.** Frustulum basis, ut videtur, marmoris subcaerulei supra et infra politum, a partibus sinistra et dextra nec non postica fractum, a. 0,05 m., l. 0,12, cr. 0,11. Litterae elegantissime incisae (altae c. 0,015) et tam bene servatae sunt, ut coloris rubri, quo erant inductae, etiamnunc vestigia maneant. Odessae exscripti in museo societatis et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 146. Hic ex ectypo chartaceo accuratius delineatum praebeo ( $\frac{1}{4}$  v. m.).

Propter litterarum formas ad III a. Chr. saeculum fragmentum rettulerim. Ἀρίστωνα Ἀριστοκράτους vidimus in catalogo n° 201 col. I v. 38.

**278.** Basis marmoris candidi venis nigris adpersi, a. 0,77 m., l. 0,46, cr. 0,16. In superficie excavati sunt catini duo rotundi eis similes, qui sunt in lapide, cuius inscriptionem supra dedimus n° 25. Parti anticae unum nomen inscriptum est Romanae aetatis litteris 0,045 m. altis iisque diligenter exaratis. Exscripti et edidi *ImS.* p. 13, n° 19 et IosPE<sup>1</sup>. v. IV n° 37. Hic ex ectypo chartaceo accuratius delineatum praebeo ( $\frac{1}{9}$  v. m.).


Lapis circa a. 1860 in insula Borysthenide (quae hodie est Berezan) inventus esse dicitur et inde in vicum Beikusch asportatus. Ab Io. Surutschano acquisitus est a. 1891.

Θεαίδητος.

Nomen (diversum a Θεαίτητος) iam dudum notum: v. C. I. Gr. 5662, 8518. Quod qua

de causa lapidi inscriptum sit, satis difficile est dictu; nam statuæ vestigia nulla exstant in lapide, et quominus sepulcralem titulum fuisse putemus, forma obstat.

**279.** Fragmentum tabulae marmoris candidi ab omnibus partibus praeter summam mutilum, altum 0,45 m., l. 0,31, cr. 0,15. Supra dimidia aetomatis pars servata est cum clipeo; in epistyllo rami duo laurei eleganter sculpti sunt; sub quibus est titulus *a*; sub epistyllo pari elegantia tres coronae (laureae nisi fallor) sculptae sunt, e quibus tamen nulla superest integra: nam coronae *b* sola pars dextra exstat, reliquarum duarum (*c*, *d*) imae partes lapide fracto intereiderunt. (Ad dextram videntur duae coronae eodem modo



prorsus periisse). Intra singulas coronas singuli versus videntur fuisse inscripti.

Odessae exscripsi in museo societatis et edidi IosI'E<sup>1</sup>. v. I n° 147. Imaginem photographica, quae hic zinco expressa repraesentatur (circa 1/5 v. m.), Warneckii humanitati debeo.

*a*: 'Ο δῆμος ὁ 'Ολβιο[π]ο[λιτῶν].

*b*: *c*: *d*:

['Ο δῆμ]ος. 'Ο δῆμος. ['Ο] δῆμος.

Litteratura ea tempora indicat, quae initio aetatis Christianae sunt proxima. Utrum sub coronis decretum honorarium incisum fuerit, an nomen solum eius, quem cives honoraverint, adiecta brevi meritorum eius commemoratione, hodie diiudicari non potest.

**280.** Pars sinistra acroterii elegantissime sculpti in marmore Pentelico, a. 0,43 m., l. 0,23 totidemque crassa. A dextra lapis fractus est, a sinistra et infra consulto abs-cisus. Sub acanthis, quibus acroterium orna-



tum est, sculptus est ramus laureus, cuius dimidia pars superest. Ad sinistram rami diligenter exarata est una vox ΟΔΗΜΟΣ litteris 0,01 m. altis. In angulo dextro, qui periit, scriptum fuisse ΟΟΛΒΙΟΠΟΛΙΤΩΝ perquam est probabile (cf. n° 279). Nescio an acroterium decreto honorario aetatis Romanae olim fuerit impositum. Edidi *ΗΑΚ.* f. 18, p. 112, n° 17, cum imagine, quam hic repetendam curo ( $\frac{1}{6}$  v. m.).

**281.** Fragmentum tabulae rotundae marmoris albi, a. 0,17 m., l. 0,15, cr. 0,05. Supersunt ornamenta quaedam et tituli particula litteris aetatis Romanae inscripti.

Odessae servatur in museo societatis. Ex apographo meo et ectypo chartaceo ligno incisum ab Aug. Daugelio inserui IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 144. Hic novam delineationem praebeo ( $\frac{1}{3}$  v. m.).




[Οἱ περ]ῖ Δάδον Σ(α)τύ[ρου ἄρχοντες β. στρατηγοὶ ἀνέθησαν?].

Quae de hoc titulo dixerim *Изслед. обз Омсии* p. 269 legenda esse monui IosPE<sup>1</sup>. v. IV add. p. 275.

**282.** Frustum tabulae marmoris albi ab omnibus fractum partibus. a. 0,16 m., l. 0,17,

cr. 0,03. Supersunt ornamenta cum parte inscriptionis.

Servatur Odessae in museo societatis. Ex apographo meo et ectypo ligno incisum a Daugelio dedi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 149. Hic aliam delineationem praebeo aliquanto maiore modulo expressam ( $\frac{1}{3}$  v. m.).



[Θ]εόδωρ[ος?].

**283.** Fragmentum tabulae marmoris cinerei undique mutilum, a. 0,13 m., l. 0,21, cr. 0,04. Litterae 0,04 m. fere altae admodum detritae sunt.

Mosquae exscripsi in museo historico (inter Buratschkoviana) et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 148. Hic delineationem praebeo ad ectypum factam ( $\frac{1}{6}$  v. m.).



[Ἔο δεῖνα . . . . .]ρου

[Ἔο δεῖνα] Φαράδο[υ].

Nomen quod est Φαράδης occurrisse in titulo Boeotico edito in *Bull. de corr. hell.* III p. 443 monui in editione prior.

**284.** Tabella marmoris albi a partibus sinistra et dextra fracta, supra et infra margines politos servans, 0,07 m. alta, 0,11 lata, circa 0,03 crassa.

Inventa est in Olbiae parietinis a. 1877, exstabat Kischinevi in museo Surutschani, qui ectypa chartacea et lapidis delineationem accuratissimam misit a. 1884. Edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 150, unde repeto iterum ectypo inspecto.

3. ΦΙΔΑΙΑΝΟ      . . . . Ἰουλιανὸς[ς. . . .  
 ΦΤΟΚΥΝΗ      . . . . ε]το σὺν τῇ. . . .  
 vac.

**285.** «. . . . Une ardoise de quatre pouces huit lignes de longueur, mesure angloise, sur deux pouces trois lignes de largeur, qui est conservée au musée de l'école des pilotes à Nicolaev: on ignore si cette pierre a été trouvée à Olbie ou à l'île de Bérézan. Elle représente quatre enfans dans un berceau ombragé de feuillage. Deux qui exercent la fonction de juges sont assis . . . . Après les deux juges on distingue un troisième garçon tenant une palme; les deux juges l'ont chargé de la remettre à un quatrième enfant qui est debout, comme récompense de la victoire qu'il a remportée. Le nom du vainqueur est gravé dans l'exergue. . . . Entre les deux derniers enfans on remarque un objet qui ressemble à un vase, et qui est probablement celui qui servoit à faire tirer au sort les noms de ceux qui disputoient le prix, ou les numeros d'après lesquels ils devoient entrer en lice». Koehler, *Mém. sur les îles et la course cons. à Achille*, p. 111 (et tab. III); inde Boeckh, C. I. Gr. II, n° 2095.

Periisse videtur. E tabula Koehleriana

exscriptum titulum dedi IosPE<sup>1</sup>. v. I, n° 151 et hic repeto.


ΛΘΔΕΓΟϚΛΥΠΡΕΝΟΥ

*Vav. lect.* ΑΘΔΗΓΟϚ apud Boeckhium, operarum fortasse errore.

«Koehlero iudice pertinet ad ludos puero-rum. . . . Eidem Ἀθηγος et [leg. Ἀδεγος est] Atteius, barbaro more scriptum; analogia tamen fortasse eadem est quae in Ἀβραγος, Κούναγος etc. ut forma omnino non Latina sit. Δυπρενὸν idem a λυπηρὸς derivat». Boeckh. Haec omnia vel maxime sunt dubia. «D'après la forme des lettres cette pierre paroît avoir été gravée dans le tems des premiers empereurs romains». Koehler. Sed Ϛ forma recentiore aetatem indicare videtur.

**286.** Fragmentum lapidis calcarii ab omnibus partibus praeter dextram mutilatum, a. 0,20 m., l. 0,25, cr. 0,10. Supersunt litterae septem (a. 0,025 m.) duorum versuum inter lineolas exaratorum et in fine versus prioris foliolum. Edidi *IAK.* f. 37, p. 69, n° 6, addita imagine, quam hic repeto (1/5 v. m.).

Lapis a. 1909 prope Olbiae rudera ad locum qui dicitur «Заячья балка» casu inventus exstat Odessae in museo societatis.




. . . υίῳ

. . . ὄτη

Titulum potius dedicatorium fuisse dixerim, quam sepulcralem.

**287.** Lapis ruber qui primo formam ovatam habuerat, postea a dextra fractus est, ut non supersit nisi dimidia pars, quae 0,11 m. alta, 0,23 lata, 0,05 crassa est. Litterarum altitudo est fere 0,02 m.

Mosquae exscripti in museo historico (inter Buratschkoviana) et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 153. Hic imaginem photographicam ab Oreschnikovio acceptam zinco exprimendam curavi (circa  $\frac{1}{4}$  v. m.).



Ἐννέα . . .

Quid haec sibi velint, probabili coniectura expediri potest. Anno 1868 in clivo septentrionali Mithridatis montis qui dicitur in oppido Kertsch lapis repertus est integer fere formae ovatae, in quo hae litterae leviter incisae leguntur: ΔΕΚΑΤΟΗΜΙΜΝ. Titulum post L. Stephanium et Th. Struvium edidi IosPE<sup>1</sup>. v. II n° 320. Utrique viro doctissimo non videtur dubium, quin lapis pro pondere fuerit adhibitus pependeritque  $9\frac{1}{2}$  minas. Propter similitudinem, quae lapidi, quem hic tractamus, cum Panticapaeensi illo est, admodum probabile mihi videtur hunc quoque eidem fuisse usui; quod autem ponderis nomen alteri lapidis parti hodie deperditae fuerit inscriptum, ne accurate quidem lapide

perpenso dici posse puto, quia incertum est, quanta pars perierit.

**288.** Fragmentum tabulae marmoris albi a partibus dextra et sinistra mutilum, a. 0,29 m., l. 0,16, cr. 0,07. Supra aetomatis media pars exstat rosa ornati, infra sub epistyllo sex versus inscripti sunt litteris minutis, hodie maxime detritis; sub titulo est margo eminens.

Odessae in museo societatis exscriptum et in charta expressum titulum edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 154, unde repeto.



Nihil certo restitui potest. V. 1 scripserim Γ[α]μ[η]λι[ῶ]νος, sed hunc mensem in fastis Olbiopolitanis fuisse non est probabile. Cf. quae monui ad n° 33.

**289.** Fragmentum tabulae marmoreae a. 0,13 m. totidemque latum, cr. 0,035, ab omnibus partibus mutilum, epistyllo in duas partes divisum. Tituli versus tres super epistylum litteris minutis exarati sunt, quartus sub epistyllo. Edd. Ern. de Stern 3HOO. v. 22, prot. p. 47, n° 5, et ego IosPE<sup>1</sup>. v. IV, n° 42, usus B. Pharmakovskii apographo accuratissimo, quod Sternii benignitati debeo. (Habeo etiam Eugenii Pridik apographum cum edito plane consentiens).

Lapis in Olbiae rudibus inventus a. 1898 museo societatis Odessitanae inlatus est.

ΟΥ  
ΝΑΜΜΙ  
ΜΑΣΙΚΕΙ  
—————  
ΤΟΥΘΕΟΚΛΗ  
ΧΡΙ

Nihil dispicitur, nisi Θεοκλή[ς] nomen v. 4.

**290.** «Fragmentum tituli Olbiopolitani», quod L. Denis museo societatis Odessitanae dono dedit. Exstat in commentario 267 consessus societatis d. 10 m. Novembris a. 1892 (seorsum edito), p. 7. Repetii *ЗИРАО*. v. VII p. 85, n° 156<sup>2</sup> et IosPE<sup>1</sup>. v. IV n° 41, unde repeto.

VI-  
VO'  
ONNI  
ΟΣΓΕΡ  
ΤΟΣΟ  
I

**291.** Fragmentum tabulae marmoris candidi undique mutilum, a. max. 0,10 m., l. max. 0,095, cr. 0,02. Supersunt particulae trium versuum neglegenter inter lineolas scriptorum litteris 0,015 m. altis. Exscripsi.

Fragmentum a. 1913 a Pharmakovskio Olbiae inventum Odessae exstat in museo societatis.

ΑΡΕ,  
ΠΟΡΘΑΧ<  
- > Ψ < Α

Litteratura est Romanae aetatis recentioris.

**292.** Angulus sinister tabulae marmoris candidi a. 0,13 m., l. 0,08, cr. 0,09. Titulus

accuratissime exaratus tribus tantum versibus constabat, e quibus binae litterae supersunt (a. 0,015 m.) quarti, ut videntur, a. Chr. saeculi. Exscripsi et edidi *ΗΑΚ*. f. 14, p. 99, n° 6, unde repeto.

Fragmentum a. 1904 Olbiae a Pharmakovskio inventum Odessam missum est in museum societatis.

vac.  
ΡΑ  
ΩΝ  
ΩΝ  
vac.

**293.** Frustulum tabulae marmoris albi ab omnibus partibus fractum praeter sinistram, ubi quadri admodum lati (0,16) eleganterque sculpti particula exstat. Exscripsi Odessae in museo societatis et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 156, unde repeto.

CI A  
KA IA  
CEN  
EKW

**294.** Fragmentum inscriptionis (Olbiae sine dubio inventum), commemoratum in prot. 318 consessus societatis Odessitanae d. 29 m. Aprilis a. 1899 (*ЗНОО*. v. XXII, prot. p. 83) inter alias res antiquas, quas museo societatis vendidit L. Hauchmannus mercator Czakoviensis. Inde repetii IosPE<sup>1</sup>. v. IV n° 55 et hic repeto.

.....VV.....  
.....ΤΟΣΥ.....  
.....ΙΑΙΤΙ.....  
.....NE.....

**295.** Fragmentum marmoris caudidi ab omnibus partibus praeter dextram mutilum, a. 0,07 m. totidemque latum, litteris inscriptum 0,012 m. altis, rep. Olbiae a. 1890. Edidi *ImS.* p. 15, n° 26 et *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 59, unde repeto iterum cum ectypo collatum. Kischinevi servabatur apud Surutschanum.

ΜΝΑΣΤ  
 ΠΡΟΘΓ  
 ΨΑΙΗ  
 ████████

**296.** Fragmentum tabulae marmoreae undique mutilum, Odessae conservatum in museo Universitatis (litt. a. 0,018 m.). Ad fidem ectypi chartacei, quod Kondakovius benignissime miserat, edidi *ΣΗΡΑΟ.* v. IV p. 131, n° 165<sup>13</sup> et *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV, n° 51, unde repeto.

—ΦΑΙ  
 ΓΟΝ  
 ΕΚΑΓ  
 ΑΓ

**297.** Frustum marmoris caerulei undique mutilum, a. 0,06 m., l. 0,11, cr. 0,05; litterae 0,015 m. altae valde sunt detritae. Odessae exscripsi in museo societatis et edidi *IosPE*<sup>1</sup>. v. I n° 157, unde repeto.

ΝΑΥΛ  
 ΩΙΕΝΤ  
 ΠΜΑΓΙ

**298.** Fragmentum tabulae marmoreae undique mutilum, a. circa 0,08 m., l. 0,07, in museo Universitatis Kioviensis servatum.

Ectypum misit Kulakovskius. Edidi *IosPE*<sup>1</sup>. v. I n° 158, unde repeto iterum cum ectypo collatum.

ΚΑΔ  
 ΟΥΣΙ  
 ΒΙΟΝ

**299.** Fragmenta duo tabulae marmoris albi crassae 0,035 m., litteris 0,02 m. altis inscriptae; *a* altum 0,06 m., l. 0,07; *b* altum 0,092, l. 0,065, utrumque ab omnibus partibus mutilum. Odessae utrumque exscripsi in museo societatis et edidi *IosPE*<sup>1</sup>. v. I n° 159, unde repeto.

<i>a</i>	<i>b</i>
—ΝΙ	∪ΣΔΕ
ΠΙΓ	ΤΕΡΤΙ
Γ	ΤΗΓ <i>vac.</i>

**300.** Fragmentum tabulae marmoris albi ad cinereum inclinantis a. 0,10 m., l. 0,08, cr. 0,03. Litterae altae sunt 0,02 m. Exscripsi et edidi *ΗΑΚ.* f. 17 p. 113, n° 20, unde repeto.

Fragmentum a. 1908 a Pharmakovskio Olbiae inventum exstat Odessae in museo societatis.

ΒΟΝ  
 ΨΑΧΙ  
 ΝΕΓ

Titulus aetatis Romanae recentioris est.

**301.** Fragmentum marmoris albi undique mutilum, a. et l. max. 0,06 m., cr. 0,07, litteris inscriptum 0,015 m. altis. Anno 1881 in Olbiae rudibus inventum exstabat Kisch-

nevi in museo Surutschanii ex eorum epigraphis et ectypis usus edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 160 et hic repeto.

ΩΝΤ  
\_ΦΕΡ  
ΕΠΙΣΤ  
ΩΝ

**302.** Frustum tabulae marmoris candidi ab omnibus partibus mutilatum, a. max. 0,095 m., l. max. 0,02, cr. 0,06. Litterae minutae sunt (a. circa 0,012 m.), spatia versus dirimentia admodum angusta. Rep. a. 1885, exstabat Kischinevi in museo Surutschaniano. Ad ectypum chartaceum edidi *ΣΗΡΑΟ*. v. IV p. 129, n° 165<sup>4</sup>, et IosPE<sup>1</sup>. v. IV n° 47, unde repeto.

ΩΝ  
ΚΑΙ  
ΗΡ  
ΩΣ  
ΩΕ

Verisimile est fragmentum hoc superesse e decreto tabulae satis magnae inciso.

**303.** Frustulum tabulae marmoris candidi utrimque politae, ab omnibus partibus mutilatum (a. 0,10 m., l. 0,05, cr. 0,025), litteris pulcherrimis inscriptum, altis 0,015 m. Exstabat in museo Surutschaniano. Edidi *ImS.* p. 14, n° 21 et IosPE<sup>1</sup>. v. IV n° 44, unde repeto iterum cum ectypo collatum.

\_Μ  
\_ΟΞ  
ΞΟΨ  
ΝΙΞ  
-

Admodum dolendum est. quod huiusmodi

ad nos pervenerunt e titulo, quem propter litteraturam ad IV a. Chr. saeculum referre nemo dubitabit.

**304.** Frustulum tabulae marmoris candidi utrimque politae, undique mutilum, a. 0,11 m., l. et cr. 0,07. Litterae c. 0,02 m. altae (v. 1 minores) bene conservatae sunt. Rep. Olbiae a. 1885, servabatur in museo Surutschaniano. Edidi *ImS.* p. 14, n° 22 et IosPE<sup>1</sup>. v. IV, n° 46, unde repeto iterum cum ectypo collatum.

\_ΕΙ  
ΞΟΚΛ  
ΟΣ./  
ΩΝ

**305.** Fragmentum tabulae marmoris albi a. 0,09 m., l. 0,15, cr. 0,05. E titulo non superest nisi extremi versus particula; infra 0,06 m. scriptura vacant. Exscripsi Odessae in museo societatis et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 155, unde repeto.

ΞΕΤΕΦΑΝΩ  
vac.

... ἐστεφάνω[σεν sive -σαν].

**306.** Fragmentum marmoris candidi a. 0,08 m., l. 0,07, cr. 0,025, rep. in Olbiae parietinis a. 1885, museo Surutschaniano inlatum a. 1889. Edidi *ImS.* p. 15, n° 27 et IosPE<sup>1</sup>. v. IV n° 60, unde repeto.

ΩΑΝΩ  
ΝΥΤΟΡ



**307.** Fragmentum tabulae marmoris candidi undique mutilum praeter partem sinistram, a. max. fere 0,13 m., cr. 0,066. Pars adversa lineolis tenuissimis in spatia quadrata divisa erat, quibus singulae inscriptae sunt litterae. Litterae superstites altae 0,02 m. pulcherrime exaratae sunt et optime conservatae. Rep. Olbiae a. 1885, exstabat Kischinevi apud Surutschanum. Ad ectypum chartaceum edidi *ЗНРАО*. v. IV p. 128, n° 165<sup>1</sup>, et IosPE<sup>1</sup>. v. IV n° 48. Hic ex ectypo chartaceo accuratius delineatum praebeo ( $\frac{1}{4}$  v. m.).



Vestigia litterarum MO, quae sub litteris PO in priore editione dedi, in ectypo non iam dispiciuntur.

Litteratura probat titulum quarto a. Chr. saeculo non esse recentiore. Admodum dolemus nihil ex eo superesse nisi fragmen hoc minutissimum.

**308.** Fragmen tabulae marmoris candidi undique mutilum, a. max. 0,12 m., l. max. 0,065, cr. circa 0,035. Litterae a. 0,015 m. leviter admodum exaratae sunt, sed in ectypo bene etiam nunc dispiciuntur. Rep. a. 1885, exstabat in museo Surutschaniano. Ad ectypum chartaceum edidi *ЗНРАО*. v. IV, p. 129, n° 165<sup>6</sup>, et IosPE<sup>1</sup>. v. IV n° 61, unde repeto iterum cum ectypo collatum.

Λ NN /  
vac. WN  
vac. 0,042  
E I Λ

Titulus est aetatis Romanae recentioris.

**309.** Fragmentum lapidis calcarii undique mutilum, a. 0,16 m., l. 0,14, cr. 0,06; supra epistylüi particula servatur. Litterae diligenter incisae altae sunt 0,026 m. Odessae exscripsi in museo societatis (inter Curisiana) et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I, n° 161, unde repeto.

THP T  
YBAZ

**310.** Frustulum marmoris cinerei undique mutilatum. Exscripsi Mosquae in museo historico (inter Buratschkoviana) et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I, n° 162, unde repeto.

-- --  
Γ A  
Θ A Δ Y  
I P O N

**311.** Frustulum marmoris albi undique mutilum, a. 0,05 m., l. 0,09, cr. 0,06; litterae circa 0,015 m. altae optime servatae sunt. Odessae in museo societatis exscripsi et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I, n° 163, unde repeto.

-- Z V I  
Y P O Y E  
P Θ X Γ A I


**312.** Frustulum marmoris albi ab omnibus partibus fractum. Mosquae in museo historico (inter Buratschkoviana) exscripsi et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I, n° 164, unde repeto.

Δ  
? NE Y  
F N O Σ

**313.** Fragmen anguli dextri inferioris tabulae marmoris candidi, a. 0,11 m., l. 0,09, cr. 0,05, in quo extremae tantum tituli litterae supersunt. Inventum a. 1886, exstabat Kischinevi in museo Surutschaniano. Ad ectypum chartaceum edidi *ЗНРАО*. v. IV, p. 130, n° 165<sup>8</sup>, et *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 52. Nunc iterum cum ectypo contuli.



**314.** Frustulum tabulae marmoris candidi undique mutilum, in Olbiae parietinis inventum a. 1888, exstabat in museo Surutschaniano. Litterae diligenter incisae et apicibus ornatae altae sunt 0,015 m. Edidi *ImS.* p. 15, n° 24 et *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 57, unde repeto.




**315.** Fragmentum lapidis a. 1886 in Olbiae rudibus inventum et a. 1889 museo societatis Odessitanae inlatum. Ad apographum Iudaei cuiusdam a Surutschano mecum communicatum edidi *ЗНРАО*. v. IV p. 132, n° 165<sup>16</sup>; *ibid.* v. V p. 383 dedi Jurgiewiczii apographum, quod repetii *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 56 et hic repeto.



**316.** Fragmen marmoris candidi ab omnibus partibus mutilatum, a. max. 0,055 m., l. max. 0,035, cr. 0,065, a. 1885 inventum. Exstabat in museo Surutschaniano. Ad ectypum chartaceum edidi *ЗНРАО*. v. IV p. 129, n° 165<sup>5</sup>, et *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 62, unde repeto iterum cum ectypo collatum.



**317.** Frustulum minutissimum tabulae marmoreae in museo Surutschaniano servatum. Edidi *ImS.* p. 15, n° 25, et *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 58, unde repeto.



**318.** Frustum tabulae marmoris albi supra epistyllo ornatum, a reliquis partibus mutilum, a. 0,11 m., l. 0,09, cr. 0,04, inventum in Olbiae parietinis a. 1877. Exstabat Kischinevi apud Surutschanum, qui apographum et ectypa misit. Edidi *IosPE*<sup>1</sup>. v. I n° 165, unde repeto iterum cum ectypo collatum.



**319.** Frustum tabulae marmoris candidi undique mutilum, a. fere 0,09 m. totidemque latum, cr. 0,11. Litterae altae circa 0,02 m. bene in ectypo dispiciuntur. Infra est spatium vacuum. Rep. Olbiae a. 1886, exstabat Kischinevi in museo Surutschaniano. Ad ectypum chartaceum edidi *ЗНРАО*. v. IV p. 129, n° 165<sup>8</sup>, et *IosPE*<sup>1</sup> v. IV n° 53, unde repeto.

ΑΙ&lt;

XPH

vac.

Litteratura est quarti aut tertii a. Chr. saeculi.

**320.** Fragmentum tabulae marmoris candidi a. fere 0,09 m., l. 0,12, cr. circa 0,035. Superest pars marginis summi, reliquis fractis. Litterae superstites, a. circa 0,02 m., diligenter exaratae bene etiam nunc leguntur. Rep. Olbiae a. 1886, exstabat apud Surutschanum. Ad ectypum chartaceum edidi *ЗНРАΟ*. v. IV p. 129, n° 165<sup>2</sup>, et *ΙοσΡΕ*<sup>1</sup>. v. IV n° 54. Nunc iterum cum ectypo contuli.

vac.

ΕΙΟΥ

Videtur esse genetivus nominis proprii, velut [*Διονυ*]σίου. Litteratura indicat aetatem tertio a. Chr. saeculo non recentiore.

**321.** Fragmentum tabulae marmoris subcaerulei ab omnibus partibus mutilatum praeter imam, a. 0,22 m., l. 0,20, cr. 0,15. Non supersunt nisi tres litterae quarti a. Chr. saeculi, 0,03 m. altae. Exscripsi et edidi *ΗΑΚ*. f. 18, p. 113, n° 21, unde repeto.

Fragmentum a. 1905 Olbiae inventum exstat Odessae in museo societatis.

X O Y

Pertinere haec videntur ad nomen proprium genetivo casu positum (*Λαμάχου* vel *Συμμάχου* vel *Ἀντιόχου* vel sim.).

**322.** [Scripsit M. Rostovzev]. Fragmentum tabulae marmoreae. Servatus est angulus inferior dexter, superne et a sinistra fractus, a. 0,31 m., l. 0,425, cr. 0,05. Campus, in quo exarata est inscriptio latina, marginibus depressior. Litterae satis diligenter excisae sunt, evanidae tamen aquave adesae; in linea quarta ceteris grandiores latiusque dispositae. Inventum a. 1914 a Pharmakovskio in flumine Bug sub praerupto clivo, qui muro urbane coronatur. Exstat Petropoli in museo Universitatis. Ed. M. Rostovzev, *ΗΑΚ*. f. 58 (1915), p. 1 sqq.



... x vexil(latio) | leg(ionum) XI Cl(audiac)]  
I Ital(icae) V Mac(edonicae) | [e]t c(ohortis)  
VI m(iliariae) A(sturum)(?) | [sub ... Ita]-  
lico (centurione) leg(ionis) XI Cl(audiac).

L. 1 nil exhibet praeter miseras litterarum reliquias; l. 2 primae litterae hastas probabiliter in X suppleveris. De inscriptione restituenda egi l. 1.; ibid. de praesidii militaris Olbiae collocati historia copiosius actum est.

Vexillatio ad tuendam oram septentrionalem Ponti Euxini missa inde ab Hadriano Caesare copiis constabat in provincia Moesia Inferiore collocatis (cum legionibus tum auxiliis), tribus dumtaxat legionibus: I Italica et V Macedonica et XI Claudia, additis complu-

ribus cohortibus auxiliaribus, alis et numeris. Cf. F. Beuchel, *De legione Romanorum I Italica*, Lipsiae 1903; B. Filow, *Die Legionen der Provinz Moesia* (*Klio, Beiheft VI*, Leipzig 1906); В. Филовъ, *Помощнари войска на римската провинция Мизия. Период. Чув.* 1906; H. van de Weerd, *Étude hist. sur trois légions romaines du Bas-Danube etc.* (*Université de Louvain. Rec. de travaux*, fasc. 16, Louvain-Paris, 1907).

De l. 4 restituenda incertus haereo. Inter Moesiae Inferioris praesidia cohors VI Asturum nullo deserto testimonio refertur; fuisse tamen colligitur e cursu honorum cuiusdam praefecti eius in Asturica Hispaniae reperto, CIL. II 2637.

L. 5. Imperium copiarum in oppidorum castellorumve praesidio collocatarum semper centurioni demandabatur. Exarata est inscriptio utique ante primos Septimi Severi Caesaris annos, quippe quo tempore legio V Macedonica iam in Dacia morabatur, vix ante a. 166 eo deducta (cf. Van de Weerd, l. l., 73 sqq., 85; Filow, l. l. 77 sqq.); neque vero ante Traiani vel Hadriani tempora, cum legio XI Claudia ex Pannonia in Moesiam Inferiorem traducta est (cf. Van de Weerd, l. l., 184 sqq.; Filow, l. l., 64).

**323.** Fragmentum tabulae lapidis calcarii a. 0,07 m., l. 0,24. cr. supra 0,02, infra 0,095. Supersunt particulae duorum ver-

suum tituli latini litteris grandioribus (a. 0,035 m.) scripti. Exscripsi et edidi *IAK.* f. 18, p. 113, n° 22, unde repeto.

Fragmentum a. 1905 in Olbiae parietinis inventum exstat nunc Odessae in museo societatis.

ANIANTONIN. . . . . ani Antonin[us]. . .  
 Γ VFFOPN . . . . . g]ue cor[rum]. . .

**324.** Cum editionem priorem pararem, Th. Mommsenus fragmenti tituli Latini apographum et ectypum per Pomialovskium mecum communicavit, addita adnotatione hac: «Tabulae pars marmoris ut videtur Pentelici. Ex ora septentrionali Ponti Euxini inter alia attulit Becker; iam cum supellectile eius reliqua extat Berolini in museo.

*in honorem Domus dicinae?*

· MP CAesari  
 vac.

In fine aut integra aut certe interstitio maiore subscriptio a parte superiore separabatur». Haec inserui IosPE<sup>1</sup>. v. I add. p. 224 n° 178<sup>1</sup>, unde repeto. Exstat etiam CIL. v. III suppl. fasc. I (a. 1889) p. 1368, n° 7601, ad fidem eiusdem apographi Mommseniani, litteris lineola circumductis ad indicandam formam superioris fragmenti partis. (De hac editione monui *ЗИПЛО.* v. V p. 364 et IosPE<sup>1</sup>. v. IV add. p. 277).

## IV. OLBIOPOLITARUM TITULI

## in insula Leuce reperti.

**325.** Leucen insulam (quae hodie Phidonisi vocatur) Istri ostiis obiectam Achillique antiqua aetate dicatam accuratissime descripsit Koehlerus in commentatione saepius iam a nobis laudata de insulis et cursu Achillis, quae a. 1826 in lucem prodiit. Anno 1839 Leuces solum exploratum est a Solovjevio, a. 1841 a Mursakeviczio eiusque comitibus. De his explorationibus copiose rettulit Mursakeviczius 300. v. I (a. 1844) p. 549 sq. et v. II p. 2 (a. 1850) p. 413 sq.; qui in priore relatione p. 554 sq. scripsit Achillis templi fundamenta, quae aetatem tulissent, paulo ante adventum suum a B. . . quodam, qui pharum exstruendam in insula suscepisset, effossa esse et dispersa, ut pauca superessent; e lapidibus inscriptis, quorum meminisset Arrianus (Per. P. Eux. 21), unum superesse graece inscriptum, sed temporis iniuria adeo laesum, ut summa adhibita cura non nisi litteras aliquot legere ipse posset, e quibus de tituli argumento nihil certi statuere liceret. Alterum lapidem inscriptum a. 1841 a Solovjevio inventum v. infra n. 326 (tituli duo vasis inscripti in tertio volumine repetentur). — Cum ego huius sylloges adornandae munus suscepissem, Io. Pomialovski secretarius Societatis archaeologicae Petropolitanae mihi tradidit Sitnikovii relationes manuscriptorum in eiusdem societatis tabulario servatas, in his apographum tituli «a. 1840 in insula Leuce reperti, cum pharus exstrueretur». Hunc non diversum esse ab eo, cuius meminit Murzakeviczius, admodum mihi videtur probabile. Incisum esse lapidi 1 arschin  $1\frac{1}{2}$  verschok (= 0,775 m.) longo, 14 versch. (0,62) lato,  $10\frac{1}{2}$  v. (0,465) alto Sitnikovius adnotavit in schedis. Cuius apographum utpote manu imperita factum e lapide admodum detrito perquam est vitiosum. Quod cum dolerem, insignem opem tulit vir illustrissimus Th. Mommsen, qui cum eiusdem lapidis imaginem photographicam ab Arendto accepisset ex oppido Galatz, statim eam per Pomialovskium mihi exscribendam misit, additis postea ectypis quoque chartaceis, in quibus tamen propter miserabilem lapidis statum nihil fere dignoscitur. Ex imagine circa a. 1874 facta apparuit lapidem a partibus dextra et ima esse integrum, a reliquis mutilum; singulis versibus spatia parva interposita; superficiem margini dextro proximam adeo esse oblitteratam, ut iam distingui non possit, quot litterae in singulis versibus perierint (v. 8 spatium vacuum esse videtur). His subsidiis usus titulum edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 171.

Cum sylloges meae v. I in lucem iam prodisset. I. H. Mordtmannus in litteris ad me datis, quarum supra mentionem feci ad n° 2 (p. 5), indicavit huius tituli editionem, quae me fugerat, nempe a Babingtone factam in *Transactions of the R. Society of litter.* 2 ser. v. X (1874), p. 133, № 34 ad apographum Sprattii, quod tamen nullas fere lectionis varietates praebet, quae ad textum plenius restituendum possint usui esse<sup>1</sup>). Mox E. Egger ima-

1) De lapide ipso haec Sprattius cum Babingtone per litteras communicavit: «The inscription was on the end of a quadrangular block of white marble, 4 feet 9 inches long, 2 f. broad, and 1 f. 6 high, having two holes on the

gine photographica usus titulum edidit in *Bulletin de corresp. hellénique* v. IX (a. 1885) p. 375 sqq., editione mea neglecta. De hac editione dixi in libro meo *Ἡεμδ. οβζ Ολοσιν* p. 53, n. 1. Brevi post lapide ex Leuce insula in museum urbis Bucurest translato titulum denuo a se exscriptum edidit Točilescu in *Archäol.-epigr. Mittheil. aus Oesterreich*, v. XI fasc. 1 (a. 1887), p. 37, № 41<sup>1)</sup>, lapide hisce verbis breviter descripto: «*Basis aus Sandstein. . . H. 1, 12, br. 0,24, d. P. 0,17*<sup>2)</sup>». Cum apographum eius ad lapidem ipsum factum aliquanto plenius sit meo, quod ad imaginem photographicam evanidam factum erat, ex illo hic exemplum meum supplere placuit.

I ΕΙ ΟΛΒΙΟ[πολ . . . . .]  
 ΑΝΚΑΙΤΟΥΣΤΕΚΑΤΑΛΑΒΟΙ  
 [ . . . ]ΣΤΕΙΑΙΤΩΝΕΛΛΗΝΩΝ  
 [ . . . ]ΚΤΕΙΙ[ . . . ]ΑΙΤΟΥΣΜΕΘΑΥΤΩΝΕΚΤΗΣΝ  
 5 ΕΒΑΛΕΝΚΑΙΠΑΡΑΓΕΝΟΜΕΝΟΣΕΙΣΤΗΝΠΟΛΙΝ  
 ΑΛΛΑΚΑΙΜΕΓΑΛΑΧΡΗΣΙΜΟΣΓΕΙΟΝΕΝΤΩΙΔΗ  
 ΟΛΒΙΟΓΟΛΙΤΩΝΚΑΙΔΙΑΤΑΥΤΑΟΔΗΜΟΣ  
 ΟΝΚΑΙΖΩΝΤΑΕΤΙΜΗΣΕΝΔΩΡΕΑΙ vac.  
 ΕΛΕΥΤΗΣΑΝΤΑΕΘΑΥΕΝΔΗΜΟΣΙΑΙ  
 10 ΝΤΩΙΔΗΜΩΙΤΩΙΟΛΒΙΟΓΟΛΙΤΩΝ  
 ΑΥΤΟΥΕΙΚΟΝΑΟΡΩΣΑΝΑΙΤΕΠΡΑΞΕΙ  
 ΝΗΜΟΝΕΥΩΝΤΑΙΚΑΙΗΠΟΛΙΣΦΑΝΕΡ  
 ΊΣΕΛΛΗΣΙΝΟΤΙΚΑΙΤΗΣΝΗΣΟΥΠΟΛ  
 ΡΟΕΙΤΑΙΚΑΤΑΤΑΠΑΤΡΙΑΚΑΙΤΟΥΣ  
 15 ΝΟΥΣΕΙΣΑΥΤΗΝΚΑΙΖΩΝΤΑΕΤΙΜ  
 ΊΝΑ[ . . . ]ΟΙΣΑΪΙΛΣΑΡΟΔΙΔΩΣΙ

vac. 4 versuum spatium.

Cum exemplum a Točilescu editum omnium sit accuratissimum, Babingtonis et Eggeri lectiones variantes enotare supersedeo. V. 5 Toč. habet ΙΞ pro ΕΙΞ.

1 . . . Ὀλβιο[πολ . . . . .]  
 . . . . .]αν και τους τε καταλαβέντας  
 την ἱεράν νῆσον ἐπί? λη]στείαι τῶν Ἑλλήνων

top, as if for the feet of a statue, and a groove for an iron brace at the end. It was lying on the top of the island, close to the lighthouse, and I think *in situ*. The inscription, being on the side or end that was half buried in the earth, was not seen by me for sometime, not until I had this, and some other blocks close to it removed».

1) De editionibus Babingtonis, Eggeri, Točilescu monui *ΣΗΡΑΟ.* v. IV p. 146 sq. et *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV add. p. 275—6.

2) Miror, quantum Sitnikovius, Sprattiusque et Točilescu dissentiant de lapidis natura et magnitudine.

- [ἀπέ]κτει[νε]ν καὶ τοὺς μεθ' αὐτῶν ἐκ τῆς ν[ή]σου  
 5 ἐξ]έβαλεν καὶ παραγενόμενος εἰς τὴν πόλιν  
 πο]λλὰ καὶ μεγάλα χρήσιμος γέ[γ]ονεν τῷ δῆ-  
 μωι:] Ὀλβιοπολιτῶν καὶ διὰ ταῦτα ὁ δῆμος  
 [αὐτ]ὸν καὶ [ζ]ῶντα ἐτίμησεν δωρεᾶι  
 [καὶ τ]ελευτήσαντα ἔθαψεν δημοσίαι·  
 10 [ἔδοξεν οὖ]ν τῷ δῆμωι τῷ Ὀλβιοπολιτῶν  
 [σταθῆναι] αὐτοῦ εἰκόνα, ὅπως ἂν αἴ τε πράξει[ς]  
 αὐτοῦ μ]νημονεύωνται καὶ ἡ πόλις φανερ[ὸν]  
 ποιήσῃ τ[οῖς] Ἑλλησιν, ὅτι καὶ τῆς νήσου πολ[λὴν]  
 πρόνοιαν?] ποεῖται κατὰ τὰ πάτρια καὶ τοὺς φι-  
 15 λοτιμουμέ]νους εἰς αὐτὴν καὶ ζῶντας τιμ[ᾶι]  
 καὶ τελευτήσασ]ιν α[ὐτ]οῖς ἀ[ξ]ίας ἀποδίδωσι  
 [χάριτας].

Versibus 1 — 4 et 16 Toçilescu supplementa adoptavi, quippe quae admodum visa sint veri similia. E reliqua supplementorum varietate nonnulla admodum sunt dubia; veluti Toçilescu putans, ut videtur, cum Eggero antiqua aetate in Leuce insula urbem fuisse, vv. 13 — 14 legendum proposuit ὅτι καὶ τῆς νήσου πολ[λείτας περὶ πολλοῦ] ποεῖται; sed etiamsi taceamus in hoc supplemento leges sermonis Graeci et orthographiae esse neglectas, multa veterum auctorum testimonia probant insulam hanc fuisse desertam (v. infra).

Decretum hoc ab Olbiopolitis in honorem viri cuiusdam de ipsis optime meriti factum cum propter scripturae rationes, tum propter sermonis brevitatem et simplicitatem quarto a. Chr. saeculo aut certe tertii saeculi parte priore non recentius esse puto. Alterum decretum huic simile (si quidem recte id restitui), in Olbiae ipsius parietinis inventum, supra dedi n° 26; titulum Olbiopolitae cuiusdam dedicatorium in eadem insula positum infra habes n° 326. Hi omnes probant Olbiopolitas Achillis templi, quod erat in insula Leuce, antiquitus curam habuisse. Cognoscimus autem e Dione Chrysostomo (or. Borysth. p. 439 M.) duo Achillis templa habuisse Olbiopolitas, alterum in urbe, alterum in Achillis insula; hanc esse Borysthenidem (quae nunc Berezan dicitur) contendit Koehlerus de ins. et cursu Ach. p. 103 sq.; sed his titulis inventis non iam videtur dubium, quin de Leuce insula locutus sit Dio. Viri, in quorum honorem facta sunt decreta, in ipsa insula videntur habitasse ac de eis, qui insulam adibant Achillem adoraturi, bene esse meriti. At narrant veteres (Scyl. Peripl. 68; Arrian. Per. 32; Anon. Peripl. 66; Amm. Marc. XXII, 8, 35; Max. Tyr. diss. XX, 7) desertam fuisse insulam vetitosque adeo fuisse in ea pernoctare navigantes (Philostr. Heroic. 20, 35) aut certe periculosum hoc fuisse (Amm. Marc. l. l.); sed et sacrificare deo necesse erat et rerum sacrarum habere curam: ideo sacerdotes lege illa solutos in insula habitasse probabile est eosque viros, in quorum honorem facta decreta ad nos pervenerint, aut Achillis sacerdotes aut templi fuisse curatores.

**Переводъ** съ стр. 2-й: . . . захватившихъ свещенный островъ для грабежа(?) Еллиновъ перебилъ и бывшихъ съ ними изгнать съ острова, и прибывъ въ городъ [Ольвію], оказалъ много важныхъ услугъ народу Ольвіополитовъ, и за это народъ его и при жизни почтилъ подаркомъ, и послѣ смерти похоронилъ на общественный счетъ. Итакъ постановилъ народъ Ольвіополитовъ поставить ему статую, дабы и дѣянiя его оставались въ памяти, и городъ сдѣлалъ очевиднымъ Еллинамъ, что они и объ островѣ имѣютъ большое попеченiе (?) по завѣщанью отцовъ, и служащихъ ему и живыхъ почитаетъ и умершимъ воздаетъ достойную благодарность.

**326.** Basis lapidis calcarii albi a. 0,29 m., l. 0,81, longa 0,47, parte adversa a dextra fracta; in superficie statuæ pedum vestigia supersunt. Tituli pars quæ exstat optime servata est; litterarum altitudo v. 1 circa 0,025 m. est, v. 2 c. 0,03. Ed. N. Mursakewicz 300. v. II p. 413, addita lapidis imagine in tab. lithographica XIII.

Lapis a. 1841 a Solovjevio ex insula Leuce allatus exstat in museo societatis Odessitanæ. Exscripsi et edidi IosP'E<sup>1</sup>. v. I n° 172, unde repeto.

ΜΟΣΤΡΑΤΟΑΧΙΛΛΕΙ  
ΗΣΜΕΔΕΟΝΤΙΟΛΒΙΟΠΟΛΙΤΙ

Σ

[‘Ο δεῖνα Δη]μοστράτο(υ) Ἀχιλλεῖ  
[Λευκ]ῆς μεδέοντι Ὀλβιοπολίτ[η]ς.

*Var. lect.* Mursakewicz v. 1 in. **NE** legit (quod valde miror, quoniam ο littera optime dispicitur) restituitque (Με)νέστρατο(ς) etc. Quod supplementum ideo ferri non potest, quod Σ littera post ΤΟ nunquam exstitit in lapide. Est genetivus antiquo modo scriptus; ipsius viri, a quo statua fuit posita, nomen lapide fracto periit. V. 2 in. recte restituit Mursakewicz.

Monumentum cum propter litteraturam, tum propter antiquum Ο pro ΟΥ scribendi genus civitatisque nomen in fine tituli positum IV a. Chr. saeculo non est recentius.

**Переводъ.** (Такой то, сынъ) Димострата Ольвіополитъ посвятилъ Ахиллу, владыкѣ Левки.

## V. HECATES LUCUS.

**327.** Inter eum sinum, qui Borysthenis et Hypanis ostiis confluentibus efficitur (Днѣпровско-Бугскій лиманъ), et sinum hodie Jegorlyk dictum paeninsula est inter septentriones et occidentem e regione oppidi Oczakov desinens in ligulam arenosam, quæ antiquis temporibus Hecates lucus<sup>1</sup>) vocabatur, nostra aetate a castello Kinburn in ea sito «Кинбурнская коса» nomen accepit. Iuxta hanc ligulam, medio fere spatio inter finem eius et castellum, in mari occidentem versus (circa 20 m. a litore) anno 1885 piscatores lapidem magnæ molis invenerunt, qui cum retia eorum identidem laceraret, in terram eum extrahere decreverunt. Quod cum non sine magno labore fecissent et cochleas adhaerentes abstersissent, in lapide

1) Ptolem. Geogr. III, 5, 2. Anon. Per. § 53. Cf. quæ de his locis diximus in commentatione de insula s. Aetherii, inserta ЖМНП. m. Маи a. 1895 (= ПОНТИКА, pp. 284—297).



litterae antiqua aetate incisae apparuerunt. Qua de re certior factus Surutschanus eum acquisivit et a. 1889 Kischinevum in museum suum transportandum curavit.

Lapis est calcarius formae cylindratae, molari similis, altus 0,52 m., diam. 0,78, pendens circa 549 kgr. (33 p. 20 f. Ross.). Superficie pars postica oblique abscisa est eo, ut videtur, consilio, ut sanguis victimarum deflueret. Tituli litterae grandes sunt (a. circa 0,07 m.), sed impares et perquam corrosae; sed cum alte exaratae sint, satis bene etiam nunc distinguuntur. Edidi *ImS.* p. 1 n° 1, lapidis forma in tab. I arte quae dicitur phototypica repraesentata, et *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 63 cum imagine, quae hic repetitur.



Ἀχιλλεῖ  
τὸν βωμὸν  
καὶ τὸ κέδρον.

Inter omnes constat Achillem a Graecis Ponti Euxini oras incolentibus inter summos deos cultum esse<sup>1</sup>), et maxime quidem ab Olbiopolitis. Praeter Olbiam ipsam templum Achillis erat in insula Leuce (v. ad n° 325); eidem dicata erat paeninsula, cui nomen erat Cursus Achillis (hodie Tendra, Тендровская коса). Hic a. 1824 nummi permulti et fragmenta aliquot marmorea anaglyphis ornata aut litteris inscripta reperta sunt (v. infra p. 276 sqq.), quibus nisus Blarambergius sententiam protulit<sup>2</sup>) ibi quoque aut templum Achillis stetisse (cuius vestigia tamen nusquam apparuerunt), aut certe aram. Nunc videmus Achillem non solum in Cursu, sed etiam in Hecates luco cultum esse, fortasse a piscatoribus sive nautis, qui illuc appelabant; nam aedificiorum antiquorum vestigia, quae probent antiqua aetate habitasse eis locis homines, quantum scimus, nusquam inventa sunt. Ceterum cum lapis, ut diximus, in mari inventus sit satis longe a litore, apparet ligulam locum mutasse.

Quod ad titulum ipsum attinet, litterarum formae probant eum quarto a. Chr. saeculo non esse recentiore. Quamvis lapis ipse videatur esse integer, statuendum est titulum esse

1) Cf. H. K. E. Koehler, Mémoire sur les îles et la course cons. à Achille dans le Pont-Euxin, Petr. 1826; Fleischer in Roscheri lexico myth. Gr. et Rom. s. v. Achilleus (v. I, p. 56 sq.); Латышевъ, Исслѣдованія объ исторіи и госуд. стрѣбъ города Ольбии, p. 54 sq.

2) 300. v. II, p. 18 (1848).

mutilatum versu, qui summus fuerat, omnino deleto, nam in parte conservata verbum non exstat, unde accusativi pendeant: veri simile est scriptum fuisse [ὁ δεινα ἀνέθηκεν] sive [οἱ δεινα ἀνέθεσαν]<sup>1)</sup>.

Quid significet τὸ κέδρον, non satis liquet. Constat cedrum arborem Graece dici ἢ κέδρος. Dicunt sane Moeris et Eustathius Aelium Dionysium secutus Atticos neutro genere arborem significasse, ceteros Graecos feminino<sup>2)</sup>; sed refutatur eorum testimonium a novissimis Theophrasti Stephaniani editoribus, in quo haec legimus<sup>3)</sup>: «Quibus [sc. Moeridi et Eustathio] assensum cave praebeas. Etsi enim Dionysium magna cum doctrinae laude in grammaticis rebus versatum nonnulli prodiderint, plus tamen apud nos valere debet Atticorum auctoritas, a quibus eam vocem feminino genere semper usurpatam deprehendimus. Sic Eurip. Alc. 365 et Theophrastus, qui ea voce semper utitur, sed nunquam nisi feminino genere. Atticos ceteri omnes secuti sunt, si Aristotelem excipias, in cuius Admirandis legitur genitivus κέδρου cum articulo τοῦ, ubi tamen τῆς scribendum esse suspicamur, quum Aristotelem ab ea loquendi ratione, quae vulgo obtinebat, discessisse parum probabile sit. Certe neutrum nusquam reperias». In nostro titulo arborem intellegi posse vel ideo minime est probabile, quod in ea regione, ubi ara inventa est, cedri non nascuntur<sup>4)</sup>. Etymologus (s. v.) et Thomas Magister (p. 520) docent femininum genus tunc locum habere, cum de arbore sermo sit, neutrum vero, cum de fructu: κέδρος θηλυκῶς τὸ δένδρον, κέδρον δὲ οὐδετέρως ὁ καρπός. Sed ne fructus quidem mentio in titulo bene potest explicari. Restat igitur, ut Photius<sup>5)</sup> secuti putemus de *turc* agi, quod is, qui aram dicavit, quicumque fuit, simul deo obtulit, ut inter sacrificandum incenderetur.

## VI. CURSUS ACHILLIS.

In cursu Achillis, qui hodie Tendra sive Tendrovskaja cossa vocatur, a. 1824 Kritski quidam praefectus classis ad astra observanda et pharum aedificandam illuc missus, cum parvum quendam tumulum in septentrionali cursus parte effodisset, nummos permultos et

1) Ceterum cf. quae adnotavit Al. Nikitsky in censura libelli a me et Surutschano editi (*Фил. Обзор*. VIII, 2) p. 162: «По фотографии кажется, что места надъ Ἀχιλλεὺς недостаточно для строки (шрифтъ 0,07). Кроме того, такъ какъ въ каждой изъ наличныхъ строкъ имѣется въ сущности только по одному слову (союзъ въ счетъ не идетъ), то, вѣроятно, и выше было то же, такъ что, если допустить съ издателями утрату лишь одной строки, я предпочелъ бы предположить въ ней только имя посвятителя (можетъ быть, ὁ δῆμος или ἡ πόλις) безъ ἀνέθηκεν (см. подобные пропуски въ мѣстныхъ надписяхъ *Inscr. Pont.* I, 79—82, 94, ср. 103 и 105—109). Но возможно также считать камень цѣлымъ и ничего не дополнять, потому что слова ὁ δῆμος или ἡ πόλις и ἀνέθηκεν весьма легко подразумѣвались. . . Возможно, наконецъ, что мы имѣемъ только нижнюю часть

жертвенника (обломокъ или нижнй пластъ), недостающія же имена или имя посвятителя съ ἀνέθηκεν или безъ него были въ 2—3 строкахъ верхней части. При отсутствіи автописи мнѣ одна изъ двухъ послѣднихъ возможностей представляется болѣе вѣроятной».

2) Moer. p. 232: κέδρον οὐδετέρως Ἀττικοί, θηλυκῶς Ἕλληνας. Eust. p. 1390, 50.

3) Thesaurus Graecae linguae ab H. Stephano constructus etc., v. IV (Paris. 1841), p. 1404.

4) De arboribus Hylaeae antiquae cf. quae dixit Pl. Buratschkov *300*. v. IX, p. 3 sq. (О мѣстоположеніи древняго города Каркинитеса и монетахъ ему принадлежащихъ).

5) Phot. Lex. v. I, p. 331 ed. Naber: κέδρον οὐδετέρως λέγουσι τὸ θυρίαμα.

fragmenta aliquot marmorea sive anaglyphis ornata sive litteris inscripta invenit. De his primum rettulerunt Stempkovskius in Koeppeni opere periodico, quod inscriptum est «*Библиографическіе листы*», a. 1825 n° 24 p. 336 sq., et in *Journal de St. Pétersbourg* a. 1825 n° 118; Blarambergius in Bulgarini et Gretschi diario, cuius titulus est «*Спѣсрныи Архивъ*», a. 1825 n° 24 p. 355 sq. Contra Stempkovskium dixit quaedam Koehlerus in libro suo de insulis et cursu Achillis scripto, p. 97 sq., qui dubitavit, num re vera in tumulo illo cum nummis anaglypha inventa essent. Sed postea Blarambergius in diario russo Odessitano a. 1828 n° 5 (et in opere postumo *300*. v. II a. 1848 inserto, p. 18) scripsit post Kritskium etiam apparitorem quendam in Tendram Odessa a comite Vorontzovio missum alias res antiquas permultas ibidem invenisse Odessamque, ut iussus esset, deportasse; inter monumenta litteris inscripta, quae partim apud comitem Vorontzovium, partim apud se servarentur, esse duo fragmenta marmorea unumque argillaceum, quae ad tria diversa *χαριστήρια* pertinuissent. Idem fragmentorum inscriptiones cum Boeckhio communicavit, qui edidit C. I. Gr. II n° 2096 *h—f*. Locus, ubi res antiquae inventae erant, accuratius descriptus est sine auctoris nomine in diario Odess. a. 1828 n° 21<sup>1</sup>).

E titulis a Boeckhio editis unum (n° 328) Odessae in museo societatis servatum ipse a. 1883 exscripsi; ceterorum exempla Boeckhiana repetii in priore editione et hic repeto.

**328.** Fragmentum lapidis, ut videtur, calcarii undique mutilum, a. 0,11 m., l. 0,08, cr. 0,03, litteris aetatis satis recentis (a. 0,01 m.) inscriptum. C. I. Gr. 2096 *c*; IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 179.

1 Δ V I N  
 ; Δ Η Μ Α  
 < Ἰ Η Λ Ι  
 C Λ Ο Ι  
 5 A N T I C  
 Δ Ι Ο Κ  
 Χ Ι Λ Λ Ε

1) Cum hoc diarium hodie vel in Russia perraro inveniri possit, hanc descriptionem integram hic repetere placet. «Возвышеніе, въ коемъ въ 1824 году отысканы греческія и римскія монеты, камни съ изображеніями и надписями и другія древности, прежде разрытія имѣло, какъ говорятъ, фигуру опрокинутого чайнаго блюдечка, не болѣе 1¼ арш. вышиною и около 25 саж. въ обмѣрѣ основанія. Оно лежитъ въ сѣверной части Тендры, саженьяхъ въ 20 отъ восточнаго берега, и состоитъ частію изъ перегнившихъ веществъ и земли. Въ немъ было очень мало песку, и основаніе кургана не только не состояло изъ сего вещества, какъ нѣкоторые утверждаютъ, но даже очень мало онаго видно, да и то на томъ только мѣстѣ, гдѣ вѣроятно былъ очагъ. Угольевъ также много не найдено.

Полагать должно, что здѣсь было строеніе изъ землянаго несжеиаго кирпича; ибо въ сей развалинѣ не найдено строеваго камня. Можно бы было подумать, что камни отсюда перенесены; но таковыхъ ни въ окрестностяхъ кургана, ни на одномъ рыбномъ заводѣ не видно. Только близъ самаго кургана найдены два камня, которые были чисто и гладко обтесаны; да въ курганѣ, какъ выше сказано, были сокрыты обломки съ надписями и изображеніями. Битой черепицы очень мало замѣтно. По всѣмъ симъ признакамъ не возможно предполагать, чтобы тутъ было какое либо значительное зданіе. Въ окрестности вовсе нѣтъ слѣдовъ другихъ строеній».

*Var. lect.* V. 1 primi ductus sunt ΙΥ apud B.—V. 2 primum I omissum.—V. 3: CAIHAH, v. 4: ΟΔΟΤ, v. 5 primum Λ omissum, v. 7 in. A additum, quod hodie non exstat in lapide.

Has lacinias quamquam qua potui diligentia excepi, facere non possum tamen quin repetam cum Boeckhio nihil dignoscere licere nisi v. 7 [Ἄ]χιλλε[ῖ].

**329.** [Fragmentum] «marmoris candidi». C. I. Gr. 2096 b. IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 180.

Υ Π Α Ν Ο Σ Ι — — —	Ἵπανος. . . .
Θ Ω Α Χ Ι Λ Λ — — —	. . . Ἀχιλλ[εῖ]
Α Ν Ε Σ Τ Η Σ Ε Ν	ἀνέσ[τησεν].

V. 3 litteras punctis notatas e coniectura addidisse Blarambergium, non e lapide exscripsisse persuasum habeo: saepius enim animadverti illum eas litteras ita expressisse, quae in lapidibus non essent servatae.

**330.** «In fragmine marmoreo, sub anaglypho prorsus mutilo» C. I. Gr. 2096 c. IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 181.

Α Μ Ε Ρ Ι Μ Ν Ο Σ Ι Δ Ι Α Ν Ο Σ — — —  
Κ Α Ι Ε Ψ Ρ Ι Α Σ Ε Υ Χ Α Ρ Η — — —

Ἄμεριμνος Ἰουλιανο[ῦ] (vel si plures fuerint, Ἀμέριμνος, Ἰουλιανό[ς] ὑπὲρ ὑγείας?) καὶ σωτηρίας εὐχαρ[ιστήριον?]. Boeckh.

**331.** «In fragmine marmoreo, revulso ab alio in quo caput galeatum, fortasse Achillis, cum parte pectoris eleganter vestita et clypei, quem ille bellator manu tenebat, particula supersunt». C. I. Gr. 2096 f. IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 182.

Χ Α Ρ Ι Σ Τ Η Ρ Ι Ο Ν  
Κ Υ Β Ε Ρ Ν Η Τ Η Ν

Χαριστήριον [ἀνέθηκεν ὁ δεῖνα] κυβερνήτη[ς]. Boeckh.

**332.** «In fragmine vasis cocti». C. I. Gr. 2096 d. IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 183.

Ε Π Ι — — —	Ἐπὶ [ιερέως Ἰ]-
Ε Ρ Ο Σ Ω — — —	ερωσῶ[ντος Ἀχιλλεῖ?
. Υ Χ Α Ρ Ι Σ Τ Η Ρ Ι Ο Ν — —	ε]ὐχαριστήριον [ὁ δεῖνα τοῦ
— — — — Α Π Ο Β Ο Σ Γ — —	δεῖνος] ἀπὸ Βασπ[όρου — —
— — — — Υ Τ Η Σ — — — —	— — να]ύτης — — —

Supplementa sunt Boeckhii, qui adnotavit restituisse se quae potuisset; v. 2 Ω pro Ω scriptum videri. V. 1 fortasse nomen eponymi periit, ut [Ἰ]ερασῶ[ντος] patris eius fuerit nomen. Hoc fragmentum quamquam ad hoc volumen non pertinet, quippe quod vasi inscriptum sit, tamen a ceteris eodem loco inventis separare nolui.

## VII. TITULI LOCORUM SARMATIAE INCERTORUM.

Odessae in museo societatis hist. et arch. exstant sex monumenta sepulcralia, quorum origo nondum certo explorata est. E quibus duo [nobis 333, 338] iam Boeckhiius edidit, communicata cum ipso a Duboisio Neoburgensi, qui ea «ex Sarmatia» provenire scripserat, unum [nobis 337] Struvius edidit a. 1870, reliqua tria ego primus publici iuris feci IosPE<sup>1</sup>. v. I nn<sup>o</sup> 175, 176, 177. In indice musei (ed. 8 a. 1880 p. 38 et 44) scriptum inveni quinque monumenta Odessae esse reperta «auctore Blarambergio»; sed neque Blarambergius neque alii viri docti, cum de rebus antiquis referrent Odessae (ubi alii Istriarum portum fuisse putant, alii Isiacorum) annis 1823 et 1826 inventis<sup>1</sup>), horum titulorum ullam mentionem fecerunt. Praeterea si lapides Blarambergio etiamtum vivo essent inventi, communicaturum eum fuisse titulos cum Boeckhio, aut certe in ephemeridibus de eis relaturum fuisse puto. De sexto lapide (n<sup>o</sup> 337) vide quae in lemmate dico. Itaque de locis, unde hi tituli provenissent, nihil certi proferre potui, cum editionem priorem adornarem. Statui tamen syllogae meae eos esse inserendos, cum putarem facile posse eos esse Olbiopolitanos: nam Leontomenis nomen, quod in tit. 334 habemus, antiqua aetate Olbiae fuisse usitatum tituli 76 et 201 probant et formae ionicae quae sunt Δημῆς et Ἐκαταίνης Olbiae ut Milesiorum coloniae conveniunt.

In novo indice musei Odessitani a. 1887 in lucem emisso Jurgiewiczus iterum horum lapidum originem definire conatus est, sed frustra<sup>2</sup>). Patet indicia, quae exstant in tabulario


1) Vide *Messenger de la Russie mérid.* 1823 n<sup>o</sup> 63; *Revue encyclopéd.* v. XIX p. 723 (a. 1823); Blaramberg, *Choix de médailles ant. d'Olbiopolis* p. 5; *Journal d'Odessa* a. 1826 nn<sup>o</sup> 28. 30. 76. 78. 82, a. 1827 nn<sup>o</sup> 13. 14. 20. 25; *Journal de St. Pétersbourg* a. 1826 n<sup>o</sup> 130; Стемпковский, Извѣданія о мѣстоп. греч. поселеній на берегахъ Понта Евкс. p. 3 sq. et Извѣстіе о древностяхъ, найденныхъ въ Одессѣ въ теченіи 1826 года (СПб. 1827); Muralt in *Mém. de la soc. d'arch. et de numism.* v. III p. 182 sq. Cf. etiam quae Jurgiewiczus scripsit *ЗНОО.* v. XIII, p. 199 sq.

2) Jurgiewiczus in Indice p. 77 (cf. ed. 2 a. 1890, p. 80) haec dicit: «Въ указателѣ 1880 г. показаны найденными въ Одессѣ (гдѣ ищутъ нѣкоторые древній портъ Истриани, а другіе Исиаковъ, несмотря на отсутствіе въ ней всякихъ слѣдовъ древняго поселенія), въ одномъ старомъ каталогѣ значатся также между Одес-

скими, переданными изъ Одесскаго городского музея въ 1842 г., но ссылка прежняго директора музея Н. Мурзакевича на свидѣтельство Бларамберга не подтверждается описаніями находокъ, сдѣланныхъ въ Одессѣ въ 1823 и 1826 и позднѣйшихъ, о которыхъ сообщалось въ Одесскомъ Вѣстникѣ. На карточкахъ онѣ показаны изъ окрестностей Одессы, въ спискѣ древностей, помѣщенномъ въ I томѣ Записокъ Общ. 1844 года [p. 637], надгробіе Димиса [n<sup>o</sup> 333] упоминается въ числѣ предметовъ, полученныхъ изъ разныхъ мѣстъ Греціи, а въ другомъ каталогѣ — изъ Варны. Если къ тому сообразить, что и надгробіе Наиса [n<sup>o</sup> 338], считающееся Одесскимъ, по всей вѣроятности вывезено изъ Варны, мы едва ли ошибемся, предполагая, что всѣ эти надгробія найдены частью въ Варнѣ, частью въ другихъ мѣстахъ Болгаріи». De n<sup>o</sup> 338 alio Indicis loco (p. 41, № 70) dicuntur haec: «Въ указателѣ 1880 г. по-

musei societatis Odessitanae, ad loca, unde hi lapides provenerint, certo definienda nequaquam sufficere, alia vero indicia alicubi inventum iri vix licet sperare. Potest sane veri simile videri esse eos ex oppido Varna, quod Odessi loco nunc est, advectos esse, quoniam nomen «Odessa» facillime scribi potuit pro «Odesso». Sed ego titulos quinque antiquiores (nn° 333—337) nunc quoque potius Olbia provenire puto propter similitudinem, quae eis est cum titulis sepulcralibus Olbiopolitanis aetatis antiquioris, quos supra dedi (nn° 208—215). Solum monumentum Nais et Zulemae (n° 338) aliis monumentis Varna inventis adeo est simile, ut non videatur dubium, quin re vera Varna advectum sit. Sed cum priori editioni id inseruerim, in hac quoque placuit retinere.

**333.** Tabula marmoris cinerei ornamentis carens, a. 0,65 m., l. 0,34, cr. 0,13. Titulus summae lapidis parti inscriptus litteris grandioribus nusquam laesus est. Ed. Boeckh, C. I. Gr. II add. p. 1000 n° 2096 *g.* Exscripsi et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 174; inde minusculis litteris repetierunt O. Hoffmann, *Die griech. Dialekte in ihrem histor. Zusammenhange*, v. III (Gott. 1898), p. 69, n° 158 *b*; Bechtel l. c. ad n° 191, n° 5554. Habet etiam Watzinger, *GGS.* p. 2, n° 8. Hic repraesentatur titulus ex ectypo accurate delineatus ( $\frac{1}{6}$  v. m.).



Δημῆς  
Θαρσύνοντος.

*Var. lect.* V. 2 med. ΝΩ Boeckh. Error inde ortus est, quod in lapide ab utraque O litterae parte cavernae parvulae sive potius puncta exstant, quibus factum est, ut obiter lapidem inspicienti revera Ω littera oblique posita pro O videri possit.

Δημῆς Boeckhio idem est quod Δημέας s. Δημᾶς. Titulum propter litteraturae indicia ad IV a. Chr. saeculum referri posse puto.

**334.** Monumentum sepulcrale lapidis calcarii ornamentis carens, a. 0,38 m., l. 0,41, cr. 0,17. Titulus in media lapidis parte litteris 0,03 m. altis exaratus est. Exscripsi et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 175. Commemorat Watzinger, *GGS.* p. 2, n° 8 *a.* Hic titulum ex ectypo delineatum praebeo ( $\frac{1}{8}$  v. m.).

казано найденнымъ въ Одессѣ, подобно пяти другимъ, послѣ зачеркнуто съ поправкою «изъ Одессы». (Наес которыя очевидно не принадлежатъ нашему городу. | ехрoсуі ЗИРЛО. v. IV, p. 147—8 et IosPE<sup>1</sup>. v. IV add. На особой картонкѣ оно значится изъ Месемврии, что | p. 276—7).

ΛΕΟΝΤΟΜΕΝΗΣ  
ΚΛΕΙΣΟΡΝΟΥΣ

Λεοντομένης  
Κλεισορ(θ)ένους.

Titulus proxime praecedenti videtur aetate suppar esse.

**335.** Tabula lapidis calcarii cinerei superne fracta, a. 0,44 m., l. 0,29, cr. 0,08. Tituli versus primus lapidis fractura haustus est, alter ab initio oblitteratus, tertius exstat integer. Exscripsi et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 176. Commemorat Watzinger *GGS.* p. 3, n° 16*a*. Imago, quae hic repraesentatur, ex ectypo delineata est ( $\frac{1}{6}$  v. m.).

ΠΟΤΑΜ  
ΩΝΟΣ

.....|ος Ποτάμ|ωνος.

Litteratura est quarti a. Chr. saeculi.

**336.** Pila lapidis calcarii cinerei ornamentis carens, a. 0,67 m., l. 0,35, cr. 0,22, iufra desinens in spinam terrae infigendam. Titulus summae pilae parti incisus exstat incolumis; litterae altae sunt 0,035 m., nisi quod O minoris est mensurae. Exscripsi et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 177; inde repetierunt litteris minusculis Hoffmann l. c. ad n° 333, n° 158*c*; Bechtel l. c. ad n° 191, n° 5553. Habet etiam Watzinger, *GGS.* p. 2, n° 7. Imaginem ex ectypo delineandam curavi ( $\frac{1}{8}$  v. m.).

ΑΡΗΤΗ  
ΔΙΟΝΥΟΣ


Ἀρήτη  
Διονῦος.

Huius quoque tituli litteratura tempora saeculo quarto a. Chr. non recentiora indicat. De nomine Διονῦος v. quae scripsit Bechtel l. c. p. 605, ad n° 5469.

**337.** Monumentum sepulcrale lapidis arenarii fulvi, supra aetomate ornatum rudi manu secto; utrimque erant acroteria, sed hodie id, quod erat ad sinistram spectanti, fractum est; lapis altus est 0,48 m., l. 0,42, cr. 0,19. Titulus grandibus litteris (a. 0,03—0,05 m.) exaratus incolumis est excepto fine v. 2; litterae colore rubro inductae sunt, sed dubito, num antiquitas. Edidit Th. Struve *mus. Rhen.* v. XXV p. 360 n° 11.

Lapis ubi inventus sit, non constat. Struvius quamquam eum inter Olbiopolitanos edidit, tamen non videtur certo scivisse, unde provenisset; nihil enim dixit nisi se iam in museo

eum invenisse. Jurgiewiczus a me interrogatus respondit lapidem Varna advectum esse sibi videri, sed quam re haec sententia niteretur, non addidit. Equidem in scriptis, ubi de lapidibus Varna Odessam translatis refertur, nusquam eius mentione inventa, propter similitudinem, quae ei est cum lapidibus Olbiopolitanis (cf. supra n° 212, 215, 216), ex Olbiae parietinis eum provenire pato. Exscripsi (habui praeterea Jurgiewiczii apographum per litteras mecum communicatum) et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 173. Inde minusculis litteris reperierunt Hoffmann l. c. ad n° 333, n° 158 a; Bechtel l. c. ad n° 191, n° 5555. Habet etiam Watzinger, *GGs.* p. 8, n° 56. Imaginem, quae hic datur, ex ectyπο delineandam curavi ( $\frac{1}{8}$  v. m.).



Ἐκαταίης | μνημα  
τῆς | Ἀπολλοδώρου.

*Var. lect.* V. 1 extr.  $\Sigma$  omisit Struve. — V. 2 extr. **ΤΗΣ** Str., **ΤΗ** Jurg. — V. 3 extr.  $\Delta\Omega$ , v. 4  $\text{ΡΟΥ}$  Struve: sed  $\Upsilon$  nunquam in lapide exstitisse pro certo habeo.

Titulus priore parte quarti a. Chr. saeculi nequaquam est recentior.

**338.** Monumentum sepulcrale integrum marmoris candidi, a. 0,50 m., l. 0,37, cr. 0,085. Supra est fastigium rosa ornatum, sub fastigio in zophoro titulus integer aetatis Romanae, nomina defunctorum mariti et uxoris continens. Infra anaglyphum satis eleganti scalptum opere repraesentat virum in lecto cubantem et mulierem sellae insidentem; vir dextra coronam tenet; lecto mensa tripes adposita est; in utroque angulo stant pueruli. Titulum ed. Boeckh, C. I. Gr. v. II add. n° 2096 h. Exscripsi et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 178. Imaginem dedit Iul. Kulakovski in *Mam.* № 19, p. 50, n° 14. Anaglyphum accurate descripsit Watzinger, *GGs.* p. 134, n° 735.

| ΝΑΕΙΣ·ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΚΑΙ ΗΓΥΝΗ  
| ΑΥΤΟΥ ΖΟΥΛΕΜΗΣ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ |

Νάεις Διονυσίου καὶ ἡ γυνὴ  
αὐτοῦ Ζουλέμη(ς) Διονυσίου.




## VIII. CERCINITIS.

(Eupatoria).

Cercinitin sive Carcinitin oppidum, quod multi veteres scriptores inde ab Herodoto et Chersonesitarum tituli duo commemorant (v. infra), nostrae aetatis viri docti alii aliis locis ponebant. Nos de eo iam a. 1891 scripsimus, cum Chersonesitarum ius iurandum explicarem<sup>1)</sup>. Mox N. Ph. f. Romantschenko singularem commentationem<sup>2)</sup> scripsit de rebus antiquis in vicinia Eupatoriae quae nunc est inventis, quae probant hunc locum antiqua aetate esse habitatum; idem Cercinitidis nummi probant, qui his locis haud raroveniuntur. Itaque statuendum est hoc loco Cercinitin olim fuisse et titulum, de quo mox agemus, huic oppido esse adscribendum.

**339.** Tabula lapidis calcarii albi tota quidem servata, sed in duas partes fracta sive consulto discissa, supra fastigio formae ovatae (in quo anthemium fuisse coloribus pictum putat Watzinger) et cymatio lesbiaco ornata, alta 1,77 m., l. 0,39 — 0,41, cr. 0,14. Sub cymatio titulus diligenter exaratus est litteris 0,017—0,03 m. altis. Edidi *IIAK.* fasc. 10 (a. 1904) p. 18—20, n° 13, additis imaginibus totius lapidis ( $\frac{1}{16}$  v. m.) et tituli ( $\frac{1}{5}$  v. m.), quas hic repeto. Habet etiam Watzinger *GGS.* p. 14 n° 91 et tab. V.

Lapis m. Januario a. 1903 Eupatoriae casu inventus est in area I. B. f. Smitznyi (1,06 m. sub terra supra hominem sepultum), qui eum Consilio Archaeologico donavit. Exstat nunc Petropoli in museo quod vocatur Ermitage.



ΑΜΒΑΤΙΑ ΣΤΑΣ  
ΗΡΟΔΟΤΟ

Ἀμβατίας τὰς  
Ἡροδότου.

Propter litteraturam et Ἡροδότου formam titulus ad IV a. Chr. saeculum referendus est. Ἀμβατία videtur esse forma dorica nominis Ἀναβασία.

1) *Mam.* № 9, p. 6 sqq. Cf. *ЖМНП.* m. Aprilis a. 1892, s. class. p. 1 sqq. Utraque commentatio repetita est in libro meo *ΠΟΝΤΙΚΑ* iuscripto (Petrop. 1909), pp. 150 sq. et 129 sqq.

2) *Археолог. изв. и зам., изд. Моск. Археолог. Общ.* v. II (1894), pp. 9—15.

## IX. CHERSONESUS TAURICA.

Chersonesum Tauricam Heracleae Ponticae coloniam constat in ora paeinsulae Tauricae olim floruisse haud procul a Sebastopoli <sup>u</sup>be quae nunc est, occidentem versus, ubi nunc est monasterium S. Vladimiri, quem fama fert in hac urbe (quae tum iam Cherson vocabatur, slavice et russice Корсунь) Christianum esse factum. De huius urbis rebus nostra aetate scripserunt: H. Schneiderwirth, *Zur Geschichte von Cherson (Sebastopol) in Taurien (Krim)*. — *Theokrit von Chios*. Berl. 1897. — С. А. Селивановъ, *О Херсонесѣ Таврическомъ* (рѣчь). Одесса 1898. — Brandis in Pauly-Wissowa *Realencyclor.* s. v. Chersonesos, 20 (v. III, coll. 2261 — 2269). — Графъ А. А. Бобринской, *Херсонесъ Таврическій*. Истор. очеркъ. Спб. 1905. — Юліанъ Кулаковскій, *Прошлое Тавриды*. Кіевъ 1906, ed. 2 Кіевъ 1914. — Е. Э. Ивановъ. *Херсонесъ Таврическій*. Историко-археолог. очеркъ. Симферополь 1912. — *Памятники христіанскаго Херсонеса*, выш. I—III. Москва 1905—12. Commentationes, in quibus singuli tituli explicati sunt, infra suis locis commemorabimus. — Rudera Chersonesi inde ab anno 1888 iussu et impensis Consilii Caesarei archaeologici magno cum successu explorabat usque ad a. 1907 exeuntem C. C. f. Kosciuszko-Waluzynicz et post mortem eius per annos 1908—1914 R. Chr. f. Loeper. De his explorationibus rationes redduntur in actis Consilii archaeologici, quorum titulus est *Отчеты Им. Археологической Коммисіи* (1888—1912). Cf. praeterea A. Berthier de Lagardii scripta in *Мат.* № 12 (1893) et *И.А.К.* fasc. 21 (1907).

## CLASSIS PRIMA.


## Decreta.

**340.** Tabula marmoris candidi supra aetomate ornata, a dextra fracta, alta cum aetomate 0,12 m. (sub aet. 0,065), l. 0,23, cr. 0,04. A sinistra margo item paululum fractus est, infra tabula diligenter abscisa est; sed utrum hic margo antiquus conservatus sit, an recentiore aetate lapis ita abscisus sit, diiudicare non ausim; hoc tamen mihi videtur veri similis, quoniam et titulus non videtur finiri eo versu, qui nunc est ultimus, et tabula, ut nunc est, videtur esse humilior, quam ut in publico exponi potuerit. Titulum litteris minutis (a. 0,007 m.) scriptum, sed facilem etiam nunc lectu ipse exscripsi et edidi *Мат.* № 23, p. 2 sq., n° 1, et IosPE<sup>1</sup>. v. IV n° 64. Hic imaginem praebeo ad ectypum chartaceum factam (1/2 v. m.).

Lapidem a. 1897 prope Chersonesi rudera e pariete quodam extractum Petropoli possidet N. Ph. f. Romantschenko.

Notandum est A litterae mediam lineolam modo rectam esse, modo paululum curvatam. V. 1 praeter verba quae sunt «Προξενία Τιμαγόρα Ῥοδ[ίου]» nihil amplius videtur fuisse scriptum.

Aetoma.



- 1 Προξενία Τιμαγόρα Ῥοδίου].  
 [Βουλ]ά και δάμος ἔδωκε Θεότιμος [τοῦ δεῖνος, Ἄν-  
 τί]γενος Πρόνου τοῦ Αὐτέα εἶπαν [δόμην Τιμαγό-  
 ραι Ν]ικαγόρα Ῥοδίου: προξενίαν και πο[λιτείαν αὐ-  
 5 τῶι χ]αι γένει και εἰσπλους και ἐκπλ[ουον αὐτοῖς  
 και χράμ]ασι τοῖς [α]ὐτ[ῶν] και πο[λ]έμου και εἰρήνας].


Est decretum de proxenia et civitate Timagorae Rhodio danda, quod et propter litteraturae indicia et propter brevitatem ad III a. Chr. saeculum rettulerim. Nonnullae sane litterae, veluti N et Γ, eam formam habent, quae de IV saeculo cogitare suadeat, sed universum scribendi genus et A litterae forma, de qua supra diximus, tertio saeculo magis conveniunt. Utut est, hoc decretum antiquissimum est omnium huiusmodi decretorum Chersonesitanorum, quae adhuc cognovimus.

Ius intrandi in portum et exeundi (εἰσπλους και ἐκπλους) belli et pacis temporibus solet dari ἀσυλεί και ἀσπινδεί. Quibus verbis extremo versu cum nullus sit locus, supra coniecimus lapidem post decretum inscriptum esse abscisum; praeter tres illas voces in fine decreti etiam magistratus eponymi et scribae nomina fuisse consentaneum est, quae in decretis Chersonesitanis antiquioribus ultimo loco solebant poni.

**Переводъ.** Проксенія Τιμαγόρα Ροδ[οσца]. — [Совѣтъ] и народъ далъ. Θεοτιμъ [сынъ такоу-то, Анти]гонъ сынъ Прона Автеева сказали: [дать Τιμαγόру сыну Ν]ικαγόρα Ροδοσцу проксенію и гра[жданство самоу] и роду его и право въѣзда и выѣзда [имъ самимъ и имущемъ] тву ихъ въ военное и [мирное время].

341. Fragmentum tabulae marmoreae infra et a dextra fractae, ornatae aetomate et epistyllo, altum cum aetomate 0,16 m., sub aetomate 0,105, l. 0,115, cr. 0,065. Tituli litterae diligenter quidem exaratae sunt (a. circa 0,01 m.), sed admodum detritae. Edidit R. Loeper *IAK.* f. 45, p. 50, n° 4, cum imagine, quam hic repeto (minus quam  $\frac{1}{2}$  v. m.).

Lapis inventus est a. 1908 Chersonesi in ἄρσθηκι basilicae inter septentriones et orientem sitae. Servatur ibidem in museo.




Ἀπολλώ[νιος] . . .  
 Πασίων . . .  
 Ἐπειδὴ Π[ασ]ι[ων] . . .  
 χρείας παρ[έ]χεται . . .  
 χ]οιν[ᾶ]ι [καὶ ἰδία]ι? . . .

Supplevit Loeperus, qui putat v. 1 magistratus nomen fuisse inscriptum (Ἀπολλώ[νιος τοῦ δεῖνος ἐγραμμάτευε s. ἐβασίλευε) et v. 2 Πασίων[ος τοῦ δεῖνος προξενία], ut n° 340 legitur Προξενία Τιμαγόρα Ῥοδίου. Idem animadvertit tituli litteraturam similem quidem esse litteraturae decreti in honorem Syrisci facti (n° 344), sed in formis litterarum ΝΠΩ videri antiquiorem et ad IV a. Chr. saeculum referendam. Nobis litterarum formae (velut Γ) tertii potius saeculi videntur esse.

**342.** Angulus sinister tabulae marmoreae cr. 0,06 m., a. 0,13 m. totidemque latus. Tituli litteras diligenter ornatas (a. 0,01 m.) Kosciuszko-Walużynicz scripsit similes esse litteraturae decreti in Diophanti honorem facti, sed mihi videntur esse antiquiores. Edidi *ΙΑΚ.* f. 3, p. 21. n° 1, cum imagine ex ectypo chartaceo facta ( $\frac{1}{8}$  v. m.), quae hic repetitur. Cum e decreto n° 35<sup>1</sup> numerum τῶν νομοφυλάκων certo cognovissemus, R. Loeper *ΙΑΚ.* f. 45, p. 42, pro meis supplementis versuum 1—3 probabiliora proposuit, quae hic recipio.

Lapis a. 1901 Chersonesi prope basilicam quae dicitur Uvaroviana («въ пашенной ямѣ съ восточной стороны праваго нефа») inventus ibidem servatur in museo.



1 Νομοφύλακες Ἡρακλ[είδας τοῦ δεῖνος, ὁ δεῖνα . . . . .]  
 δώρου, Ἀλκίνοῦ Ἡρακ[λείδα καὶ ὁ ἐπὶ τᾶς διοικήσεως . . . δω]-  
 ρος Ἡρακ(λ)εῖδα εἶπαν ἔ[πειδὴ] . . . . . τοῦ δάμου]  
 σπεύδοντος ποτὶ τ[ὸν πόλεμον? . . . . . τῶν]  
 5 πολιτᾶν οὐθαμῶ[ς] . . . . .]  
 νων δὲ συνεξ[ε] . . . . . τὸν ἐαυ]-  
 τοῦ κίνδυνον . . . . .  
 τα χρείας κ[ . . . . . ταῖς]  
 τιμαῖς οὐθ[ . . . . . τῶν]  
 10 πολιτᾶ[ν] . . . . . φανε]-  
 ρὰν π[οιήσας τὰν] . . . . .  
 . . . . .

E decreto n° 35<sup>1</sup> cognovimus τοὺς νομοφύλακας Chersonesi quotannis ternos creari et τὸν ἐπὶ τᾶς διοικήσεως cum eis rogationes ad populum ferre solitum. Cum igitur huius decreti praescripta ex illo accuratius supplere licuisset, patuit dimidio maiorem lapidis partem fractura esse ablatam. Quod cum ita sit, argumentum eius restituere non contigit.

**343.** Summa pars tabulae marmoris candidi, aetomate simplici ornatae (cuius exigua tantum pars superest), a. ut nunc est 0,22—0,27 m., l. 0,31, cr. 0,09. Tituli pars sinistra pluvis prorsus est deleta, dextra satis bene etiam nunc legitur (litt. a. 0,008—0,01 m.). Ad ectypum chartaceum edidi *IIAK.* f. 18, p. 114, n° 23. De decreto amplius supplendo egi commentatiuncula singulari inserta collectaneis in honorem L. P. f. Buzescul professoris scriptis (*Сборникъ статей оъ честь Вл. П. Бузескула*, Харьковъ 1913—1914), pp. 206—211. Cf. Rostovzevii commentationem, quam infra indicabo ad n° 344.

Lapis m. Februario a. 1906 Chersonesi in cumulo lapidum inventus ibidem exstat in museo. Nunc iterum cum ectypo contuli.

1	ΗΡΑΚΛΕΪΔΑΣ ΠΑΡΜΕΝΟΝΤΟΣ ΕΠΙ ΤΩΝ ΔΙΟΙΚΗΣΕΩΣ	ΗΡΑΚΛΕΪΔΑΣ ΠΑΡΜΕΝΟΝΤΟΣ ΕΠΙ ΤΩΝ ΔΙΟΙΚΗΣΕΩΣ
	ΓΩΝ	ΠΟΛΥΣΤΡΑΤΟΣ ΚΛΕ.
		ΔΑΜΟΚΛΕΙΟΣ ΗΡΩΪΔΑΣ
		ΑΜΙΑΣ ΒΑΒΩΝΑΘΑΝΑΙΟΥ
5		ΕΞΗΤΟΙΣ ΠΟΛΙΤΑΙΣ ΤΑΣ
		ΣΟΝ ΚΑΙ ΤΑΣ ΓΕΝΟΜΕΝΑΣ
		ΕΝΔΕΧΟΜΕΝΑΝ ΟΔΑ
		ΥΤΑΙ ΦΑΙΝΗΤΑΙ ΧΑΡΙΝ
		ΕΙΣ ΤΩΝ ΚΑΙ ΝΥΝ ΕΚΤΕΠΕΠΟ
10		ΟΡΩΝ ΜΕΤΑ ΤΕ ΚΝΩΝ
		ΚΟΜΙΔΑΝ ΤΟΥ ΔΙΟΥΣ
		ΙΗΣΑΜΕΝΩΝ ΠΑΡΑΛΟ
		Ν ΒΑΡΒΑΡΩΝ ΚΑΙ ΔΥ
15		ΜΑΤΑΝ ΕΙΣ ΤΑΣ Α
		ΓΥΘΕΡΑ

1 Ἡρακλείδας Παρμένοντος ἐπὶ τᾶς διοικήσε[ος  
 ἐ]ών [καὶ νομοφύλα]κες Πολύστρατος Κλε. .  
 . . . . ., . . . . . Δαμοκλείος, Ἡρώιδ[ας  
 τοῦ δεῖνος καὶ τ]αμίας Βάβων Ἀθανα[ίου  
 5 εἶπαν ὅπως ἂν καλῶ]ς ἔχη τοῖς πολίταις τὰ  
 [περὶ τὰν θεᾶν Παρθέν]ον καὶ τᾶς γενομένας  
 [δι' αὐτὰν σωτηρίας] ἐνδεχομένην ὁ δᾶ-

[μος ὁ Χερσονασιτᾶν ἀ]ύται φαίνεται χάριν  
 [ἀποδιδούς, . . . . .] σωθεῖς δι' [α]ύτᾶν  
 10 [ἐκ τῶν μεγίστων κινδύν]ων, καὶ νῦν ἐκπεπο-  
 [ρευμένων τῶν εἰκητ]όρων μετὰ τέκνων  
 [καὶ γυναικῶν ἐπὶ τᾶν] κομιδᾶν τοῦ Διονύσ-  
 [ου καὶ ἔροδον δεινὰν πο]ιησαμένων παραλό-  
 [γως τῶν παρισκούντω]ν βαρβάρων καὶ δυ-  
 15 [. . . . .]μα τᾶν εἰς πᾶσα-  
 [ν. . . . . ἐλε]υθέρᾶ-  
 ν. . . . .

Kosciuszko-Waluzynicz animadvertit clara luce initium v. primi bene legi posse; sed in ectypo chartaceo litterae, quas punctis distinguendas curavimus, non iam dispiciuntur. Vv. 1 — 4 extr. binae sive ternae litterae fractura ablatae sunt. Vv. 1 et 3 pro O littera bis scriptum est Θ. V. 11 in. inter O et P litteras lapide laeso nihil videtur fuisse scriptum. V. 7 restituit et v. 13 δεινὰν proposuit Rostovzev.

Titulum ad III a. Chr. saeculum referendum esse puto, litteraturae indiciiis nisus. Quae admodum similis est litteraturae decreti n° 344, cuius auctoris nomen in priore editione fragmenti a (IosPE. I<sup>1</sup>, n° 184) de coniectura supplevimus [Ἡρακλ]είδας Παρμείωντος. Nunc iam adfirmare possumus nos verum vidisse et in utroque decreto eundem virum esse nominatum. In hoc decreto eum videmus τοῦ ἐπὶ τᾶς διοικήσεως munus gerere et rogationem una cum legum custodibus et quaestore tulisse ideo sine dubio, quod in decreto de pecunia ex aerario eroganda sit actum. Cum vero in v° 344 Heraclidas Virginis cultui deditus apparuisset, coniecimus hic quoque de eiusdem deae cultu eum egisse et vv. 5—10 ex parte supplevimus ita, ut de cultu Virginis bene constituendo et de gratiis ei pro populi salute agendis mentio fieret. V. 10 altera pars decreti incipit, qua agi videtur de inopina vicinorum barbarorum incursione in cives, qui cum pueris et mulieribus ἐπὶ τᾶν κομιδᾶν τοῦ Διονύσου ex urbe exierint et Virginis ope incolumes reverterint. Videtur fuisse festum, quod vindemia perfecta celebrabatur ita, ut Bacchi statua ex urbe in vieta efferretur et post festum in urbem referretur. Ceterum hos versus certo restituere (et maxime quidem vv. 15 et 16) admodum est difficile, dimidia fere textus parte deperdita. Haec exposui commentatiuncula supra commemorata in lemmate<sup>1</sup>).

**Переводъ.** Ираклядъ, сынъ Парменонта, стоящій во главѣ управленія, и номофилаки Полистратъ сынъ Кле. . . (такой-то) сынъ Димокла, Иродъ (сынъ такого-то) и казначей Вавонъ сынъ Аванэлъ [предложили: чтобы хорошо] было устроено у гражданъ служеніе [богинѣ Дѣлѣ] и явился помогающимъ ей подобающую благодарность за оказанную [помощь] ян[родъ Херсонисскій. . .], спасенный чрезъ нее [отъ величайшихъ опасностей], и нынѣ, когда отпра[вились жители] съ дѣтьми [и женами ян] песеніе Діонис[а. . . и иносѣтъ со]вершили неожиданно [сосѣдніе] варвары и. . .

1) In eadem commentatione versum 9 ita supplere iterum inspecto vidi ante σωθεῖς litteram certissimam iubebam: [ἀποδιδούς, πρότερόν τε] σωθεῖς χτέ. Sed ectypo esse. Nescio an legendum sit: [ἀποδιδούς πανδημεί].

**344.** Tria fragmenta tabulae marmoris albi, crassae 0,07 — 0,09 m., latae 0,25. Fragm. *a* supra aetomate ornatum cum corona laurea, a sinistra mutilatum; exstat Chersonesi in monasterio (ubi aut quando repertum sit, non constat). Primus id edidit L. Jurgiewicz *ЗНОО*. v. 12 (a. 1881), p. 221, n° III, alieno usus apographo. Anno 1883 ipse exscripsi et edidi *InsPE*<sup>1</sup>. v. I n° 184. Inde litteris minusculis repetiit F. Bechtel, *SGDI*. v. III, 1, № 3086. Anno 1897 de fragmento scripsit A. Wilhelm in *Arch.-epigr. Mitth.* v. 20, p. 87, qui primus recte divinavit titulum ad scriptorem referri<sup>1</sup>). — Fragmenta *b* et *c* a Loepero inventa a. 1908 in ea parte Chersonesi rudera, quae est inter septentriones et orientem, servantur in museo. Fragmentum *b* ab omnibus partibus mutilum praeter dextram, ubi marginis particula servatur, imae parti fragmenti *a* arcte adiungitur. Fragmenta tria coniuncta tabulam efficiunt altam cum aetomate 0,495 m. Tituli litterae altae circa 0,008 m. elegantes sunt, sed in fr. *a* valde detritae. Coniuncta fragmenta edidit R. Loeper *ИΔΚ*. f. 45 p. 44 sqq., n° 3, addita imagine<sup>2</sup>), quae hic repetitur (circa  $\frac{1}{3}$  v. m.). De supplendo titulo nonnulla addidi *ibid.* p. 133.


(Textum vide p. 290).

Vv. 3—4 φιλ[σπόνως ἀνα]γράφας Bechtelius primus feliciter invenit; quae Wilhelmus proposuerit, patet e verbis eius infra citatis. Loeperus monuit v. 6 [διηγῆσα]το verbum sibi non placere: nisi in lapide apparerent litterae **ΤΟΤΑ**, malle se legere τ[άς ποτὶ τ]οὺς Βοσπέρου βασιλεῖ[ς συνθήκας καὶ] vel sim. V. 8 idem proponit [εὐπρεπ]έως vel sim., cum ἐπιεικέως adverbium nimis breve ei videatur. V. 13 idem putat vel maxime dubium esse supplementum, quod proposuit decreti in honorem Diophanti facti c. II versu 48 nisus; pro [Διονυσί]ων aliud festi nomen substitui posse dixit, veluti [Ἀρτεμισί]ων, [Ἀφροδίσι]ων, sim. Formulam μιᾶ ἐφ' ἑκάδι et spiritum gravem vocis ἑκάδι idem explicuit p. 48. Vv. 20 et 22—23

1) Huius commentationis summam exscripsi *InsPE*<sup>1</sup>. v. IV add. p. 277 et hic repeto: « Auf einen Schriftsteller bezieht sich auch die bisher nicht ergänzte Inschrift in Latyschevs *IPE*. I, 184. Ich lese, wie ich glaube, mit Sicherheit: [Ἡρακλείδης Παρμένοντος εἰπ[εν] ἐπειδὴ] Συρίσκος Ἡρακλείδης **ΤΑ** . . . . . 'είας τῆς Παρθένου φιλ[σπόνως συ]γράφας ἀνέγνω καὶ [πρὸς πάντας τ]οῦ[ς Βοσπέρου βασιλεῖ[ς ἀνενώσα]το τὰ [ὑ]πάρξαντα φιλάνθρωπα κτλ. Den Gegenstand des Werkes vermag ich nicht mit Sicherheit zu bezeichnen, doch komme ich immer wieder, wenn auch ein von dem Herausgeber verzeichneter Rest nicht stimmen will, auf die Vermuthung: τὰ[ς ἐπιφαν]είας τῆς Παρθένου zurück. Vgl. für das Wort z. B. die Inschrift aus Ephesos *Brit. Mus.* 482 B. Z. 13 διὰ τὰς ὑπ' αὐτῆς (nämlich der Artemis) γενομένης ἐπιφανείας und die Inschriften aus Pergamon I, 248 Z. 49 ff. über Ζεὺς Σαβάτιος, ὃς καὶ ἐμ̄ πολλαῖς πράξεσι καὶ ἐμ̄ πολλοῖς κινδύνοις παραστήτη καὶ βοήθῳ ἡμῶν γενομένον

ἐκρίναμεν διὰ τὰ: ἐξ αὐτοῦ γενομένης ἐπιφανείας συγκαθιερωῦσαι τῆι Νικηφόρῳ Ἀθηναῖ, I. 247 διὰ τὴν γενομένην ὑπὸ τοῦ Διὸς τοῦ Τροπαίου ἐπιφανείαν; und zur Sache das Psephisma der Chersonasiten für Διόφαντος *IPE* I. 185, Dittenberger *Sylloge* 252 Z. 22 ff. ἅ διὰ παντός . . . τῶι στρατοπέδῳ, und Latyschev, *Berl. Sitzungsber.* 1892, 493 zu dem Bürgereide der Chersonasiten». His verbis allatis l. c. p. 278 addidi haec: « Ectypo chartaceo denuo examinato v. 3 in. primum ductum / fuisse adfirmare non ausim; v. 4 extr. videtur fuisse **ΚΑΓΚ** et v. 7 **ΙΙΙΞΤ**. Itaque vv. 1—4 supplementa a Wilhelmo proposita admodum probabilia esse puto, reliqua non item; πάντας v. 5 vel maxime displicet, quoniam unus homo cum omnibus Bosphori regibus amicitiam renovare nequaquam potuit». Pro litteris **ΚΑΓΚ** Loeperus rectius legit **ΚΑΙΤ**.

2) Notandum est artificem, cum fr. *a* delinearet, v. 11 ad dextram omisisse litteras **ΛΝ**.



supplementa a Loepero proposita correxi *HAK.* f. 45 p. 134. Nunc etiam versus 11 supplementa mutavi. Totum decretum ita videtur esse legendum:

1 [Ἡρακλε]ίδας Παρμένοντος εἶπε[ε]  
 ἐπειδὴ] Συρίσκος Ἡρακλείδα τὰς  
 ἐπιφαν]είας τὰς Πα[ρ]θένου φιλο-  
 πόνως] γράψας ἀ[νέ]γνω καὶ τ[ὰ  
 5 ποτὶ τ]οῦς Βοσ[π]έρου [β]ασιλεῖ[ς]  
 διηγῆσα]το, τὰ [θ' ὑ]πάρξαντα φ[ι]-  
 λάνθρωπα ποτὶ τὰς πόλεις ἰστ[ό]-  
 ρησεν ἐπιεικ]ῆως τῶι (δ)άμω[ι,

ἵνα λάβοι τιμὰ]ς ἀξίας, δεδόχθ[αι  
 10 τῶι βουλῶι καὶ τῶι δάμωι ἐ]παινέσα[ι]  
 τε αὐτὸν ἐπὶ τούτοις καὶ στεφ]αν[ω]-  
 σαι τοὺς συμμνάμ]ονας [χρυσέωι στε-  
 φάνωι τῶν Διονυ]σίων μιᾷ ἐφ' ἰκ[άδι  
 καὶ τὸ ἀνάγγ]εσμα γενέσθαι· Ὁ δ[ι]-  
 15 μος στεφ]αν[οῦ] Συρίσκον Ἡρακλε[ι]-  
 δα, ὅτι τὰς ἐπιφανείας τὰς Π[αρ]-



θένου ἔγραψε καὶ τὰ ποτὶ τὰς [πό-  
 λεις καὶ τοὺς] βασιλεῖς ὑπάρξ[αν-  
 τα φιλόφρονα] ιστόρησε ἀλαθινῶς  
 20 καὶ ἐπιεικέως] ταῖ πόλει· ἀνα[γρά-  
 φαι δὲ τοὺς συμμ]νάμονας εἰς) στ[άλα·  
 λιθίναν τὸ ψ]άφισμα καὶ θέμε[ν ἐν-

τὸς τοῦ προ]νάου τὰς Παρθέν[ου· τὸ δὲ  
 γενόμενον ἀνά]λωμα δόμ[εν κατὰ τὰ  
 25 δόξαντα(?) τὲν τα]μίαν· τῶν [ιερῶν.  
 Ταῦτ' ἔδοξε βουλαῖι καὶ δάμ[ωι μηνός  
 . . . . . δ]εκά[ται. . . .

Decretum propter litteraturam ad tertium a. Chr. saeculum cum Loepero refero (ad ultima potius decennia, quam ad prima). Factum id est in honorem Syrisi Heraclidae f. scriptoris de patria bene meriti, qui duos libros conscripserat, alterum de deae Virginis praesentis, quem etiam publice recitavit, alterum de patriae cum regibus Bosporanis et civitatibus vicinis commerciis. De hoc scriptore et de Chersonesi rebus, quales fuerint illius aetate, Rostovzev doctissime ut solet egit commentatione singulari, inserta *ЖМНП*. m. Aprili 1915, cl. philolog. pp. 151—170, quam lectoribus commendo. Magistratus qui vocantur συμμνάμονες et ταμίαι τῶν ἱερῶν in aliis quoque titulis commemorantur (v. nn° 349 et 352). Dixi de iis in commentatione, quam iam a. 1884 de Chersonesi re publica scripsi (*ЖМНП*. 1884, m. Iunii, cl. phil. p. 48 sqq. = *Bull. de corr. hell.* v. 9 p. 265 sqq.).

**Переводъ.** [Ирак]идъ, сынъ Парменовта, предложилъ: поелнку Сирискъ сынъ Ираклида явленія Дѣвы, трудолюбиво описавъ, прочиталъ и про отношенія къ царямъ Боспора [разсказалъ] и бывшія дружественныя отношенія съ городами изслѣ[довалъ согласно достоинству] народа, — то, [дабы онъ получилъ] достойныя [почести], да постановить совѣтъ и народъ похвалить [его за это, и симмнам]онамъ [увѣнчать его золотымъ вѣнкомъ въ Діонисіи, въ 21-й день, и быть провозглашенію: «Народъ вѣнчаетъ Сириска сына Ираклида за то, что онъ описалъ явленія Дѣвы и бывшія [дружественныя отношенія съ городами и] царями изслѣдовать правди[во и согласно съ достоинствомъ] государства». Написать симмнамонамъ на [памятной] плитѣ народное постановленіе и выставить [въ притворѣ] храма Дѣвы; [понесенный же рас]ходъ выдать [согласно рѣшенію?] казначею священныхъ [суммъ. Это рѣшено совѣтомъ и] народомъ [мѣсяца . . . . . въ] десятый день. . .

**345.** Fragmentum tabulae marmoreae aetomate ornatae corona instructo (cuius non superest nisi particula dextra), infra consulto abscisum, a partibus sinistra et dextra laesum, a. 0,19 m., l. 0,18, cr. 0,06. Tituli reliquiae perquam sunt laesae (litt. a. 0,011 m.). Ad ectypum edidi *НАК*. f. 14, p. 100, n° 8. Hic idem exemplum repeto iterum cum ectypo collatum.

Lapis a. 1904 Chersonesi inventus in pariete aedificii aetatis Byzantinae in via principali servatur ibidem in museo.

1    ΑΝΑΙΟΥΕΙΠΤΕΕΤ  
 ΥΟΙΟΥ    ΛΒΙΟΠΟΛΙΤ  
 ○    ○    ○    ○    ○    ○    ○    ○    ○    ○  
 ΤΑΙΕΥΝ  
 ΛΙΚΑ    ○    ○    ○    ○    ○    ○    ○    ○    ○  
 5    ΠΟΛΙΤΑΝΤΑΡΑΥΤΟΙ  
 ΠΑΓΕΝΕΙΑΙ    ΙΚΟΙΙ

Decretum ad tertium a. Chr. saeculum referendum esse probat litteratura. Dolendum est, quod tam male est conservatum, ut restitui non possit. Vv. 1—4 ita legendi sunt: [Ἐ]δὲνα Ἀθ[α]ναίου εἶπε· ἐπ[ε]ιδὴ ὁ δεῖνα Ε[ὐ]θύου [Ἐ]βιοπολί[τ]ας ἀνήρ ἀγαθός ἐστι. . . καὶ εὖν[ουν] ἑαυτὸν παρέχ[ει]. V. 5 videtur fuisse [τῶν] πολιτῶν παρ' αὐτο[ῖς] sive παρ' αὐτέ[ν].

**346.** Fragmentum tabulae marmoreae 0,05 m. crassae, ab omnibus partibus praeter sinistram mutilatum. V. 1 litterae 0,012 m. altae sunt, reliquorum 0,006; omnes perquam sunt detritae. Exscripsi Chersonesi in museo a. 1892 et edidi *Mam.* № 17 p. 20 n° 21 et *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 65. Hic idem exemplum repetitur iterum cum ectypo collatum.

1	I ΠΡΟΔΟΤΟΣ ΑΡΤ ΝΟΣ ΑΡΙΣΤΩΝΟ ΧΟΝΤΩΝΤΩΝΤ 5 ΝΟΜΕΝΑΣΥΜΝΑ ΣΩΣΕΤΟΝΔΑΜ ΑΝΤΑΣΘΕΑΣ ΝΟΝΓ	1	.....λα..... Ἡρόδοτος Ἀρτ[έμωνος? εἶπεν· ἐπειδὴ... ]νος Ἀρίστωνο[ς..... ἐπὶ ἀρχόντων τ[ῶ]ν περὶ..... γε- 5 νόμενα συμ(μ)νά[μων αἰρεθεῖς?..... ἔσωσε τὸν δ[α]μ[ον]?..... τὰν πομ- πὰ]ν τὰς [θ]εᾶς?..... .. ου.....
---	---	---	--

Videtur esse decreti fragmentum tertio a. Chr. saeculo non recentioris. Supplementa a me proposita admodum esse dubia ipse video. V. 5 συμ(μ)νά[μων] legendum conieci collato tit. 349, ubi v. 17 eadem vox videtur esse, item per unum M scripta.

**347.** Fragmentum partis dextrae tabulae marmoreae ornatae aetomate, a. max. 0,21 m., l. max. 0,19, cr. 0,05. Supersunt partes sex versuum perquam detritae (litt. a. 0,008 m.). Ad imaginem photographica[m] edidi *HAK.* f. 14, p. 101, n° 9. Cum imago admodum esset obscura, versum 5 non recte legi. Correxit eum et supplementa meliora proposuit ad fidem n° 351 Loeper *HAK.* f. 45, p. 42. Propter spatii angustias trium νομοφυλάκων nomina (ut putabat Loeper) vv. 1—2 inseri non posse, sed duos tantum fuisse nominatos (tertio fortasse aegrotato aut absente) animadverti *ibid.* p. 133.

Lapis a. 1904 Chersonesi e lapidum cumulo in via principali extractus servatur in museo.

1	ΑΙΝΟΜΟΦΥΛΑΚΕΣ ΛΑΜΑΧ ΤΟΛΛΩΝΙΟΣ ΖΗΘΟΥ ΚΑΙ ΘΕ ΑΘΑΝΑΙΟΣ ΣΤΡΑΤΩ ΝΩΝΤΙ ΜΟΘΕΟΝ 5 ΑΣΙΝΕΥΣ ΟΦΑ	1	[Ἀγαθαὶ τύχ]αι. Νομοφύλακες Λάμαχ[ος τοῦ δεῖνος, Ἀπ]ολλώνιος Ζήθου καὶ ὁ ἐ[πί τὰς διοικήσεως] Ἀθάναιος Στράτ[ωνος εἶπαν· ἐπειδὴ Παρμέ?]νων Τιμοθέ[ου]..... .....ασιν εὖσ..... ...σφα...
---	--	---	--


Titulum ad II a. Chr. saeculum referendum esse puto.

**348.** Fragmentum tabulae marmoreae utrimque inscriptae (ὀπισθόγραφος), crassae 0,02 m.; fragmentum altum est 0,09 m., l. 0,12. Parti anticae inest decreti particula pulchris litteris inscripti (a. 0,008 m.), quae etiam nunc optime leguntur. In parte postica

supersunt lacinae tituli versibus, ut videtur, compositi, quas v. infra sub n° 579. Titulum partis anticae ad photographema et ectypum edidi *IAK.* f. 14, p. 102, n° 10. Hic praebeo imaginem ex ectypo delineatam ( $\frac{1}{2}$  v. m.).

Lapis a. 1903 Chersonesi in arce inventus exstat ibidem in museo.

1



5

1 [...μεγ]άλω[ν] κα[ι] ε...  
 2 ...άνεστ]ράφη και πο...  
 3 ...νας εύδοκίμησε [και πάν τε ένδαμίαν και  
 4 τ]άν άναστροφάν εύτ[ακτόν τε και πρέπου]-  
 5 σαν τὰι τέγναι πεπ[οίηται] δι'α δεδόχθαι τὰι  
 βουλαί και τῶι δάμω[ι] επαινῆσθαι τε αὐτόν ἐ-  
 πι τούτοις και δεδό[σθαι]...

V. 3 supplevit Rostovzev, conferri iubens decreta dorica apud Dittenbergerum, *SIG*<sup>2</sup>. v. I, 314; v. II, 491, 657, 663, 718, 927.

Cum tituli litteratura similis litteraturae decreti in Diophanti honorem facti (n° 352), paulo tamen antiquior esse videatur, ad II a. Chr. saeculum eum referendum esse puto. Argumentum decreti certo indagari nequit; e v. 5 conicere tamen licet id in honorem artificis cuiusdam peregrini esse factum.

**349.** Tria fragmenta tabulae marmoreae crassae 0,038 m., litteris circa 0,01 m. altis inscriptae. Fr. c undique mutilum, a. 0,13 m., l. 0,08, anno 1891 inventum est, cum platea circum novum templum foderetur. Ad ectypum chartaceum edidi *Mam.* № 9 p. 18, n° 3; contuli a. 1892 et corrigenda indicavi *Mam.* № 17 p. 77. Repetii IosPE<sup>1</sup>. v. IV, n° 66. Huic nuper fragmenta accesserunt a et b, item undique mutila, quibus fragmento edito (c) adiunctis decreti magna pars efficitur; a altum est 0,16 m., l. 0,10, superficiei laesa (maxime quidem in parte sinistra), inventum a. 1914 in aedificio quodam antiquo; b altum fere 0,10 m., l. 0,065, melius conservatum, a. 1913 in lapidum cumulo inventum est. Exscripsi ex ectypis chartaceis et coniunxi.

Fragmenta servantur Chersonesi in museo.

(Textum vide p. 294).

Est decretum in honorem viri cuiusdam (cuius nomen v. 3 periit, duabus tantum syllabis patris nominis conservatis) factum, qui cum a rege Mithradate Eupatore Chersonesum legatus esset missus, officio suo optime functus est et se ipsum decenter gessit (v. 9). Quomodo legati ἐθνικόν v. 3 extr. sit supplendum, certo dici nequit. Stephanus Byzantius inter decem urbes, quibus Μητρόπολις erat nomen, septimo loco eam ponit, quae in regione Mossynoecorum Ponticorum (τῶν ἐν τῷ Πόντῳ Μοσσυνοίκων) erat; quae sane bene conveniret, nisi forma dorica

α

ι

1    ΔΙΟΙΚΗΣ -  
 ΕΙΟΣ ΕΙΓ  
 ΙΛΑΔΑΜΗ  
 ΙΣΥΠΟΒΑ

5    ΠΑΤΟΡΟΣΕΙΣ  
 ΕΥΝΟΥΝΕ  
 ΠΑΝΤΑΤΑΤ  
 ΣΚΕΥΑΣΙ  
 ΥΣΧΗΜΟΝΑ

10    ΒΑΣΙΛΕ  
 ΔΕΔΟ

β

ΙΘΙΔΑΙΙΙΣ  
 ΙΤΟΥΤΣ ΣΚΑΙΙ  
 ΓΟΝΟΙΣΤΡΟΞΕΝΙ

15    ΟΥΝΕΚΤΟΥΝΑΣΥΛ  
 ΟΙΣΚΑΙΡΗΜΑΣΙΤΑ  
 ΡΑΨΑΙΤΣΣΥΜΝΑΡ  
 ΛΙΘΟΥΙΛΙΘΕΜΕΝΕΙΣ

ο ΔΕ ΕΝΟΜ

20    ΣΤΩΝΙΦ  
 ΖΙΜΗΝΟ

| Νομοϋλάκας . . . . .  
 . . . . .

1 . . και ὁ ἐπὶ τᾶς] διοικήσ[εος ὁ δεῖνα  
 . . . . . κλ]εῖτος εἰ[παν' ἐπειδὴ  
 ὁ δεῖνα . . . . .]λάδα Μη[ . . . . . πρεσ-  
 βευτὰς ἀποσταλε]ῖς ὑπὸ βα[σιλέος Μι-  
 5 θραδάτα Εὐ]πάτορος εἰς [τὰν πόλιν  
 ἀμῶν ἐν πᾶσιν] εὖνουν ἐ[αυτὸν πα-  
 ρέχεται καὶ] πάντα τὰ τ[ᾶς πρεσβείας  
 ἄριστα κατα]σκευάζ[ει, τὰν τε παρε-  
 πιδαιμίαν ε]ὑσχημίονα [καὶ συμφέ-  
 10 ρουσιν τῶι τ]ε βασιλε[ῖ καὶ τῶι δάμωι  
 ἀμῶν ποιεῖται], δεδ[όχθαι τῆι βουλᾷ  
 ...ΣΠΟΛΙΟΣΜΕΤΑΣΤΡΑΤΙΑΣΙΚΑΝΑΣΕΡΙΛ...  
 ΑΙ... ΤΟΝΔΑΜΟΝΓΕΝΝΑΙΟΤΑΤΙΑΠΤΡΑΚΤΟ...  
 ΕΩΝΑΥΤΟΥΚΑΙΘΥΓΑΤΡΟΣΚΑΤΕΧΟΜΕΝ...  
 ΙΦΥΣΙΚΑΝΣΥΜΠΑΘΙΑΝΑΝΑΝΚΑ...  
 ΜΦΕΡΟΝΤΑΟΡΩΣΟΥΝΚΑΙΟΔΑΜ...  
 ΔΟΧΘΑΙΤΑΙΒΟΥΛΑΙΚΑΙΤΩΙΔΑΜ... ΙΣΤ...  
 ΙΟΣΧΡΥΣΕΩΙΣΤΕΦΑΝΩΙΚΑΙΙΚΟΝΙ...  
 ΚΙΑΤΙΑΣΑΝΑΣΤΑΣΑΙΔΕΑΥΤΟΥ...  
 ...ΓΑΝΓΕΝΕΣΘΑ... ΣΤΛ...  
 ...ΦΥΣΕΟ... Ο...  
 ...ΓΟΙΩ... ΑΣ...

- ..... οὐδε]μίαν τε . . . και συντυχών . . .
- 10 ..... ηθεις . . . . .  
 ..... ει]πειν [ . . . . . εὐ]νομ[ώ]τατ[ον  
 ..... ἐπ]ιλαβέσθα[ι τᾶ]ς πόλιος . . . ἀπελ[θεῖν  
 ..... τὰν κατάστασιν τ]ῶν [πραγμ.]άτων εὐμενῆ κατασκευάσαι σ.  
 ..... τᾶ]ν ἐλευθερί[α]ν· [ἀ]νακομισθεις τε πάλιν [έ]ς τὰν πο-
- 15 [λιν, ὑπὸ τῶν πολιτᾶν κακῶς πασχόντ]ων ὑπὸ τοῦ τυράννου και καταλύειν θελό[ντ]ων [αἰρε-  
 θεις ἀγεμῶν? . . . . . παρα]γρη̄μα μὲν θάρσος ἐνέπλησε τοὺς πολει[ίτ]ας, [α]ὐ[τό]ς  
 τε . . . . .]ς τοὺς κινδύνους τοῦ δάμου συνκαθο[πλ.]ι[σ]αμέ-  
 νου . . . . .]ς χωρὶς αἵματος τὰν πόλιν ἄπταιστον διέθ[ετο  
 ..... τᾶς ἐμφυλί?]ου ταραχᾶς και φόνου διὰ τὰν ὄργαν τῶν ἔχλων . .
- 20 ..... ἀνα]κκοινοῦντας· διὸ και χειροτονηθεις παραχρη̄μα  
 ὑπὸ τῶν πολιτᾶν? ἐπιμελητῆ<sup>α</sup>ς πασᾶν τὰν κ]οιναῶν ποθόδων πλείτταν ἐπιμ[έ]λειαν ἐποι[ή]-  
 σατο . . . . . τᾶς περὶ τ]ᾶν χώραν ἀσφαλείας π[ρ]ο[ε]φ]θασεν [κατ]ασκευ[άν] . .  
 ..... κ[α]τ[α]ρτισμὸ[ν] και τειχέων ἐπισκευ[άν]· ἐτι δὲ πο[λέ]-  
 μου ἐπιστάντος τᾶι πόλει? τῶν ἐπιτηδείων? δοκ]ιμασίαν ποιασάμενος σίτωι τε θλειβρομ[έν]ων
- 25 τῶν πολιτᾶν . . . . . τᾶς χρεί]ας διὰ τῶν ἰδιοξένων παρασχόμενος ἐν χαλε[ποῖ]ς  
 ..... καιροῖς και προσ]δοκίαν ἔχουσι πολεμικῶν κινδύνων τᾶς μ[εγί]-  
 στας . . . . . αἴτιος ἐγ]ένετο τοῖ[ς] πολει]ταις εὐφυχίας, οὔτε χρημά[των  
 δαπάνας οὐδεμιᾶς φειδόμενος? οὔτε σ]ώματος οὔτε ψυχᾶς εἰς φροντίδα και μ. . .  
 ..... τοῦ μ]εγίστου Αὐτοκράτορος και τᾶς συνκλ[ή]το[υ] . .
- 30 ..... παρὰ τοῦ δήμου τοῦ Ῥωμαίων, και ταῖς ἰδι]αις  
 δαπάναις πορευθεις εἰς Ῥώμαν ἀνεκτάσατο? τὰν] πάτριον Χερσονασίταις ἐλευθερία[ν].  
 Ἰδῶν δὲ τὰν πόλιν κακῶς πάσχοσαν? πάλ]ιν ὑπὸ τῶν νεω[τ]εριστῶν, τύραννον ἀ[να]-  
 καλεσάντων . . . . . τᾶ]ς πόλιος μετὰ στρατιᾶς ἱκανᾶς ἐπιλ[έ]κτου  
 ..... τᾶι περ]ὶ τὸν δάμον γενναϊότατι ἄπρακτο[ν] ἐποι-
- 35 ησεν ἀπελθεῖν . . . . . τῶν υἱ]ῶν αὐτοῦ και θυγατρὸς κατεχομέ[νων] . . .  
 ..... κα]ὶ φυσικὰν συμπαθίαν ἀνανκά[σθη] . . . . .  
 ..... τὰ τᾶι πόλει συ]μφέροντα. "Ὅπως οὖν και ὁ δάμο[ς] φαίνηται  
 τοῖς εὐεργέταις ἀξίας χάριτας ἀποδιδούς, δε]δόχθαι τᾶι βουλαῖ και τῶι δάμ[ω]ι σ[ε]φρανώ-  
 σαι ἐπὶ τοῖς προγεγραμμένοις τὸν δεῖνα . . . . .]ος χρυσέωι στεφάνωι και ἰκόνι [χαλκᾶ]ι?
- 40 ἀρετᾶς ἕνεκα τᾶς περὶ τὰν ἀνακομιδᾶν? τᾶς δαμοκρ]ατίας· ἀναστᾶσαι δὲ αὐτοῦ [τὰν ἰκὸνα  
 ἐν τῶι ἐπισαμοτάτωι τᾶς πόλιος τόπωι?, τὰν δ' ἐπιμέ]λειαν γενέσθαι τᾶ]ς τ' ἀ[ναστᾶ]σε-  
 ος τᾶς ἰκόνος και τᾶς ἀναγορεύσεος τοῦ στεφάνου . . . . . τᾶ]ς] φύσεο[ς] . . . . .  
 . . . . .

Est decretum in honorem civis cuiusdam de patria optime meriti (nomen viri v. 39 lapide fracto perlit), quem senatus populusque Chersonensis statuit corona aurea atque statua athenca donare. Eius merita in decreto copiose erant enarrata, sed in eo miserrimo statu, quo

lapis nunc est, ne sententiarum quidem ordo ubique facile restitui potest. Quae magis minusve probabiliter conici possunt, breviter hic exponemus.

Ante v. 14 praedicabantur ea, quae civis ille alicubi extra patriam fecerat. Qui cum in patriam rediisset, cives suos vidit a tyranno quodam oppressos et expellere eum cupientes; a quibus dux, ut videtur, electus, statim cives spe animoque implevit et periculis imminentibus populo armato «sine sanguine» civitatem liberavit. Quae sequuntur vv. 19 et 20 quomodo restituenda sint, non perspicio. Postea aerario praefectus civis ille patriae saluti maxime studens et urbis moenia refecit et civibus frumenti inopia oppressis per hospites privatos (ιδιόξεινοι) temporibus periculosus auxilium tulit. Deinde commemorantur imperator, senatus populusque Romanus, patria Chersonesitarum libertas; quod maxime doleo, hos versus restituere mihi non contigit; conicio civem illum proprio sumptu Romam profectum de libertate recuperanda egisse, qua Chersonesum hac aetate re vera usam esse Plinius probat<sup>1</sup>). Interea domi tyrannus a civibus quibusdam, qui eius partibus favebant (οἱ νεωτερίζοντες v. 32), ut videtur, revocatus contra urbem satis magno exercitu delecto contendit, sed civis ille, qui laudatur, singulari populi studio ad resistendum adiutus eum re infecta recedere coegit. Ita vv. 32 — 34 nobis videntur intellegendi (στρατιὰ ἰκανὰ ἐπιλεκτος videtur esse tyranni, non civium). Tum commemorantur liberi cuiusdam ab inimicis, ut videntur, capti et affectus naturalis, qui patrem eorum ad agendum videtur incitasse. Utrum tyranni liberi a civibus capti hic intellegendi sint, an civium ducis liberi a tyranno retenti, non liquet; sed illud nobis videtur veri similis, quoniam tyranni liberi capti, qui patrem fortasse ab urbe recedere coegerunt, insigni sane merito civium duci tribuendi erant. Inde a v. 37 sequitur decreti clausula. Cagnat putat imperatorem, de quo v. 29 mentio facta est, esse Tiberium.

Ex hoc decreti argumento breviter descripto patet, quanti momenti ad Chersonesi historiam cognoscendam id esset, si aut integrum ad nos pervenisset aut saltem plenius restitui posset.

**356.** Angulus dexter infimae partis tabulae marmoreae igni valde laesus, a. 0,125 m., l. 0,135, cr. 0,025. Tituli litterae admodum parvae (a. 0,007 m.), sed satis diligenter exaratae bene in ectypo distinguuntur, quo usus titulum edidi *Mam.* № 23 p. 6, n° 3. Idem exemplum repetii IosPE<sup>1</sup>. v. IV n° 69 et hic repeti.

Lapis auctumno a. 1898 in Chersonesi ruderibus inventus ibidem servatur in museo.

(Textum vide p. 314).

Notandum est litteras aliquot in lapide varias habere formas, veluti  $\xi$  et  $\Sigma$ ,  $\Pi$  et  $\Gamma$ , ut leviora omittamus.

1) Plin. *N. hist.* IV, 85: *Heraclea Chersonesus (oppidum) libertate a Romanis donatum.* Cf. quae scripsit M. Rostovzev in *ЖМНН*. m. Martio a. 1900, cl. phil. p. 150. Hanc libertatem postea amissam videntur Chersonesitae Hadriano imperante iterum obtinuisse. Vide quae de hac re infra dicemus ad n° 3612.

1 ΕΤΟΥΠΟ[ ]ΛΙΙΟΥΛΙΣΞΥΙ[ ]  
 [ ]ΕΝΩΦΕΛΙΜΟΥΕΤΕΤΑΙΣ  
 [ ]ΑΝΓΕΛΛΕΤΑΙΔΕΚΑΙΤΟΥΛΟΙ  
 ΞΘΛΙΜΗΔΕΝΠΑΡΑΛΕΙΠΩΝΓΡΟ  
 5 ΝΕΑΤΟΥΕΙΣΟΤΙΣΥΝΟΙΣΕΙΧΕΡΣΟ  
 [ ]ΛΕΘΑΠΡΟΤΡΕΠΟΜΕΝΟΙΠΛΕΙ  
 ΘΟΥΣΕΙΜΕΝΑΝΔΡΑΣ ΔΕΔΟ[ ]  
 ΤΩΙΔΑΜΩΙΕΠΛΙΝΕΣΛΙΜΕΙ[ ]  
 [ ]ΡΝΗΛΙΟΝΠΟΥΔΗΤΑΔΕΔΟΣ[ ]  
 10 ΞΕΝΙΑΝΕΙΣΠΛΟΥΝΚΑΙ  
 ΕΝΤΕΕΙΡΑΝΑΪΚΑΙΠΟ[ ]  
 [ ]ΙΜΑΣΙΝΟΓΩΣΔΕ[ ]

vac.

1 . . . . . ε του πο[ . . . . . ] ά π[ό]λις συ[ν-  
 . . . . . ]εν ώφελίμους τε τα[ς  
 [ . . . . . ] έπ[ ]ανγέλλεται δέ και του λοι-  
 [του χρήσιμος? έσε]σθ(α)ι μηδέν παραλείπων προ-  
 5 [θυμίας κατά δύναμι]ν έατου είς ό τι συνοίσει Χερσο-  
 [νάσωι έπως ούν φαινώμ]εθα προτρεπόμενοι πλεί-  
 [ους είς τό καλούς κάγα]θούς είμεν άνδρας, δεδό-  
 [χθαι ται βουλαί και] τωι δάμωι έπ(α)ινέσ(α)ι μέ[ν  
 έπί τούτοις . . . . . Κο]ρνήλιον Πούδητα, δεδόσ-  
 10 [θαι δέ αύτωι πολιτείαν, προ]ξενίαν, είσπλουν και  
 [έκπλουν άσυλει άσπονδει] έν τε ειράναι και πολ[έ-  
 μωι αύτωι και έχγόνοις και χ[ρή]μασιν έπως δέ . . .


Est fragmentum decreti honorarii, quod in integrum restituere nobis non contigit. Versus 8, 11, 12, qui summa cum veri specie restituuntur, probant litterarum numerum in singulis versibus inter 36 et 39 variasse. Hic numerus efficitur etiam v. 10 voce πολιτεία suppleta, sed hoc supplementum ideo dubium nobis videtur, quod in aliis Chersonesitarum decretis de proxenia donanda πολιτεία postponitur προξενία, non anteponitur. V. 9 ante Κορνήλιον praenomen viri fuit 5 sive 6 litteris constans. V. 12 χρήμασι scriptum fuit, non γράμασι, quoniam ductus, qui ante M litteram superest, ad A litteram nullo modo potest pertinere. Qui versus cum extremus in lapide fuerit, putandum est aut ad finem non perductum esse decretum loco deficiente, aut finem eius in aversa lapidis parte fuisse.

Vir honoratus Romano nomine appellabatur (... Cornelius Pudens). Ad aetatem tituli accuratius definiendam praeter hoc nomen et scripturae indicia valet scribendi genus έατου (pro έαυτου v. 5), quod Augusti fere aetate propagatum brevi postea abolitum esse inter omnes constat.



**357.** Magna tabula marmorea infra fracta (ad sinistram plus quam ad dextram), a. ut nunc est 0,665 m., l. 0,54, cr. 0,10, superficie aliquot locis (et maxime quidem in media parte) detrita. Titulus accurate quidem scriptus est, sed litteris imparibus, quarum altitudo variat inter 0,018 et 0,012 m. (v. 1 prima littera A alta est 0,025 m.). Edidit R. Loeper *IAK.* f. 45 p. 52 sqq. n° 5 cum imagine, quae hic repetitur (circa 1/5 v. m.).

Lapis a. 1908 inventus in ea parte Chersonesi rudorum, quae est inter septentriones et orientem, ibidem exstat in museo.



Totum fere decretum Loeperus restituit, sed aliquot locis ego pro supplementis eius alia proposui *IAK.* f. 45 p. 134, quae mihi videbantur probabiliora. Quibus sane hic quoque utor.

- 1 Ἀγαθαὶ τύχαι.  
 [Πρό]εδροὶ Νερσονασειτ[ᾶ]ν [τῶν] ποτὶ τᾶ: Ταυρικᾶι εἰ|πα|ν  
 [ἐ]πειδὴ Θρασυμήδης Θρασυμήδους τοῦ Σατύρου ἀνήρ  
 τὰς ματροπόλιος Ἑρακλέ(α)ς φύσει πολεΐτας σεμνὰν  
 5 [τ]ὰν ποδ' ἀμῆς ἀναστ[ρ]οφ[ᾶ]ν τὰς ἐπιδαμίας πεπόατα[ι  
 κα]ί, οἷα πατέρων ἀγαθῶν πρὸς υἱοὺς φιλοστόργους  
 [εἰχ]εν (ε)ῦνοϊαν, [εἰ τ]ις τὰν κα[λ]οκαγαθίαν δείξας σε-  
 [μ]νοτάτοις δύμ[ασιν ἢ]ετ[ο, καθ]ότι εὐγενεΐαι διασά-  
 [μ]ωι κεκοσμημένος [πάντας εὐεργετε]ῖν δεδίδαχται, ἀν-  
 10 θ'ὼν τὸν ἀνδρ[α] πα[ν]τός ἐπαίνου ᾗξιον ὄντα καὶ διὰ  
 τὰν ματέρα ἀμῶν [πατρί]α δὲ α]ὐτοῦ Ἑράκλειαν  
 ἰσοπολείταν ἔδοξ[ε γενέσθαι]: διὸ δεδόχθαι τᾶ[ι]  
 βουλᾶι καὶ τῶι δάμ[ωι ἐπαινέσ]αι μὲν ἐπὶ τούτοις  
 Θρασυμήδην Θρασυμήδους τοῦ Σατύρου Ἑρακλε-  
 15 ῶταν, δόμεν δὲ αὐτῷ προξενίας πολειτεΐ[αν,  
 εἰ]σπλουν τε καὶ ἔκπλουν ἐν εἰράναι καὶ πολέ-  
 [μωι ἀ]συλῆι ἀσπονδῆι αὐτῶι τε καὶ ἐκγόνοις καὶ γρά-  
 [μασιν] αὐτοῦ, μετοχᾶν τε πάντων τῶν ἐν [τ]ᾶι πό-  
 [λει, ὧν καὶ Χ]ερσονασεΐταις μέτεστι: τὸ δὲ ψάφισ-  
 20 [μα τοῦτο ἀνα]γραφᾶμεν λευκολίθου στάλα καὶ  
 [θέμεν ἐν τῶι ἐπ]ισαμ[ο]τάτω[ι τᾶ]ς ἀκροπόλιος  
 [τόπωι. Ταῦτ' ἔδοξε β]ουλᾶι δάμωι βα[σ]ιλ[ε]υσούσας  
 [Παρθέ]νου ἔτεος. . ]ε'. ἱερέος δὲ Τίτου Φλαουίου  
 [Ἀρίστωνος υἱοῦ Φλαουί]ου Ἀγεπέ[λι]δος, μηνός Δι-  
 25 [ονυσίου. . , γραμματεῦον]τ[ος Ἀ]πολλωνίδου Ἰδ. . .  
 [Ἐσφραγίσαντο ἀ' στίχωι: θεῖα β]ασίλισ[σα] Παρ[θέ]-  
 νος κτλ.

V. 2 τῶν articulum, qui sensu requiritur, quadratarius errorē videtur omisisse. V. 7 vocem ΕΥΝΟΙΑΝ vitiose scriptam Loeperus emendavit in ξύν(ν)οϊαν, ego praefero (ε)ῦνοϊαν. Mox pro [μεγ]ίσταν, quod supplevit L., propono [εἰ τ]ις τὰν, quoniam littera quae ἰῶτα proxime praecedit, videtur fuisse Τ, non Γ. V. 8 med. ego supplevi. V. 9 [εὐθυμ]εῖν et v. 10 med. πάμ[παν ἐπαίνου ᾗ]ξιον L. Ubi cum πάμπαν illud mihi displicuisset, lectionem usu receptam proposui, quamquam littera, quae ante lacunam est extrema, revera videtur fuisse M. V. 12 med. pro ἔδοξ[εν ἔμμεν], quod proposuit L., γενέσθαι substitui, quod verbum lacunae latitudini magis videtur convenire.

Est decretum in honorem Thrasymedis cuiusdam Thrasymedis f. Heracleotae factum, cui proxenia et civitas cum privilegiis sollemnibus offertur cum propter ipsius merita, quae enumerantur vv. 5 — 10, tum propter Chersonesitarum pietatem erga Heracleam, quae ipsorum metropolis fuit, Thrasymedis vero patria (v. 11).

Loeperus animadvertit sacerdotem v. 23—24 commemoratum, cuius nomen e n° 359 certissime restituitur, non diversum esse procul dubio ab eo homine, qui in decreto n° 359 primi archontis est pater. Quod si verum est, hoc decretum illo una hominum aetate antiquius sit necesse est referendumque sit ad ipsum finem saeculi I p. Chr. aut ad initium saeculi II, nam decretum n° 359 pertinet ad annos 129—130 p. Chr. De formulis sollemnibus, quae in fine decretorum aetate Romana scribebantur (v. 22 sqq.), diximus in priore editione tituli 359, ex quo primum hae formulae innotuerunt.

De tituli sermone Loeperus diligenter egit l. c. p. 58. Idem p. 56 animadvertit formula *προξενίας πολιτείαν* (pro *προξενίαν*, *πολιτείαν*), quae in hoc quoque decreto obvenit (v. 15), confirmari ea quae iam antea adnotaveram (IosPE<sup>1</sup>. v. IV p. 46) ad titulum, qui in hac editione positus est sub numero 378: «Fortasse hac aetate Chersonesitae cum iam sensum genuinum verborum *προξενία και πολιτεία* obliti essent, *προξενίας πολιτείαν* nominabant civitatem peregrinis datam». Quae cum ita sint, genetivum *προξενίας* ne in aliis quidem decretis mutabimus, quae proxime subsequuntur. Praeterea monuit Loeperus v. 20 voces ΛΕΥΚΟΛΙΘΟΥΣΤΑΛΛΑ (non ΣΤΑΛΛΑΣ) optime legi itemque in aliis decretis aliquot occurrere; statuendum igitur esse ΣΤΑΛΛΑ esse casum dativum, ΛΕΥΚΟΛΙΘΟΥ autem genetivum vocis compositae *λευκός λίθος*, qua pro *λευκός λίθος* usi essent Chersonesitae. Hanc igitur scripturam in aliis quoque decretis intactam relinquemus.

**Переводъ.** На доброе счастье! Проедры Херсонесцевъ, что въ Таврикѣ, предложили: посланку Фрасимидъ *сынъ* Фрасимида *сына* Сатинова, природный гражданинъ метрополиа Ираклин, сдѣлать свое пребываніе у насъ досточтимымъ и, имѣя благосклонность добрыхъ отцовъ къ любящимъ сыновьямъ, съ удовольствіемъ выказавъ величайшее благонавіе пышнѣйшими жертвами, такъ какъ, будучи украшенъ отѣннымъ благородствомъ, привыкъ всѣмъ благодѣтельствовать, и за все это (*уже раньше*) рѣшено было дать ему исполнтію, (*какъ*) мужу (*лично*) достойному великой похвалы, (*а также*) и ради матери нашей, а его родины Ираклин, — посему да поставитъ совѣтъ и народъ похвалить за сіе Фрасимида *сына* Фрасимида, *сына* Сатинова, Ираклеота, дать ему гражданство проксеніи, *право* въѣзда и выѣзда въ мирное и военное время безъ ущерба и безъ договора ему самому и потомкамъ и имуществу *его* и участіе въ государствѣ во всемъ, въ чемъ участвуютъ и Херсонисцы. Рѣшеніе же это написать на бѣлокамеенной плитѣ и [поставить] на самомъ видномъ мѣстѣ акрополя. [Такъ рѣшено] совѣтомъ и народомъ въ царствованіе [Дѣвы, года . . .] 5. при жрецѣ Титѣ Флавіи [Аристонѣ, сынѣ Флавія] Агеполіда, мѣсяца Ді[онисія въ . . .] день, при секретарѣ А]поллонидѣ сынѣ Ид . . . [Приложили печати въ 1-мъ ряду: богиня] царица Дѣва и т. д.

**358.** Fragmentum tabulae marmoreae ab omnibus partibus praeter dextram mutilatum, a. 0,255 m., l. 0,33, litteris inscriptum 0,015—0,02 m. altis, sed arcte positis et neglegenter exaratis. Titulum exscriptum ex duobus ectypis chartaceis edidi *Inscr. per annos 1881—1888 rep.* p. 26 n° 32 et accuratius ad fidem imaginis photographicae *ЗИРАО.* v. V p. 368 et IosPE<sup>1</sup>. v. IV n° 70. Quomodo versus 2 restituendus esset, indicavi *ЗИРАО.* v. VII p. 79; versuum 10—13 supplementa correxi *ИАК.* f. 23 p. 57. Nunc iterum cum ectypo contuli.

Lapis a. 1888 in Chersonesi ruderibus inventus exstat ibidem in museo.

1                   ΚΟΣΜΑΜΕΝΟΙΙΛ  
                   ΠΙΡΑΘΕΝΤΑΚΜΟΑΚΟΝΕΜΜΕΝΑΝΑΛΟΥΙΩΛ  
 5 ΔΕΔΟΧΘΑΙΤΑΙΒΟΥΛΑΙΚΑΙΤΩΙΔΑΜΩΙΕΠΑΙΝ  
                   ΟΙΣΦΑΡΝΑΚΗΝΦΑΡΝΑΚΟΥΣΑΜΑΣΤΡΙΑΝΟΝΔΟΜΕΝΔΕ  
 6 ΠΟΛΕΙΤΕΙΑΝΕΣΠΛΟΥΗΤΕΚΛΙΕΚΠΛΟΥΝΕΝΕΙ  
                   ΣΥΛΕΙΑΣΠΟΝΔΕΙΑΥΤΩΤΕΚΑΙΕΚΓΟΝΟΙΣΚΑΙΧΡΑ  
                   ΑΝΤΕΠΑΝΤΩΝΩΝΚΑΙΧΕΡΣΟΝΑΣΕΙΤΑΙΣΤΟ  
                   ΑΤΟΥΤΟΑΝΑΓΡΑΦΑΜΕΝΛΕΥΚΟΛΙΘΟΥ  
                   ΕΝΤΩΙΕΠΙΣΑΜΟΤΑΤΩΙΤΑΣΑΚΡΟΠΟΛΙΟ  
 10 ΒΟΥΛΑΙΔΑΜΩΙ·ΒΑΣΙΛΕΟΥΣΑΣΠΑΡ  
                   ΟΣΔΕΤΙΤΟΥΦΛΑΟΥΙΟΥΑΡΙΣΤΩ  
                   ΡΟΣΜΗΝΟΣΛΥΚΕΙΟΥ·Κ  
                   ΓΕΙΤΟΥΤΕΛΔΛΜC

V. 2 in. quae ante ΡΑΘΕΝΤΑ supersunt vestigia, videntur pertinere ad litteras ΩΙ. V. 13 antea legi ΤΕΛΛΛΜC, sed nunc quarta nominis littera visa est Δ; itaque nomen videtur fuisse Τελεδ[ά]μου (fortasse vitiose scriptum pro Τελεδ[ά]μου). Vv. 10 sqq. suppleuntur nunc e n° 359.

1 . . . . πάσαις ἀρεταῖς κε]κοσμημένοι[ν. . . . .  
                   . . . . . ωι] βραθέντα καθάκον ἔμμεν ἀναλό[γως·ἐπαι-  
                   νεῖσθαι· δι'ἃ] δεδόχθαι τῶι βουλαῖ καὶ τῶι δάμωι ἐπαιν[ῆ-  
                   σθαι μὲν ἐπὶ τούτοις Φαρνάκην Φαρνάκουσ Ἀμαστριανόν, δόμεν δὲ  
 5 [αὐτῶι προξενίας] πολειτείαν, ἔσπλουν τε καὶ ἔκπλουν ἐν εἰ-  
                   [ράναι καὶ πολέμωι ἅ]συλει ἀσπονδεὶ αὐτῶ τε καὶ ἐκγόνοις καὶ χρά-  
                   [μασιν, μετοχ]άν τε πάντων ὧν καὶ Χερσονασεΐταισ· τὸ  
                   [δὲ ψάφισμ]α τοῦτο ἀναγραφᾶμεν λευκολίθου  
                   [στάλαι καὶ θέμεν] ἐν τῶι ἐπισαμοτάτῳ τᾶσ ἀκροπόλι[ο]ς  
 10 τόπωι. Ταῦτ' ἔδοξε] βουλαῖ δάμωι βασιλεούσας Παρ[θέ-  
                   νου, ἔτεος. . . , ἱερέ]ος δὲ Τίτου Φλαούου Ἀρίστω[νος υἱ-  
                   ου Φλαούου Ἀγεπέλ]εωσ, μηνὸσ Λυκείου κ', [γραμμα-  
                   τεύοντοσ τᾶσ βουλαῖσ? Ἡρογ]είτου Τελεδ[ά]μου. . . .

Est fragmentum decreti, quo Chersonesitae hospitium publicum civitatemque dederunt Pharnaci cuidam Pharnacis f. Amastriano bene de se merito. Ad tituli aetatem definiendam praeter litterarum formas, quae primo p. Chr. saeculo utique non sunt antiquiores, sacerdotis nomen nunc ansam praebet, qui non diversus videtur fuisse ab eo, quem videmus n° 359. Itaque decretum hoc in Pharnacis honorem factum illi aetate proximum esse statuendum est. Post βασιλεούσας participium Πα[ρθένου] restituendum esse, ut Virgo illa, quam a Chersonesitis cultam esse constat, urbis regina ab iis nuncupata sit, iam in priore editione (v. IV

n° 70) conieci dubitanter. Quae coniectura postea decreto, quod infra sub n° 359 videbis, optime confirmata est. De Chersonesitarum fastis v. quae breviter monui ad n° 352.


**Переводъ.** ...[всякими добродѣтелями] украшеннаго ... подобасть соответственно [похвалить. Посему] да постановить совѣтъ и народъ восхвалять за сіе Фарнака сына Фарнакова Амастрійца и дать ему право гражданства проксеніи, право въѣзда и выѣзда въ мир[ное и военное время] безъ ущерба и безъ договора ему самому и потомкамъ и иму[ществу, а также участіе] во всемъ, въ чемъ дается и Херсонисцамъ. Сіе [постановленіе] написать на бѣлокаменной [плитѣ и поставить] на самомъ видномъ [мѣстѣ] акрополи. [Такъ постановлено] совѣтомъ и народомъ въ царствованіе Девы, [въ ... году, при жрецѣ] Титѣ Флавіи Аристонѣ [сынѣ Флавія Ареполя, мѣсяца Дикія 20-го дня, [при секретарѣ совѣта? Иргитѣ сынѣ Телдам[овѣ]...


**359.** Tabula marmorea fere integra (excepto quod supra angulus sinister fractura periit et fortasse aetoma); a. 0,81 m., l. supra 0,20, infra 0,47, cr. supra 0,07, infra 0,09. E primo versu, qui mediam tantum tabulae partem occupabat, non supersunt nisi trium litterarum ultimarum reliquiae, versus 15 proxime insequentes angulo sinistro fracto damnum passi sunt, reliqui 20 supersunt integri. Titulus diligenter quidem exaratus est (litt. a. 0,012—0,015 m.), sed non sine mendis, quae infra indicabimus.

Lapis a. 1906 Chersonesi inventus est in sepulcro № 1431 (cuius descriptionem v. *ИСК.* fasc. 9, p. 25), cuius introitum operiebat. Kosciuszko scripsit eum Christianorum aetate uni e portis aedis sacrae a. 1902 detectae pro limine inaedificatum esse, ita quidem, ut titulus ad terram spectaret, in parte autem aversa caverna fieret ad cardinem immitendum (hac aetate angulum sinistrum videri esse fractum), postea vero e porta exemptum et in sepulcrum transportatum esse. Edidi *ЖМНП.* m. Martio a. 1907, cl. phil. pp. 140—157, repetii in libro collectaneorum meorum *ПОНТИКА* inscripto (Petrop. 1909), pp. 314—331, utrobique in tabulis addita tituli imagine, quam hic quoque repeto. Addo etiam delineationem partis aversae minore modulo factam.

(*Textum vide p. 320.*)

Quadratarii errores manifesti notandi sunt hi: v. 2 ΤΑΙ pro ΤΑΝ (quae litterae vitiose scriptae pro ΤΩΝ iam in compluribus decretis hoc loco obvenerunt); v. 6 ΑΓΑΠΑΙ pro ΑΓΑΠΑΝ; v. 7 ΚΑΝΣΑΔΕΛΦΩΙ pro ΚΑΙΝΣΑΔΕΛΦΩΙ; v. 15 ΑΣΤΩΤΙ pro ΑΣΤΩΝ; v. 26 ΝΑΣΩΝΟΣΟΧΟΡΙΟΣ fortasse pro ΠΑΡΘΕΝΟΚΛΕΟΥΣ (v. infra); v. 29 ΙΑΑΡΟΥ pro ΙΛΑΡΟΥ; v. 32 ΖΗΘΥΟΣ pro ΖΗΘΟΣ; v. 33 ΠΥΘΟΔΟΡΟΣ pro ΠΥΘΟΔΩΡΟΣ (cf. v. 34 ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΣ); v. 35 ΒΟΥΛΙΧ pro ΒΟΥΛΗΣ. Praeterea v. 8 [Γ]ΕΓΕΝΑΜΕΝΑΣ videtur pro [Γ]ΕΓΕΝΗΜΕΝΟΣ (aut [Γ]ΕΓΕΝΑΜΕΝΟΣ?) esse scriptum. Quibus erroribus correctis titulum ita legimus:





- 1 [Ἀγαθῆι τύχη].  
 [Πρόεδροι Χερσονασιτᾶ]ν τ[ῶν] ποτὶ ταῖ Ταυρικᾶ[ι  
 εἶπαν· Ἐπειδὴ Δια. . . . . Δ]ημητρίου Ἀρακλεώτας  
 [πρότερόν τε. . . . . σεμνωῖ κεχ]ραμένος ἄθει τὰν καλο-  
 5 [κάγαθίαν τᾶς ἐπιδαμί]ας εὐχραστον πέφανε[ν  
 και νῦν ποτὶ τοὺς πολεῖτ]ας ἀγάπα[ν] γνασίαν ἐνδείκν[υ-  
 ται . . . . . φιλ]ικαῖ και ἰσαδέλφωι εὐνοίαι τα[. .  
 . . . . . γε]γενναμέν[ο]ς πολεῖτας ἄριστα σε-  
 [. . . . . πράττων τὰ συμφ]έροντα ἀμείν διατελεῖ. Δι' ὃ δεδό-  
 10 [χθαι τᾶ βουλαῖ και τ]ῷ δάμω ἐπαινέσαι μὲν ἐπὶ τούτοις Δια-  
 [. . . . . Δημη]τρίου Ἀρακλεώταν, δόμεν δὲ αὐτῷ προξε-  
 [νίας πολειτεῖαν], ἔσπλουν τε και ἔκπλουν ἐν εἰράναι και πολέ-  
 [μωι ἀσυλεῖ ἀσ]πονδεῖ αὐτῷ τε και ἐκγόνοις αὐτοῦ και χράμα-  
 [σι, μετογ]ᾶν τε πάντων τῶν ἐν τᾶ πόλει, ὧν και τοῖς ἐνφύ[τ-  
 15 οῖς τ]ῶν ἀστώ(ν) μέτεστιν. Τὸ δὲ ψάφισμα τοῦτο ἀναγρα-  
 [φῆ]μεν λευκολίδου στάλαι και θέμεν ἐν τῷ ἐπισαμοστάτῳ  
 [τ]ᾶς ἀκροπόλιος τόπῳ. Ταῦτ' ἔδοξε βουλαῖ δάμω, βασιλευ-  
 ούσας Παρθένου, ἔτιος ρνδ', ἱερέως δὲ Χρηστίωνος τοῦ Βο-  
 ῖσκου, μανὸς Ἀρακλείου ἠ', γραμματεῦοντος Ἀρίστωνο[ς]  
 20 Ἀττίνου. Ἐσφραγίσαντο α' στίχῳι θεὰ βασίλισσα  
 Παρθένος, Γ. Φλάουιος Ἀρίστων υἱὸς Φλαουίου Ἀρί-  
 στωνος τοῦ Ἀγεπόλεως πρῶτος ἄρχων, Ζῆθος  
 Ἀρίστωνος, Γ. Φλάουιος Πυθόδοτος υἱὸς Φλαουί-  
 ου Ἀγεπόλεως, Εὐρύδαμος Διοσκουρίδου, Γ. Φλάουιος  
 25 Ἀγέπολις υἱὸς Φλαουίου Ἀρίστωνος, Γ. Φλάουιος Παρθε-  
 νοκλῆς υἱὸς Φλαουίου [Π]α[ρθε]νο[κλέου]ς (?): β' στίχῳι Ἀ-  
 θήναιος Διογένους, Ἐρμοκλῆς Ἀπολλωνίου, Φιλόμου-  
 σος Ἀπολλωνίδου, Δημοκράτης Βοίσκου, Ἡρόξενος  
 Βοίσκου, Ἀρίστων Ἀντιλόχου, Ποντικός Ἰ(λ)άρου, Ζῆθος  
 30 [Π]υθόδοτου γ' στίχῳι Θεαγένης Διογένους ἄρχων, Ἀρί-  
 στων Ἀπολλωνίδου ἄρχων, Ἡρῆαιος Χηματίνου ἄρχων, Πα-  
 τέ[ρ]ων Ἀσκληπιάδου ἄρχων, Ζῆθκυος Ἀπολλωνίου νό-  
 μων φύλαξ, Πυθέδ(ω)ρος Χρηστίωνος νόμων φύλαξ, Δα-  
 μοκλῆς Λαγορείνου νόμων φύλαξ, Μητροδωρος Διοσκου-  
 35 ρίδου πρόδικος και ὁ γραμματεὺς τῆς βουλ[ῆς] Ἀρίστων Ἀτ-  
 τίνου.

Cum titulus a nobis in priore editione satis copiose explicatus sit, hic paucis absol-  
 vemus. Ac primum quidem animadvertendum est v. 1 verba sollemnia Ἀγαθῆι τύχη non

dorice scripta esse, sed sermone communi; nam litterarum reliquiae, quae supersunt, nullo modo ad AI referri possunt, sed certe ad HI. E nomine viri, in cuius honorem decretum factum est, v. 10 extr. tres litterae priores supersunt (idem nomen v. 3 prorsus periit), quae ad restituendum nomen non sufficiunt; cum v. 11 in. ad idem nomen litterae 10—12 perueniant, patet illud fuisse longissimum. Cogitabam de nomine Διζ[δοουμενιανός], quod litterarum numero bene conveniat, sed textui id inserere non sum ausus, quoniam omnino raro obvenit. Fuit ille civis Heracleensis. Quamvis in decreto non sit additum, quae urbs ex eis, quibus Heracleae fuerit nomen, hic intellegenda sit, tamen non videtur dubium, quin sit Heraclea Pontica, quam Chersonesitae ut maiorum patriam etiam Romana aetate maxime colebant (cf. nn° 357 et 362). Ad hanc consuetudinem videntur respicere verba ἰσαδέλφω εὐνοίᾳ (v. 7).

De annorum computatione, qua usi sunt Chersonesitae, cum pluribus egerimus in priore decreti editione, hic sufficere monere annum qui illis fuit 154 respondere anno 129—130 p. Chr., cui aetati vel maxime convenit, quod in decreto quattuor commemorantur *Titi Flavii, Aurelius* nullus, et Aristo Attinae f. commemoratur, quem non diversum esse ab eo, cuius merita enumerantur in titulo notissimo, facillima est coniectura. De dea Virgine, quam Chersonesitae reginam suam aeternam nuncuparunt, item in priore editione egerimus.

Ultima decreti pars (vv. 20—36), qua enumerantur magistratus et cives, qui decretum consignarunt, ideo gravissimi est momenti, quod ex ea permulta titulorum fragmenta Chersonesi inventa aut in integrum restituere, aut certe melius intellegere contigit; quin etiam aetas complurium fragmentorum nunc rectius definitur. Morem ipsum decreta consignantium ex eo fragmento primum cognovimus, quod infra edemus sub n° 385. Tyrae quoque hunc morem aetate Romana fuisse probat decretum n° 2. Nunc videmus Chersonesi τὸς σφραγιζομένους in tres ordines (στίχοι) dividi solitos esse; e quibus primus nomina continet Virginis reginae et primi archontis et quinque primorum civitatis, alter octo civium nomina, tertius nomina magistratuum novem, qui muneribus suis eo ipso anno fungebantur, quo decretum factum est, scilicet archontum quattuor, legum custodum trium, prodici, denique senatus scribae. Quam ob rem quisque magistratus decretum consignarit, explicare studuimus in priore editione. Ceterum monendum est numerum et ordinem τῶν σφραγισαμένων non in omnibus decretis eundem fuisse (cf. infra ad n° 363).

Quattuor viri Latinis praenomine et nomine, Graecis cognominibus usi, quos supra obiter tetigimus, hi sunt:

- 1) T. Φλάουιος Ἀρίστων υἱὸς Φλαουίου Ἀρίστωνος τοῦ Ἀγεπόλεως,
- 2) T. Φλάουιος Πυθόδοτος υἱὸς Φλαουίου Ἀγεπόλεως,
- 3) T. Φλάουιος Ἀγέπολις υἱὸς Φλαουίου Ἀρίστωνος,
- 4) T. Φλάουιος Παρθενοκλῆς υἱὸς Φλαουίου ΝΑΩΝΟCΟΧΟΡΙΟC.

Interest enotare singularia quaedam in horum nominum compositione, quae maximi sunt momenti ad alios Chersonesitarum titulos recte supplendos. Primum enim ante patris nomen



ponitur υἱός (ut latine *filius*), quae vox in meris nominibus Graecis non additur, deinde patris praenomen omittitur, denique avi praenomen et nomen gentile omittuntur.

Trium virorum ex eis, quos modo commemoravimus, stemma videtur fuisse hoc:

Τ. Φλάουιος Ἀγέπολις  
 -----  
 Τ. Φλάουιος Ἀρίστων      Τ. Φλάουιος Πυθόδοτος  
 -----  
 Τ. Φλάουιος Ἀρίστων      Τ. Φλάουιος Ἀγέπολις

Quod ad quartum virum attinet, patris eius cognomen sine dubio vitiose scriptum est. Quominus enim Νάσωνος legamus, primum obstat, quod hoc cognomen Latinum est, cum alia omnia sint Graeca, deinde quod reliquae litterae septem nullum praebent sensum. Coniecimus igitur hoc cognomen a quadratario, cum exemplar describeret lectu difficile, pessime esse corruptum extricandumque esse e litteris ab eo exaratis cognomen Παρθενοκλέους. Quod si his litteris supposuerimus, statim videbimus quattuor litteras suis mansisse locis, pro reliquis quadratarium plerumque litteras similes substituisse, veluti N pro Π, P pro C, Ω pro ΘΕ, X pro Λ, O pro Ε:

Ν Α Σ Ω Ν Ο Σ Χ Ο Ρ Ι Ο Σ  
 Π Α Ρ Θ Ε Ν Ο Κ Λ Ε Ο Υ Σ

Haec coniectura nostra ea re quodammodo confirmatur, quod Τ. Φλάουιος Παρθενοκλής υἱός Φλαουίου Παρθενοκλέους in aliis quoque Chersonesitarum titulis commemoratur (v. indices). De tituli sermone in editione priorē egimus<sup>1)</sup>.

**360.** Fragmentum tabulae marmoris albi undique mutilum, a. 0,17 m., l. 0,11, cr. 0,06. Litterae apicibus ornatae altae sunt 0,01—0,015 m. Exscripsi Odessae in museo societatis et edidi *ЖМНП*. m. Iunio a. 1884, cl. philol. p. 56 et *IosPE*<sup>1</sup>. v. I n° 190 (supplementa ibi data correxi *ИАК*. f. 23, p. 50). Hic idem exemplum repeto iterum cum ectypo collatum.

(Textum vide p. 290).

Habes fragmentum decreti honorarii accuratissime lapidi incisum, quod nunc certissime restituitur auxilio decreti proxime praecedentis. In quo inter magistratus et cives, qui decretum consignarunt, v. 24—25 commemoratur Τ. Φλάουιος Ἀγέπολις υἱός Φλαουίου Ἀρι-

1) Считаём излишним давать переводъ этого декрета, такъ какъ первая часть его (стр. 1—9), которая особливо нуждалась бы въ переводѣ, не могла быть вполне восстановлена, часть 2-я (стр. 9—20) содержитъ въ себѣ обычные формулы, близко сходныя или то же-

ственные съ формулами другихъ декретовъ, переведенныхъ выше (напр. №№ 357, 358), а въ 3-й части (стр. 20—36) читаются только имена лицъ, скрѣпившихъ печатями декретъ, съ обозначеніемъ названій должностей при нѣкоторыхъ именахъ.

	.....	.....
1	Μ Ε Τ	... μετ[οχάν τε πάντων ὧν καὶ τοῖς
	Ξ Ε Ι Τ Α	Χερσονασ]εῖτα[ις μέτεστι· τὸ δὲ ψάφισμα τοῦτο
	Ι Μ Ε Ν	ἀναγραφᾶ]μεν [λευκολίθου στάλαι καὶ θέμεν ἐν
	Α Μ Ο Τ Α	τῷ ἐπισ]αμοτ[άτῳ τᾶς ἀκροπόλιος τόπῳ. Ταῦτ'
5	Ι Λ Α Ι Δ Α	ἔδοξε βου]λαῖ δά[μῳι, βασιλευούσας Παρθένου,
	Δ Ι Ε Ρ Ε Ω Σ	ἔτεος. . .]δ', ἱερέως [δὲ. . . . ., μηνός
	Ο Υ * Κ Δ Γ Ρ	. . . . .]ου κδ', γρ[αμματεύοντος Τίτου Φλαου-
	Τ Ο Λ Ι Ο Σ Υ Ι	ίου Ἀγεπ]έλιος υ[ίου Φλαουίου Ἀρίστωνος (?) κτλ.

στωνος, quem non sine magna veri similitudine dixeris non esse diversum ab eo, qui in hoc fragmento senatus est scriba. Cum vero in hoc fragmento anni numerus (v. 6) finiatur littera Δ, quae *quartum* indicat, quo finitur illius quoque decreti annus ρνδ' (= 154), conieceris fragmentum decreto aut decem annis esse antiquius, aut totidem annis recentius. Quod sane certo definiri nequit, sed illud mihi videtur esse veri similis, quoniam T. Flavius Agepolis ille, qui in hoc fragmento mediocri scribae munere fungitur, in illo decreto iam inter clarissimos cives commemoratur, qui primo ordine decretum consignarunt. Itaque hoc fragmentum ad annum 119—120 p. Chr. videtur esse referendum.


**361.** Fragmentum tabulae marmoreae ab omnibus partibus praeter dextram mutilatum, a. 0,20 m., l. infra 0,12, cr. 0,085. Litterae diligenter exaratae optime adhuc conservatae sunt; altae sunt circa 0,017 m., exceptis litteris Ο et Ω, quae multo sunt minores. Ad ectypum chartaceum et imaginem photographica[m] edidi *Mam.* № 9, p. 32, n° 15. Contuli a. 1892 et iterum edidi *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 95. Supplementa ampliora proposui *HAK.* f. 23 p. 61. Hic idem exemplum repeto.

Lapis a. 1890 in rudibus Chersonesi inventus ibidem servatur in museo.

1	Σ Τ	... τὸ δὲ ψάφισμα τοῦτο ἀναγραφᾶμεν λευκολίθου] στ[ά-
	Ι Ο Σ	λαι καὶ θέμεν ἐν τῷ ἐπισαμοτάτῳ τᾶς ἀκροπό]λιος
	Σ Π Α Ρ	[τόπῳ. Ταῦτ' ἔδοξε βουλαῖ δάμῳι, βασιλευούσα]ς Παρ-
	Ο Σ Ε Υ	[θένου, ἔτεος. . .]δ', ἱερέως δὲ. . . . ., μην]ός Εὐ-
5	Π Ο Λ Ε Ω Σ	[κλείου. . ., γραμματεύοντος Τίτου Φλαουίου Ἀγε]πόλεως
	Α Β Α Σ Ι Λ Ι Σ	[υῖοῦ Φλαουίου Ἀρίστωνος. Ἐσφραγίσαντο ἀ' στίχῳ δε]ὰ βασιλισ-
	Ρ Ι Σ Τ Ω Ν Ο Σ Υ Ι	[σα Παρθένος, Τ. Φλάουιος Ἀρίστων υἱός Φλαουίου Ἀρ]ίστωνος υἱ-
	Ν Ο Σ Τ Φ Λ Α Ο Υ Ι Ο Σ	[οῦ Ἀγεπόλεως πρῶτες ἀρχῶν, Ζῆθος Ἀρίστω]νος, Τ. Φλάουιος
	Ο Σ Δ Ι Ο Ι Ε Ν Ο Υ Σ	[. . . . . υἱός Φλαουίου . . . . ., . . . .]ος Διο(γ)ένους,
10	Ο Ε Λ Γ Ε Ν Η Σ Α Ι	[. . . . ., Θ]ε(α)γένης [Δι-
	Α Ξ	ογένους κτλ.

Est fragmentum decreti, e quo non supersunt nisi reliquiae formulae sollemnis, qua decreti annus indicatur, et indicis τῶν σφραγισμένων decreto subscripti. Senatus scriba, cuius nomen inscriptum est vv. 5—6, videtur non diversus esse ab eo, qui in fragmento proxime praegresso commemoratur. Itaque utrumque fragmentum ad unum annum videtur esse referendum, de quo v. quae ad n° 360 adnotavimus. T. Flavius Aristo (vv. 7—8), Zethus Aristonis f. (v. 8), Theagenes Diogenis f. (v. 10) videntur redire in decreto n° 359. Sed v. 9 vix potest ex eodem decreto suppleri [Ἀθάναι]ος Διογένους, quoniam ante O lineola apparet, quae non potest pertinere ad litteram I.

**362.** Tabula marmorea infra fracta, a. 0,48 m., l. 0,465, cr. 0,10, inventa vere a. 1893 in templo effosso in litore septentrionali prope basilicam, quae dicitur Uvaroviana



Titulus diligentissime inscriptus optime etiam nunc legitur. Edidi *Mam.* № 17 p. 1, n° 1 et *SBA.* a. 1895 p. 505 sq., adiecta utrique editioni imagine ad fidem ectypi chartacei facta, quam repetii IosPE<sup>1</sup>. v: IV n° 71. Inde repetierunt Cagnat *IrR* v. I n° 861; Minns, *Sc. and Greeks*, p. 650 n° 20. Hic eadem imago repraesentatur.

- 1 Ἀγαθαὶ τύχαι.  
 Π[ρό]εδροι Χερσονασειτᾶν τ[ῶ]ν ποτὶ τᾶ Ταυ-  
 ρικᾶι εἶπαν· Ἐπειδὴ τοὶ εὐσεβέστατοι πα-  
 τέρεις Ἡρακλεῶται οἰκείωι πάθει τὴν ὑπὲρ  
 5 τὰς ἀμετέρας σωτηρίας ἐποάσαντο φρον-  
 τίδα, πάσαι σπουδαὶ καὶ πάσα φιλοστοργία  
 κευραμένοι γνασί(α)ι, πρεσβείαν τε ποτὶ τὸν [θε]-  
 ὸν ἀμῶν καὶ δεσπότην Αὐτοκράτορα Τίτον Αἴλι[ον]  
 Ἀδριανὸν Ἀντωνεῖνον ἰκετεύουσιν ἐξέ-  
 10 πενψαν ὑπὲρ ἀμέας, ἐν οὐδενὶ ὀλιγωρή-  
 σαντες, τὰς τε θείας ἀποκρίσεις καὶ τὰς  
 εὐμεναθείσας εὐεργεσίας ἤξιωσαν  
 δι' ἀνδρῶν ἐπισαμοτάτων Ἡρακλείδου  
 Μενεσθέος καὶ Πρόκλου Μέμνονος διαπε[ν]-  
 15 ψάμενοι δάκλ)λους ποάσασθαι εἰς τὸ φανε-  
 ρὰν αὐτῶν τὴν καλοκάγαθίαν γενέσθαι, ἀμέ[ς]  
 πασσοῦδι ταῖς πρεπούσαις ἀμειβαῖς ἀμείψα-  
 σθαι καθᾶρον ἐψαφισάμεθα· δι' ᾧ δεδόχθαι τᾶ  
 [βουλαῖ] καὶ τῶι δάμωι ἐπαινέσαι μὲν ἐπὶ τοῦτο[ις]  
 20 τὴν πρό]γονον ἀ[μῶν μεγαλόπο]λιν καὶ πράτ[αν  
 ἐν τῷ Πόντῳ? . . .

V. 20 inter ἀ[μῶν] et [πέ]λιν in prioribus editionibus lacunam reliqui, sed nunc litterarum reliquiis suadentibus μεγαλόπολιν propono.


Eis, quae ad titulum explicandum proposui in editionibus supra commemoratis, nihil habeo quod addam. Ceterum cf. quae de Chersonesitarum rebus publicis imperatorum Romanorum aetate scripsit M. Rostovzev in *ЖМНП.* m. Martio a. 1900, cl. phil. p. 140 sq. De nummis ΧΕΡΣΟΝΗΣΟΥΕΛΕΥΘΕΡΑΣ nomine signatis v. nunc quae scripserunt Berthier de Lagarde, *ЗИРАО. Нумизм. отд.* v. I (1906), p. 51—79; Oreschnikov, *Монеты Херсонеса Таврич., царей Воспора Киммер. и Полемона II Понтийскаго* (изъ II тома «Нумизм. Сборника», 1912), pp. 4—23.

**Переводъ.** Съ добрымъ счастьемъ. Предры Херсонисцевъ, что въ Таврикѣ, предложили. Поелику благочестивѣйшіе отцы Ираклеоты съ родственнымъ сочувствіемъ оказали попеченіе о нашемъ спасеніи, приложивъ всякое стараніе и всю истинную любовь, послали къ богу нашему и владыкѣ императору Титу Элію Адриану Антонину посольство просить за насъ, ни въ чемъ не оказавъ небреженія, и божественные отвѣты и благосклонно данныя благодѣлнія удостоили сдѣлать извѣстными чрезъ достославнѣйшихъ мужей Ираклида

Менесеева и Прокла Мемнонова, дабы добропорядочность ихъ стала очевидною, — мы всенародно признали должнымъ воздать имъ причлествующими поздавнiями. Посему да постановить совѣтъ и народъ восхвалять за сіе прародительскій нашъ веллеградъ и первый [въ Понтѣ?]...

**363.** Fragmentum tabulae marmoreae utrimque politae, a. max. 0,33 m., l. max. 0,30, cr. 0,09. Supersunt margines dexter (praeter imam partem) et infimus. Tituli litterae eleganter et accurate incisae (a. 0,013 m., O littera multo minor) optime etiamnunc leguntur. Infra quarta fere fragmenti pars scriptura vacat. Edidi *НАК.* fasc. 23 p. 57, usus ectypo chartaceo et imagine photographica, quae Kosciuszko-Waluźyicz miserat, addita imagine in zinco expressa, pro qua hic minorem praebeo (c.  $\frac{1}{4}$  v. m.). Lapis a. 1906 inventus in ea parte Chersonesi rudерum, quae est inter meridiem et occasum, exstat ibidem in museo.

Cum ectypo et imagine acceptis vidissem tituli scripturam similem ei esse, quae est in tit. 362, Kosciuzkium rogavi, ut lapidibus ipsis collatis examinaret, utrum uivius essent tabulae partes, necne. Qui statim respondit verum esse quod coniecissem; nam a parte aversa utrumque fragmentum ita coniungi posse, ut spatium parvulum inter ea restaret; partem aversam aetate recentiore politam esse videri, postquam lapis iam fractus esset. Hoc responso nisus fragmentum l. c. edidi ut supplementum tituli 362. Sed nunc re denuo perpensa valde dubito, num revera fragmentum ad eundem lapidem pertineat, cuius pars sub n° 362 edita est. Primum enim obstat, quod huius pars aversa polita est, illius rudis; deinde quod in fragmento litterae multo diligentius sunt incisae, quam in titulo n° 362 inde a v. 12, et arctius positae, denique quod in fragmento intervalla singulos versus dirimentia minora sunt, quam in illo titulo. Itaque cum cautius agere malim, fragmentum hic separatim pono.



V. 7 vitiose scriptum est ΑΙΜΙΑΙΑΝ<sup>Ο</sup>Σ pro ΑΙΜΙΛΙΑΝ<sup>Ο</sup>Σ. Superest in lapide pars indicis τῶν σφραγισαμένων, quae ita legitur:

1 . . . . . Τ. Φλάουιος . . . . . υἱὸς Φλ]αυίου Εὐρυδά-  
 [μου, . . . . . , Α]πολλώνιος Ζήθου,  
 [ . . . . . , ὁ δεῖνα Ν]ρησιώνος, Τ. Φλά-  
 [ουιος . . . . . , ὁ δεῖνα] Ἀπολλωνίου, Διοσκου-  
 5 [ρίδας . . . . . , Ἀπολλ]ώνιος Ἀρίστωνος, Ἀττίας  
 [Ἀρίστωνος? . . . . . , Τ.] Φλάουιος Παρθενοκλῆς  
 [υἱὸς Φλαυίου Παρθενοκλέους? στίχῳ] γ' Γάιος Ἰούλιος Αἰμι(λ)ιανός  
 [ . . . . . , ὁ δεῖνα] Ἰουλίου ἄρχων, Μάρκος Οὐλπίος  
 [ . . . . . , Ἡρακ]λείδης Θεαγενίωνος ἄρχων, Βεῖσ-  
 10 [κος Δημοκράτους? . . . . . ,] Νάνων Καλλιστράτου, Ῥοῦφος Ν  
 [ . . . . . , ὁ δεῖνα] Ἀππα, Ἰουλιανός Ἀκύλου ἄρχων, Φιλ[ο-  
 . . . . . καὶ ὁ γραμ]ματεὺς τῆς βουλῆς Τ. Φλ. Ἀγέπολ[ις].

E viris hic enumeratis Ἀπολλώνιος Ζήθου (v. 2) nescio an filius fuerit Zethi illius Apollonii f., qui in titulo 359 v. 32 inter legum custodes commemoratur. Cum vero Attinae nomen Chersonesi satis rarum fuerit, coniecere licet civem in hoc fragmento v. 5 nominatum illius Aristonis Attinae f. filium fuisse, cuius nomen legitur item n° 359. Τ. Φλάουιος Παρθενοκλῆς fortasse idem est, quem n° 359 commemorari conieci et cuius uxor Laodice a populo honorata est (titulum infra). Senatus scriba Τ. Φλάουιος Ἀγέπολις procul dubio ad eam gentem pertinebat, de qua loquimur ad n° 359, et fortasse non diversus est ab eo, qui in illo titulo commemoratur v. 2. Haec omnia suadent, ut titulum ad medium fere secundum p. Chr. saeculum referamus.

Οἱ σφραγισάμενοι in indice non eodem ordine videntur esse dispositi, quo in tit. 359. Illic enim tertio στίχῳ collocati sunt archontes quattuor, legum custodes tres, prodicus, senatus scriba; hic vero eodem στίχῳ inter tres archontes (quo loco quartus archon commemoratus sit, non liquet, nam vox ἄρχων versibus 8, 9, 10 suppleri potest) complures viri commemorantur magistratuum nominibus non additis, legum vero custodes et prodicus non videntur commemorari. Animadvertendum est in tit. 364 τῶν σφραγισαμένων ordinem item alium fuisse, atque in tit. 359.

**364.** Fragmenta tria tabulae marmoreae crassae circa 0,08 m.; a altum 0,54 m., l. 0,37, infra mutilatum, a sinistra marginem servat quadro circumdatum. Tituli litterae satis diligenter exaratae, altitudine variante inter 0,015 et 0,02 m. (v. 1 litterae reliquis aliquanto maiores sunt), bene etiam nunc leguntur. Fr. c ab omnibus partibus mutilum praeter imam, ubi quadri pars superest, a. 0,19 m., l. 0,20. Haec duo fragmenta vere a. 1893 inventa sunt in eodem templo, ubi n° 362. Ectypo chartaceo usus edidi *Mam.* № 17 p. 7, n° 2, et *SBA.* a. 1895 p. 512 n° 2. Fr. b ita descriptum est a Boeckhio: «Lapis

longus pollices Anglicos  $52\frac{1}{2}$ <sup>1)</sup>, latus pollices 14, eius speciei quam calcem primitivam<sup>2)</sup> vocant (alabastrum dicit, qui repperit), in antiquo detectus est pavimento inter rudera urbis Sarai, olim sedis celeberrimae Chanorum Ordae aureae seu Dschingisidarum Kaptschacensium, haud procul ab urbe Zarizyn ad flumen Actubam, brachium fluvii Wolgae, qui olim *Rha* vocatus. Margines superior et inferior ac dexter potissimum<sup>3)</sup> accisi ferro sunt in adverso lapidis plano, quod solo incumbibat; aversum planum sive dorsum, quod scriptura vacuum, integrius superest, quamquam id pedibus tritum, quod planum hoc in pavimenti fuit superficie. Litterae fere eadem sunt quae in titulis Olbiae, vulgaribus typis simillimae. Repperit' Henr. Aug. Zwick, Sareptanus, qui eius meminit in Itinerario: Reise von Sarepta in verschiedene Kalmücken-Horden des Astrachanischen Gouvernements im Jahre 1823 etc. (Lips. 1827. 8) p. 88, sed lapidem incendio Sareptae, quo deportatus erat, interisse docet; editum eum dicit in Hammeri libro «Fundgruben des Orients», ubi tamen, quantum scimus, non extat. Duplex apographum, quorum alterum ex ipso lapide, qui pigmento atro illitus erat, expressum est, a Zwickio habet Frid. Graefus<sup>4)</sup>, qui edidit et illustravit Act. Acad. Petrop. Seriei VI. T. I. (Scient. polit. hist. philol.) p. 55 sqq. Textum dedi, qualem repraesentat Graefus p. 58, sed vs. 11. 18 ductibus iis illatis, quos ipsius descriptio inesse docet<sup>5)</sup>. Decretum hoc, a *Dorica civitate maritima* scriptum, non verisimile est casu in terram adeo remotam translatum esse, sed videtur a Tataris e vicinia petutum... Ad flumen Rha vero quum Graeci nulla habuerint emporia neque ex illo fluvio in maria a Graecis navigata perveniri potuerit, haud dubium videtur, quin ex Tanaidis vicinia petitus lapis sit, positus olim in patrio eius viri oppido, quem illa Dorica civitas honoravit... Iam vero Zarizyn Wolgae appositum est in eo tractu, ubi id flumen ad Tanain accedit paucorum miliariorum intervallo; quod ipsum intervallum, de qua re me certiore fecit Alexander Humboldtus, tam expedita superabile via est, ut lapis facile transvehi potuerit. Ipsi vero Tanaidis flexioni, quae Wolgae proxima, oppidum Ptolemaeus apponit *Exopolin*, manifesto Graecum. Quare nihil probabilius quam Exopoli positum lapidem fuisse<sup>6)</sup>. Boeckh, C. I.

1) Lapidis longitudinem sive potius altitudinem a Graefio non recte indicatam esse sponte patet: nam  $52\frac{1}{2}$  pollices Anglici faciunt fere 1,333 m. Gall.; sed 24 versus litteris fere 0,02 m. altis inscripti efficiunt 0,48 m. et 23 intervalla 0,01 m. fere lata — 0,23 m.; ergo lapidis pars inscripta continet non amplius 0,71 m., reliqua vero pars 0,62 alta (1,33—0,71) scriptura vacare debebat; sed Graefus «iacturam in superiore et inferiore margine factam» disertis verbis notat. Inde liquet lapidis altitudinem a Graefio indicata multo fuisse minorem.

2) «Calcem primitivam» nihil aliud fuisse quam marmor inde patet, quod Graefus lapidem diserte marmor vocat. («Caeterum ut marmoris ipsius adspectu facile carere possimus, id diligenti curae Cl. Zwick debetur» etc.).

3) Margo lapidis sinister et Graefio et Boeckhio integer mansisse videbatur, dexter vero a Tataris abscisus

esse eo-consilio, ut lapis pavimenti loco angustiori aptus fieret; sed cum neuter lapidem ipse viderit, nihil mirum eos lapidis statum non recte descripsisse.

4) Zwickius tituli apographa non Graefio ipsi misit, sed Fraehnio acad. Petrop. socio, qui ea continuo cum Graefio conlega communicavit.

5) Scilicet NE litterae vv. 11 et 18 ligatae sunt et Γ littera v. 18 foliulis circumdata, pro quibus Graefus in textu asteriscos posuit (v. Graefii commentationis seorsum expressae p. 7).

6) Graefus de loco, unde lapis provenisset, nihil certi protulit. V. 1 dubitanter coniecit scriptum esse [Ἐγρὰ]ψαν Ποτι[δα]ῶραι, sed p. 6 ipse dixit haec: «Quo nomine maxime doleas ad incertissima pertinere id quod natale decreti nostri solum concernit: nam Potidaeatis illud revera tribuendum esse tantum abest ut mihi ipse persua-

Gr. II, n° 2134 b. — Cum fragmento *a* iam edito Corpus inscr. Gr. perlustrans casu in hunc titulum denuo incidissem, vidi eiusdem esse lapidis partem dextram, cuius sinistram modo edideram; quod commentatione singulari probavi, inserta *ЖМНН*. m. Novembri a. 1895, cl. phil. p. 38 sqq. et repetita in ΠΟΝΤΙΚΟΙΣ, pp. 218—225. — Coniuncta fragmenta edidi ΙοσΠΕ<sup>1</sup>. v. IV n° 72, ubi fragmenti *b* textum repetii ex editione Graefiana, sed pro litteris vulgaribus eas formas posui, quae sunt in fr. *a*, hoc vero ex ectypo chartaceo accuratius exscripsi. Nunc fragmenta *a* et *c* iterum cum ectypo contuli.

(Textum vide p. 331).

Graefius de subsidiis quae ad titulum exscribendum praesto sibi fuerint haec dicit: «Caeterum ut marmoris ipsius adspectu facile carere possimus, id diligenti curae Cl. Zwick debetur, qui cum primum contractiore forma, ductibus accuratissime depictis, lapidem delineatum dedisset, mox rogatus a nobis εκτυπον ab ipso lapide inducto nigro colore expressum addere non gravatus est, etsi res, ut ipse ait, suam habebat difficultatem, cum exesa saxi superficies colorem partim difficiliter reciperet, partim nimis celeriter absorberet». Cum vero Zwickium ipsum Graeci sermonis fuisse peritum minime sit probabile, nihil mirum quod nonnullis locis, et maxime quidem in lapidis marginibus, litterae aliquot minus recte sunt exscriptae, ut v. 1 Ψ pro Τ, v. 3 Θι pro ΟΛ, v. 13 extr. Γ pro Α, v. 18 extr. Ν litterae particula pro Τ, v. 20 extr. ΕΝΕΤΕ pro ΕΝΕΙΡ (v. infra), v. 21 in. Α pro Δ, v. 22 fortasse Ο pro Α, v. 23 in. Τ pro Σ. Quibus correctis fragmentorum *a* et *b* textum ita restituendum puto<sup>1</sup>):

1 Πρόεδροι Χ[ερσ]ονα[σειτᾶν τῶ]ν ποτι  
 τᾶι Ταυρικᾶι [ε]ι[παν].  
 Ἐπειδὴ Γ. Κάιος Εὐτυγ[ι]αν[ὸς ναύκλ]αρος Σ[ι]-  
 νωπεὺς ἀνήρ μαρτυρόμενος μ[ὲν δ]ιὰ τρέπ[ων]

dere possim, ut satis sentiam, quibus haec opinio difficultatibus prae ceteris prematur». Porro p. 13 dixit haec: «Finita explicatione inscriptionis, quoad illa aetatem tulit, expectabitur fortasse ut ostendam, qua tandem via marmor hoc, si minus Potidaeae, at in alia tamen Graeca urbe positum, ad ripas Wolgae inter media Tataricae urbis Sarai rudera delatum esse videri possit. Novi στῆλας ἀντιγράφους, ἀτέλειαν Leuconis apud Athenienses et eorum apud illum concernentes, in ejus et horum urbe patria et in medio quodam loco erectas, Demosth. adv. Lept. § 29, sed agmen conjecturarum opus esset ei, qui hoc exemplo in hac causa abuti vellet. Fortasse lapis, cum diu eversus inter alios lapides in litore patrio jacuisset, seriore quodam tempore onerandae peregrini nautae navi cum alia mole inserviens, in viciniam ejus regionis coeco casu absorptatus est, in qua, aliam rursus sortem expertus, caemento terrae affixus, hucusque latuit». Boeckhii coniecturam

de v. 1 restituendo hisce verbis castigavit: «Ultimae litterae I alii apices adhaerere videntur Graefio notante: qui ipse vidit quibus difficultatibus ipsius supplementum ἔγραψεν Πστ[ειδαῖται] prematur, quippe quum titulus Romanae aetatis sit et Potidaeae nomen tum pridem antiquatum fuerit, imposito urbi huic Cassandreae nomine. Quare quid vs. 1. scriptum fuerit omnino nescio, nec libet varias, quae proferri queant, coniecturas proponere». Cum vero ne ea quidem, quae Boeckhii ipse de lapidis origine Exopolitana protulit, satis mihi viderentur probabilia, re accuratius perpensa titulum hunc in syllogen inscriptionum orae septentrionalis Ponti Euxini non recepi. Nunc demum fortuna propitia veram eius originem cognovimus.

1) Ad vv. 21—23 cf. quae adnotavit Loeper *ΜΑΚ.* f. 45, p. 56, n° 1.



" b

1 ΠΡΟΕΔΡΟΙ Χ. ΖΟΝΑ ΨΑΝΠΟΤΙ  
 ΤΑΙΤΑΥΡΙΚΑΙ II

ΕΠΕΙΔΗ ΘΥΓΩΚΑΙ ΟΣΕΥΤΥΧ ΑΝΘ, ΛΑΡΟΣΣ  
 ΝΩΠΕΥΣΑΝ ΠΙΡΜΑΡΤΥΡΟΜΕΝΟΣ, ΙΑΤΡΟΠ  
 5 ΚΑΛΟΚΑΓΑΘΙΑΝ ΠΑΡΑΤΟΙΣ ΓΟΙΣ ΠΟΛΕΙ, ΣΔΙΑΤΕ  
 ΣΕΜΝΟΝ ΑΘΟΣ ΚΑΙ ΔΙΑΤΗΝ! ΣΠΑΝΤΑΣΕΞΑ, Ε ΨΔ  
 ΠΕΡΙ ΤΑΝ ΠΟΛΙΝ ΑΜΩΝ ΦΙΛΟΣΤΟΡΓΙΑΝ ΗΛΗΚΑ ΟΑ  
 ΜΕΣ ΚΑΛΩΣ ΕΠΙΔΑΜΗΣΑΣ ΚΑΙ ΑΛΛΟΤΕ ΠΛΕΙΣ  
 ΕΝΑΓΧΟΣ ΔΕ ΕΞΙΡΕΤΩ ΦΙΛΩΤΕΙΜΙΑΤΑ ΠΡΟΣ ΤΟΝ  
 10 ΜΟΝ ΚΕΧΡΑΜΕΝΟΣ ΑΞΙΟΝ ΓΑΣΑΤΟ ΚΑΙ ΑΥΤΟΣ ΤΩΝ  
 ΠΑΡΑΜΕΣ ΓΕΙΝΟΜΕΝΩΝ ΕΩΝ ΜΕΤΑΣΧΕΙΝ ΚΑΙ ΓΕΝΕ  
 ΘΑΙΤΗΣ ΠΟΛΙΟΣ ΑΜΩΝ ΚΑΥΤΟΣ ΦΙΛΟΤΕΙΜΟΣ ΚΑ  
 ΠΑΙΝΕΣ ΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟΥΝΤΩΝ ΤΗΝ ΤΑΝ ΔΡΟΣ Γ  
 ΤΑΝ ΚΑΤΑ ΕΝΑ ΕΚΑΣΤΟΝ ΤΣ ΠΟΛΕΙΤΑΝ ΚΑΙ ΤΑΝ ΠΣ  
 15 ΤΑΝ ΠΟΛΙΝ ΣΠΟΥΔΑΝ ΤΕΚ ΕΥΝΟΟΝ ΦΙΛΟΣΤΟΡΓΙΑ  
 ΑΝΘΩΝ ΤΟΝ ΑΝΔΡΑ ΦΙΛΟΦΩΝΩΣ ΦΙΛΟΤΕΙΜΗΣ ΑΜ  
 ΝΟΝ ΔΕ ΔΟΧΘΑΙ ΤΑ ΒΟΥΛΑΚ ΙΤΩ ΔΑΜΩ ΕΠΑΙΝΕΣ Α  
 ΕΠΙ ΤΟΥΤΟΙΣ ΠΡΟΤΕΡΟΝ ΤΣ ΝΑΝ ΔΡΑ ΘΥΓΩΚΑΙ ΟΝ ΕΥΝ  
 ΝΟΝ ΝΑΥΚΛΑΡΟΝ ΣΙΝΩΤ ΔΟΜΕΝ ΔΕ ΑΥΤΩ ΠΡΟ  
 20 ΑΣ ΠΟΛΕΙΤΕΙΑΝ ΕΣΤ ΕΚΑΙ ΕΚΠΛΟΥΝΕΝ ΕΤΕ  
 ΚΑΙ ΠΟΛΕΜΩ ΑΣ ΔΕΙΛΥΤΩ ΤΕ ΚΛΙΕΚΙ  
 ΝΟΙΣ Κ ΔΕ ΤΟΧΟΝ ΤΕ ΠΑΝΤΩΝ Ω  
 ΤΕΙΤΑΙ ΣΚΑΠΟΓΕΝΟΥΣ  
 ΤΩ ΑΝΑΓΡΑΦΛΕΜΕΝ ΛΕΥ

c

ΠΟΛΙΝ ΡΑ Ι ΟΥΣ ΑΡ  
 ΟΥΣ ΝΟΜΩΝ ΦΥ  
 ΛΕΙΟΣ ΝΕΟΚΕ  
 ΠΥΘΟΔΟΤΟ  
 ΚΟΛΩΝ ΠΛΥ  
 ΣΚΟΣ ΔΙΜ/

5 καλοκάγαθίαν παρά τοῖς [έ]οῖς πολεί[ται]ς διά τε [τό]  
 σεμνόν ἄθος καί διά τήν [εί]ς πάντας, ἐξαι[ρ]έ[τ]ως δ[έ]  
 περί τὰν πόλιν ἀμῶν φιλοστοργίαν ἢ(δ)η κ[αί] παρ' ἄ-  
 μές καλῶς ἐπιδαμήσας [κ]αί ἄλλοτε πλεισ[τάκις],  
 ἔναγχος δὲ ἐξ(α)ιρέτω φι[λ]ο[σ]τειμία τῶ πρός τὸν δ[έ]-  
 10 μόν κεχραμένος ἄξιον [ά]γάσατο καὶ αὐτός τῶν

παρ' ἀμέσ γεινομένων ἔ[ργ]ων(?) μετασχεῖν καὶ γενέ[σ]-  
 θαι τῆς πόλιος ἀμῶν κ[αὶ α]ὐτὸς φιλότιμος, κα[ὶ ἐ]-  
 παινεσάντων τῶν πρου[γέ]ντων τὴν τάνδρὸς [ἀρε]-  
 τὰν κατὰ ἕνα ἕκαστον τῶ[ν] πολειτῶν καὶ τὰν π[οτι]  
 15 τὰν πόλιν σπουδᾶν τε κ[αὶ] εὖνορον φιλοστοργία[ν],  
 ἀνθ' ὧν τὸν ἄνδρα φιλοφ[ρέ]νως φιλοτειμησάμ[ε]-  
 νον δεδόχθαι τῆ βουλῆ κ[αὶ] τῶ δάμῳ ἐπαινέσα[ι μὲν]  
 ἐπὶ τούτοις πρότερον τ[ὸ]ν ἄνδρα Γ. Κάιον Εὐ[τυχ]ια-  
 νὸν ναύκλαρον Σινω[πέα], δόμεν δὲ αὐτῶ προ[ξενί]-  
 20 ας πολειτείαν, ἔσπ[λουν τε] καὶ ἔκπλουν ἐν εἰρήνα[ν]  
 καὶ πολέμῳ ἀσ[υλ]εὶ ἀσπονδ[ε]ί (α)ὐτῶ τε κ(α)ὶ ἐκ[γέ]-  
 νοις κ[αὶ] χράμασιν αὐτοῦ, μέτροχ(ά)ν τε πάντων ὧ[ν]-  
 περ μέτεστι καὶ τοῖς Χερσονασ[ε]ίταις κατὰ γένους  
 [πολείταις; τὸ δὲ ψάρισμα τοῦ]τὸ ἀναγραψάμεν λευ-  
 25 κολίδου στάλα κτλ.].

Quod ad fragmentum *c* attinet, quamvis non sit dubium, quin ad eundem pertineat lapidem, tamen cum *a* aut *b* coniungi non potest. Superest illud ex infima lapidis parte et magistratum qui decretum consignarunt (τῶν σφραγισαμένων) indicis lacinias continet, quas hunc in modum supplendas statuebam *IAK*. fasc. 23 p. 60:

. . . . . ὁ δεῖνα] Πολυ[κ]ρά[τ]ους ἄρ[χων]? . . . . .  
 ὁ δεῖνα . . . ]ους νόμων φύ[λαξ] . . . . .  
 . . . . . Ἡράκλ]ειος Νεσκε[ . . . . .  
 . . . . . ω]ς Πυθεδέτο[υ . . . . .  
 . . . . . ] Κόλων Πίλυ[ . . . καὶ ὁ γραμματεὺς  
 τῆς βουλῆς Βαί]σχος Δημ[οκράτους?].

De supplementis a me propositis in fr. *a*—*b* haec videntur adnotanda. V. 1 in fr. *b* Ψ littera sine dubio prave lecta est a Zwickio; sed A litteram quae proxime subsequitur potius lapididae incuria pro Ω positam esse puto, quae inde explicatur, quod ΤΑΝ litterae proxime antecedunt. Idem scribendi genus in aliis quoque decretis habemus (v. nn° 362, 366).— De viri nomine et Graefius et Boeckhius dubitabant: ille enim dixit (p. 7) nomen Καίων (Κάτον?) Graecum Romanumve praestare intactum relinquere, hic «nomen viri laudati, inquit, esse Romanum certe ex parte, docet vs. 18. Γ foliolis interpositum: coniecero Γ(άτον) Κάτον cum Graefio, vel Κᾶρον quod mihi probabilius; Καῖον non est probabile». Sed in fr. *a* v. 3 omnes nominis litterae tam bene leguntur, ut dubium non sit, quin media littera revera sit I; itaque Κάιος legendum est, non Κάτος aut Κᾶρος.—V. 5 med. coniecero quispiam dativum τοῖς quadratarii errore bis esse repetitum; sed nobis probabilius videtur τοῖς [ἐ]οῖς esse

Fragmentum a. 1891 Chersonesi inventum in platea prope novum templum, exstat ibidem in museo.



[..... ὁ δεινα]  
Ζήθο[υ ὑπὲρ Γα]-  
ζουρίου [τοῦ Μητρο]-  
δώρου ἱε[ρατεύσαντος?]  
Παρθένωι.

1) V. Отчетъ Имп. Археолог. Комм. за 1892 г., p. 26, delin. n° 22.

2) De coemeterii huius exploratione cf. *ibid.* p. 19—27 et 101—123.

Gazurium hunc Virginis sacerdotem non diversum esse a primo archonte, cuius monumentum sepulcrale infra edituri sumus, coniecit Kosciuszko-Walużynicz in relatione manuscripta<sup>1)</sup>. Quae proposui supplementa non prorsus certa esse ipse video.

**Переводъ.** [...] Такой то] сынъ Зива [за Га]зурія [Митро]дорова, жре[цествовавшего] Дѣвѣ.

**413.** Lapis calcarius in duas partes fractus, angulo dextro laeso, a. 0,18 m., l. 0,23, cr. 0,165, in parte antica et in lateribus instrumento acuto (зубатка) dolatus, in parte postica (quae in fragmento sinistro abscisa est) male politus. Litterae diligenter exaratae sunt, altitudine variante inter 0,044 et 0,058 m. Edidit R. Loeper *ИАК.* f. 45, p. 66, n° 13, cum imagine, quae hic repetitur (circa  $\frac{1}{8}$  v. m.).

Fragmenta a. 1908 inventa Chersonesi prope basilicam, quae est inter septentriones et orientem, servantur ibidem in museo.



Δι [Υπ]άτω.

Titulum propter W litterae formam medio saeculo II p. Chr. vix esse antiquiorem putat Loeperus.

**414.** Tabula marmorea integra, a. 0,61 m., l. 1,32, cr. 0,15, quae olim videtur angulum effecisse zoophori templi. Supra ornata est epistylis sculpto, quod hodie pessime laesum est; melius conservata sunt capita sculpta hirci et arietis, coniuncta sero dependenti, quod e hederæ foliis et pityidibus constat; ab arietis capite, quod in media fere tabula est, alterum sertum simillimum dextrorsum pergit ad finem tabulae; superserta rosae sunt duae elegantissime sculptae. Sub sero dextro titulus est duobus versibus constans, quorum fines erant in altera tabula simillima, quae huic olim a dextra adiuncta erat. Tituli litterae elegantissime incisae (a. 0,025 m.) optime etiam nunc in ectypo dispiciuntur. Titulum ad fidem ectypi chartacei edidi *Мам.* № 9, p. 25, n° 7 et *IosPE*<sup>1.</sup> v. IV n° 87. Lapidis ornamenta descripsit Al. Berthier de Lagarde in commentatione inscripta «Раскопки Херсонеса» (*Мам.* № 12, Спб. 1892), p. 19, addita lapidis imagine phototypica in tab. IV, n° 2<sup>2)</sup>. Hic titulum ad ectypum accuratius delineatum praebeo (circa  $\frac{1}{8}$  v. m.).

1) Cf. *Отчетъ Имп. Археолог. Комм.* а. 1892, p. 26, ubi eadem opinio pro certa proposita est.

2) Alteram eiusdem zoophori tabulam simillimis ornamentis instructam, sed inscriptione carentem, a Sche-

miakino a. 1951 ibidem inventam servari in museo societatis hist. et arch. Odessitanae monuit Berthier de Lagarde l. c. Commemoratur illa in indice musei a I. Jurgiewiczio composito (ed. 2 a. 1890) p. 80, № 11.


Lapis aestate a. 1890 a D. B. f. Ainalovio extractus e fundamento parietis dextri basilicae illius notissimae, quae a comite Uvarovio a. 1853 effossa est, servatur in museo.

ΓΑΣΙΑΔΑΣ ΑΡΤΕΜΙΔ ΒΑΣΙΛΕΥΩΝΙ ΕΡΕΥΣΕ	Πασιάδας Ἀρτεμιδ[ώρου . . . . .] βασιλεύων ἱερεὺς ἐ[ών. . . . .]
---------------------------------------	---

Titulus in integrum restitui non potest. Id tantum patet, Pasiadam Artemidori f. templum illud, ad quod tabula pertinebat, aut aliquam partem eius extruxisse aut renovasse, cum regis fungeretur munere simulque esset sacerdos. Tabulae ornamenta (hedera scilicet et hirci caput) probare nobis videntur templum illud Baccho esse dicatum. Cum vero in eadem basilica a comite Uvarovio titulus inventus esset aetatis recentioris Veneris nomen referens (v. infra), putandum est aut Bacchi templo diruto postea eodem loco Veneris sacellum esse exstructum, aut alterutrum lapidem ad basilicam aedificandam aliunde esse adportatum. Titulum propter litterarum formas medio III a. Chr. saeculo non esse recentiorem puto.

415. Basis marmoris cinerei a. 0,18 m., l. 0,47, longa 0,73, variis usibus foedata. In summa parte pedum vestigia apparent, in infima foramen rotundum. Frons lapidis, cui titulus est inscriptus, recentiore aetate epistylīi instar sculpta est ita, ut prior versus in parte eius convexa supersit, alter lapide excavato prorsus perierit; praeterea media frontis pars a summo usque ad imum excavata est, qua de causa etiam prioris versus litterae mediae perierunt. Quae supersunt litterae 0,017 m. altae satis bene etiam nunc leguntur. Titulum exscripsi a. 1892 et edidi *Mam.* № 17, p. 11, n° 6 et *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV, n° 88.

Lapis a. 1890 inventus in fodienda platea prope novum templum exstat Chersonesi in museo.



Φορμίων Ἡρίος [ἱερεὺς] ἐὼγ καὶ βασιλεύων . . . . . ἄν]έδη[κεν].

Titulus proxime praecedenti simillimus procul dubio est dedicatorius. Nomen dei aut deae v. 2 scriptum periisse consentaneum est (cf. n° 410); cum lapis eo loco inventus sit, quo complures lapides Virginis nomen referentes in lucem prodierint, veri simile est eum quoque in Virginis fano olim fuisse. Propter litteraturam et ἐὼγ scribendi genus titulum ad IV aut III a. Chr. saeculum rettulerim.



**416.** Tabula lapidis calcarii l. ab altera parte 0,60 m., ab altera 0,71, a. 0,22. Supra est caverna anthemio, ut videtur, infigendo destinata. In latere breviora (l. 0,60 m.) supersunt litterae satis diligenter quidem exaratae, sed ex parte detritae (a. 0,03 m.). Ectypo chartaceo usus edidi IosPE<sup>1</sup>. v. IV n° 89 et hic repeto.

Lapis prope Chersonesi moenia a. 1898 exeunte inventus exstat ibidem in museo.


ΑΞΙΤΙΜΟΥ

['Ο δεινα Νικ]ασιτίμου [ἀνέ]θ[ηκεν? . . .]

Videtur lapis primo donarii basis fuisse, recentiore vero aetate ad monumentum sepulcrale esse adhibitus. Titulus propter litterarum formas ad IV a. Chr. saeculum potest referri. Νικασιτίμου nomen Chersonesi in usu fuisse probat tit. 403.

**417.** Tabula marmorea in quattuor partes fracta, a. 0,315 m., l. 0,255; titulus diligentissime incisus litteris 0,02—0,025 m. altis (excepto ultimo versu, ubi litterarum altitudo variat inter 0,004 et 0,007 m.) optime etiam nunc legitur. Edd. M. Rostovzev in *ЖМНП* p. m. Martii a. 1900, cl. phil. p. 146 sq. (cum imagine) et *Klio* (*Beiträge z. alten Gesch.*) v. II, p. 85. Inde rep. C. I. Lat. III suppl. n° 14214<sup>34</sup>. Latyschev IosPE<sup>1</sup>. v. IV, n° 94, addita tituli imagine ad fidem ectypi chartacei facta, quae hic repetitur. Cf. Cagnat, *Ann. ép.* 1900, n° 199, et 1903, 1.

Lapis vere a. 1899 in Chersonesi rudibus inventus (de loco, ubi inventus est, cf. *Омв. Н. Аpx. Комм.* за 1899 г., p. 12) servatur ibidem in museo.



*Pro [sal(ute) imp(eratoris)] | M. Aur(elii) Ant(onini) Com(modi) Aug(usti) et | Fl(avi) Sergiani Sosibi | trib(uni) mil(itum) leg(ionis) I Ital(icae), iuven(is) | reverentiss(im)i, s(ub) c(uius) c(ura) e(ge), | et mea meorum- q(ue) T. | Aur(elius) T. f. Cam(ilia) Secun- | dus Rave(nna) tr(ierarcha) c(lassis) Fla- viae. | M(oesicae) v(otum) s(olvit) l(ibens) l(aetus) m(erito). | sequentes Materno et Bradua co(n)s(ulibus). [A. 185 p. Chr.].*

Supplevit Rostovzev in vv. 6 et 9 adiutus a Ritterlingio professore Wiesbadensi.

Nunc Rostovzevius a me rogatus ad titulum explicandum haec scripsit: «Hic Fl. Ser-gianus Sosibius praepositus fuit terrestribus maritimisque copiis, quae inde ab Hadriano Caesare totam Chersonesum Tauricam (praeter regnum Bosporanum) oraeque septentrionalis Ponti Euxini oppida tuebantur. Cf. titulos Olbiopolitanos supra nn° 167, 168, 169, 236, 237 praecipueque 322. De Chersonesi occupatae historia praesidiorumque compositione et praefectis consulendi sunt commentarii mei, qui supra commemorati sunt, coll. *ИАК*. f. 23, p. 1 sqq.; f. 27, p. 55 sqq.; f. 40, p. 1 sqq., cf. 58, p. 1 sqq. Hic illud tantum moneo, dubium mihi non esse, quin ultimus versus titulo iam exarato et haud scio an iam collocato sit additus. Ceterum vides honoribus a trierarcha in tribunum iuvenem conferendis adhiberi etiam *sequentes*, i. e. *διαδέχους*, milites centurionesque e Moesia in priorum stationem succedentes, unde efficitur titulum ante a. p. Chr. 185 positum esse.

Lapis inventus est inter muri oppidani partes exteriorem interioremque, eo scilicet loco, quo hic murus in castelli a Romano praesidio occupati propugnaculum conversus est (v. *Омв. Н. А. К. 1899* l. c. supra, collata tab. I). Cum tamen quod inter utrumque murum areae patebat, totum sepulcris et officinis expletum esset, vix crediderim in situ repertum esse titulum; utique verisimilius est principio in castello positum fuisse, aut in ipso praetorio aut loco vicino».

## CLASSIS TERTIA.

### Tituli honorarii.

418. Basis oblonga marmoris candidi venis subcaeruleis variati, fere integra, undique polita, a. 0,30 m., l. 0,68, longa 1,07. In brevior latere (A) sub versu maioribus litteris (a. c. 0,022 m.) scripto, cuius pars extrema lapidis angulo fracto periit, sunt tituli tres coronis circumdati, e quibus prima est laurea, reliquae hederaceae; in longiore latere (B), quod a brevior ad sinistram est spectanti, tituli quinque (4—8) coronis laureis sunt inscripti, e quibus prima et extrema hodie prorsus evanuerunt, e mediis non supersunt nisi partes inferiores<sup>1)</sup>. Lateris A tituli satis bene etiam nunc leguntur, lateris vero B pessime sunt habiti; tenendum est litteras quae exstant alte esse incisas optimeque dispici, cum reliquarum ne vestigia quidem supersint; dicas totius lateris B titulos consulto fuisse deletos, postea autem litteras aliquot renovatas. Primum de titulo rettulerunt P. Sumarokov Itiner. Crim. et Bessar. (*Путешествіе по всему Крыму и Бессарабіи въ 1799 году*. Москва 1800), p. 121, et Clarkius, *Travels in var. countr.* (ed. 4) v. II p. 214<sup>2)</sup>. Edidit L. Waxel,

1) Aliter scripsit Beckerus l. l. infra: «Die drei mittleren Stücke dieser Inschrift, inquit, sind in der untern Hälfte mit einem Halbkreise von Lorbeerblättern umgeben, während die erste und letzte Inschrift gar nicht verziert ist».

2) Clarkii verba integra hic repeto: «In the year 1794 was also found, about three feet below the surface

of the soil, a large slab of white marble, containing an inscription so imperfectly preserved, that it was not possible to copy it in a legible manner. It is in the *Doric* dialect, and seems to commemorate the gratitude of a people to a citizen or magistrate, for the introduction of vineyards. The original stone is still in the possession of Admiral Wilson, at «Aktiar».

*Recueil de quelques ant.* n° 4 «in aere valde opaco, vix ut litteras distinguas» (verba sunt Boeckhii). Postea Blarambergius in *Journal d'Odessa* a. 1829 n° 88 titulos dedit integros, quasi ita e lapide exscriptos, similiterque in schedis misit ad Boeckhium, qui repetiit C. I. Gr. II n° 2097. Inde sumpsit B. Koehne *Comment. de historia et antiquitatibus Chersonesi* (Petrop. 1848), ed. germ. p. 75, ed. russ. p. 84; etiam Duboisii exemplum in *Voyage autour du Caucase*, atlas sér. IV pl. XXVIIb sub n° 6 editum ex eodem fonte puto fluxisse, cum nullam lectionis varietatem praebet. Nova apographa dederunt N. Mursakewicz in censura libri Koehniani inserta 300. v. II p. 708 (postea iterum dedit Koehne mus. pr. Kotschubei v. I p. 139 ad exemplum Boeckhianum, cum e Mursakewiczii apographo nihil nisi errorem assumpsisset) et P. Becker, *Die Herakleotische Halbinsel* (Lips. 1856) p. 60. Exscripsi et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 195. Inde litteris minusculis repetierunt Bechtel, *Sammlung d. griech. Dialekt-Inschr.* v. III fasc. I n° 3085, potissima lectionis varietate enotata<sup>1</sup>), et Minns, *Scyth. and Gr.*, p. 646, n° 17. Nunc iterum ectypa inspexi.

Lapis, quem a. 1794 in Chersonesi rudericibus inventum esse dicunt Sumarokovius et Clarkius, hodie Odessae asservatur in museo societatis.

## A.

Ο Δ Α Μ Ο Ξ Α Γ Α Ξ Ι Κ Λ Η Κ Τ Η		
1	2	3
ΕΙΣΑΓΗΣΑ	ΟΟΡΙΑΝΤΙ	
ΜΕΝΩΙΤΑΝ	ΤΑΝΕΡΙΤΟΥ	ΤΕΙΧΟΡΟ
ΦΡΟΥ. Ν	ΡΕΔΟΥ	ΗΣΑΝΤΙ
ΚΑΙΚΑΤΑΣΚΕΥ	ΑΜΡΕΛΕΙΑΝ	
ΑΣΑΝΤΙ		

## B.

4	5	6	7	8
TANAΓOP	XANTI	ΣΑΝΤΙ	ΡΧΗΣΑΝΤΙ	ΛΙΟΡΑΝΟ
				ΜΝ NTI

*Var. lect.* Si quis exemplum meum cum Boeckhiano vel potius Blarambergiano contulerit, conciet fortasse aut lapidem magnum tulisse damnus postquam eum exscriperit Bla-

1) Bechtelius cum Beckero nimis confideret, qui dixerat in fine versus 1 partis A post ΚΤΗ litteras nihil scriptum fuisse in lapide, coniecit Agasielis patris nomen per compendium fuisse scriptum. Equidem in lemmate editionis prioris disertis verbis dixi et hic repeto ultimas huius nominis litteras lapidis fractura ablatas

esse, quod verum esse facillime videbit qui museum Odessitanum adierit. Cum vero ΚΤΗ litterae ab angulo lapidis non amplius distent, quam ut post eas tres fere litterae scribi possint, ΚΤΗ[σίς] nomen maxime videtur spatio convenire. Haec exposui ΖΗΡΑΟ. v. IV p. 150 et IosPE<sup>1</sup>. v. IV add. p. 279.

rambergius, aut me in exscribendo eo negligentius esse versatum: Sed equidem Blarambergio potius crimini do, quod titulis, qui in lapide iam non exstabant integri, tacite restitutis et Boeckhium ipsum et omnes Corporis inscr. Gr. lectores decepit. Quod plus uno argumento potest probari. Primum enim Bl. ipse in diario Odess. l. l. ita dixit: «Nous croyons faire plaisir au lecteur . . . en restituant en entier cette inscription intéressante»; deinde iam Clarkius, qui multis annis ante lapidem viderat, titulum «imperfectly preserved» dixit; denique in Bl. exemplo formae quaedam comparent non doricae dialecti, quas in lapide fuisse minime est veri simile, velut in cor. 1 κατασκευάζαντι, in cor. 2 έρείσαντι, in cor. 5 στρατηγήσαντι. Ideo Blarambergii lectiones hic enotare omitto; e Waxelianis non adfero nisi eas, quae ad textum restituendum aliquid momenti habeant. A v. 1 extr. ΚΤΙ Wax., ΚΛΗΤΗ Murs. fortasse operarum errore. — Cor. 1 v. 3: ΦΡΥΓΑΝ W., Φ. . Υ. . Ν Murs., ΦΡΟΥΡΑΝ Becker. — Cor. 2 v. 1: ΟΡΒΙΞΑΝΤΙ Wax.; ΟΟΡΙΣΑΝΤΙ Murs.<sup>1)</sup> — B cor. 5 v. 1 Wax. IPA ductus dedit admodum obscuros, v. 2 ΞΑΝΤΙ. — Cor. 6 v. 1: Ι. ΓΑΙΕΥ Wax., nihil nisi Υ extr. Murs., ΤΕΥ Beck. — Cor. 7 v. 1: ΓΥΜΝΑΞΙ Wax. Murs. B.; v. 2 extr. Ι omisit Murs. — Cor. 8 v. 1 in. ΛΓΟ Wax. B., ΑΓΟ Murs., v. 2 ΜΗΞΑΝΤΙ Wax., ΜΗ. . ΝΤΙ Murs. Apparet igitur e Waxelii maxime lectionibus titulos olim aliquanto melius legi potuisse quam hodie.

Ὁ δᾶμος Ἀγασικλῆ Κτη[σία].

1. Εἰσαγησαμένωι τᾶν | φρου[ρά]ν | καὶ κατ[α]σκευάζαντι.
2. (Ὁ)ρί[ξ]αντι | τᾶν ἐπὶ τοῦ | πεδ[ί]ου ἄμπελείαν.
3. Τειχοποίησαντι.
4. [Ποήσαντι?] | τᾶν ἀγορ[άν].
5. [Στραταγ]ή[σ]αντι.
6. [Ἴερατ]εύσαντι.
7. Γυ[μ]ν[α]σι[α]ρχήσαντι.
8. [Ἀγ]ορανο[μ]ήσαντι.

Viri nomen rectissime restitutum esse a Boeckhio persuasum mihi habeo; certe quod nostrates iactitabant Ἀγασικλήκτης omni caret analogia. «Vs. 1. accusativus est, sc. ἀνέστησαν: nam in lapide patet statuam positam fuisse: neque offendit posthac coronis inscriptos esse dativos». Boeckh. Dativi illi a subaudiendo enuntiato ἡ δᾶμος ἔδωκε στέφανον pendere videntur. «Εἰσαγησαμένω, τᾶν φρουράν καὶ κατασκευάζαντι est: decretum ferenti de statione aliqua ad custodiendam dicionem instruenda eamque exstruenti, nempe τὸ φρούριον ei stationi inserviens. Cf. de simili re Strab. VII. p. 812». Boeckh.

1) Addo quae recte de huius vocis scriptura dixit Beckerus: «Im Worte ΟΟΡΙΣΑΝΤΙ stehen die beiden ersten Buchstaben nicht in einer Linie und etwas niedriger, als die folgenden; der erste ist gegen den zweiten um eben so viel niedriger, als der zweite gegen

den dritten; der Form nach sind die beiden ersten Buchstaben einander ganz gleich und so vollständig erhalten, dass der zweite nicht, wie eine Variante bei Böckh... zeigt, für ein unvollständiges P gehalten werden kann».

Quae L. Stephani de hoc titulo disputavit *Mél. gr.-rom.* v. I p. 44 (in censura libri Koehniani quem supra laudavi), minus probabilia mihi videri dixi l. l. ad n° 360 p. 59. In eadem commentatione de magistratibus Chersonesitarum, quos e titulis novimus, in univ-ersum disputavi. Titulum tertio a. Chr. saeculo non recentiorem esse puto cum Beckero.

**Переводъ.** Народъ поставилъ статую [или: почтилъ статуею] Агасикла с. Ктисин. — 1. Предло-жившему декретъ о гарнизонѣ и устроившему ея. — 2. Размежевавшему виноградники на равнинѣ. — 3. Быв-шему стѣностроителемъ. — 4. Устроившему (?) рынокъ. — 5. Бывшему стратигомъ. — 6. Жречествовавшему. — 7. Бывшему гимнасиархомъ. — 8. Бывшему агораномомъ.

**419.** Fragmentum basis marmoris candidi a. 0,12 m., longum 0,81, latum 0,215. Summa lapidis pars excavata est, in ima autem cavernae duae exstant, altera oblonga, altera rotunda, quibus statuae pes sinister hastaque inhaerebant. In latere supersunt corona, cui titulus inscriptus est, et alterius coronae particula dextra. Titulus primo sex versibus constabat, sed lapide laeso nunc ultimi versus litterarum summae tantum partes super-sunt; reliquorum versuum litterae altae fere 0,01 m. satis bene conservatae sunt; aliquot locis etiam lineolae comparent, inter quas litterae sunt exaratae. Cum statuae vestigia, ut diximus, in infima lapidis parte sint, apparet lapidem antiqua aetate bis ad statuas sustinendas esse adhibitum; sed eius viri, ad quem titulus pertinet, statuae nulla vestigia supersunt. Aetate Byzantina lapis pro limine in sepulcro positus est, quod est sub sacello a. 1891 effosso in ea Chersonesi rudera parte, quae est inter septentriones et occidentem. Vere a. 1898 fures quidam limen extraxerunt, eo sine dubio consilio, ut Sebastopoli venderent, sed operae furto viso lapidem ademerunt et in museum transtulerunt. Coniecerit quispiam coronae sinistrae, cuius particula dextra superest, item titulum fuisse inscriptum et lapide laeso alias coronas aliquot periisse. Quae si ita sunt, basis similis fuit Agasiclis et Aristonis basibus (nn° 418 et 423); viri honorati nomen summae lapidis parti videtur fuisse inscriptum. Ad ectypum chartaceum edidi *Mam.* № 23 p. 9 sq., n° 6, et *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 91, addita imagine, quae

hic repetitur (circa  
<sup>1</sup>/<sub>2</sub> v. m.).



Ἐπὶ τὰς συμμα-  
χίας γενηθέν-  
τι τὰς πρὸς β[α]-  
σιλέα Πολέμω-  
να δι' ἀγεμο-  
[νίαν εὐτυχῆ].

In priore editione tituli sensum non aliter videri esse intellegendum dixi, quam ut staueremus virum honoratum legationi praefuisse Chersoneso ad regem Polemonem missae ad societatem ineundam aut renovandam et munere suo optime esse functum. Sed Th. Th. f. Sokolov magister optimus in censura editionis prioris inserta *ЖМНП* p. m. Nov. 1902 p. 225 sqq. et repetita in collectaneis eius (*Труды* Θ. Θ. Соколова, Спб. 1910) p. 638 sqq. rectius monuit virum illum ducem fuisse auxiliorum regi Polemoni missorum atque pro rebus feliciter gestis esse honoribus affectum.

Polemo in titulo commemoratus quin sit rex Bosporanus, non est dubium. Constat in Bosporo duos Polemones regnasse, e quibus alter a M. Vipsanio Agrippa contra Scribonium missus rerum potitus est a. 15 sive 14 a. Chr. n.<sup>1</sup>), alter (prioris nepos) ab imperatore C. Caligula a. 38 p. Chr. Bosporo praepositus tribus annis postea a Claudio revocatus est, qui Bosporum Mithridati tradidit Aspurgi filio. Uter Polemo hic intellegendus sit, diiudicare non ausim, cum neque titulus ipse, neque ea quae aliunde scimus de Chersonesi aut Bospori statu, qualis hac aetate fuerit, certi quicquam praebeant ad rem definiendam.

**Переводъ.** Стоявшаго во главѣ вспомогательнаго отряда, посланнаго къ царю Полемону, за [счастливое] предводительство.

**420.** Tabula integra marmoris candidi venis variati subcaeruleis, a. 0,77 m., l. 0,44, n. 0,065. Ornata est coronis duodecim per tres ordines dispositis, quibus inerant tituli. Hodie superior tabulae pars adeo detrita est, ut quinque coronae vix dispiciantur, e titulis, qui eis incisi erant, nihil legi possit. Trium titulorum qui sequuntur litterae aliquot distinguuntur, reliqui quattuor etiamnunc bene leguntur.

Tabula ubi aut quando inventa sit, non constat; a. 1872 cum aliis monumentis aliquot Mosquam asportata (cf. ad n° 373) exstat hodie in museo historico. Exscripsi a. 1883 et primum edidi l. l. ad n° 360 p. 43 cum tabula lapide expressa, deinde IosPE.<sup>1</sup> v. I n° 196. Inde titulum decimum solum litteris minusculis repetiit Cagnat IrR. v. I n° 867. Hic imaginem photographicaam praebeo (quam Oreschukovius humanissime suppeditavit) in zinco expressam (circa  $\frac{1}{4}$  v. m.).

(Imaginem vide p. 385).

4. Ὁ δ[ᾶμος] δα[μιορ]γ[ήσ]αντι τὰν [πρώ]τα]ν ἀρχάν] τρ[ί]ς.

7. Δαμιοργῆσαντι.

8. Π[ροδι]χ[ήσαν]τι.

1) Anno 14 hoc factum esse omnes fere viri docti consentiunt praeter W. Voigtium, qui ad a. 15 rem refert (« Quo anno Agrippa expeditionem Bosporanam fecerit » in *Griech. Studien für H. Lipsius*, Leipz. 1894, p. 134). De Polemonibus in universum cf. IosPE. v. II<sup>1</sup>

introd. p. XXXVIII sq.; Brandis in Pauly-Wissowa, Realencyclor. s. v. Βοσπορος; Ростовцовъ, Бронзовый бюстъ Боспорской царицы и исторія Боспора въ эпоху Августа. Москва 1914.

4

7

10



9. . . . ο. [σα]ντι. [χα]τὰ Βόσ[πο]ρον.  
 10. Πρεσβευ|σαντι ποτι | τὸν τᾶς Μουσ|ας ἀγεμό|να.  
 11. Καλῶς | πελειτευ|σάμενον.  
 12. Ὁ δᾶμος | τειμαῖς | αἰδίοις.

Tituli aetati accuratius definiendae praeter scripturam mentio legationis viri, in cuius honorem tabula erat posita, ad Moesiae provinciae praefectum (cor. 10) ansam praebere potest. Constat enim hanc provinciam Augusti aetate imperio Romano adiunctam centum fere annis post a Domitiano in duas partes esse divisam, quarum utraque suum habuerit praefectum (cf. Marquardt *Röm. Staatsverw.* v. I p. 146 sq.); admodum igitur videtur veri simile titulum ad hoc centum fere annorum spatium pertinere: nam si divisa iam Moesia esset positus, additum sane esset, utrius Moesiae praefectus esset intellegendus. Quae autem fuerit legationis causa, certo sane in tanta Chersonesi rerum obscuritate definiri non potest. Coniectura tamen, quam in prima proposueram tituli editione, etiamnunc placet. Cognovimus ex elogio notissimo (Orelli 750. Wilmanns 1145) Ti. Plautium Silvanum Aelianum, qui intra annos 55—69 p. Chr. Moesiae legatus pro pr. fuit, Chersonesum Scytharum cuiusdam regis obsidione liberasse: cumque dubium non sit, quin Chersonesitae ipsi a Silvano auxilium petierint, facile conici potest hunc virum ad Silvanum esse missum. Haec si ita sunt, ad annos fere 60—70 p. Chr. referendus erit titulus, quoniam legatio ad Moesiae praefectum supremum videtur fuisse viri honorati munus.


De titulo quartae coronae restituendo pluribus egi in prima editione p. 62 sq., ubi demonstrare studui supplementum quod est τὰν [πρώτα]ν ἀρχάν plus habere probabilitatis, quam τὰν [αὐτὰ]ν ἀρχάν, quamvis ne illud quidem omni careret dubitatione: expectandum enim erat potius ἄρξαντι, quam δαμιοργήσαντι (cf. titulum Trallianum citatum p. 370).

**Переводъ.** 4. Народъ исполнявшему трижды первую должность. — 7. Бывшему дамiургомъ. — 8. Бывшему продигомъ. — 10. Бывшему посломъ къ правителю Мезiи. — 11. Бывшаго прекраснымъ гражданиномъ. — 12. Народъ почтима вѣчными почестями.

**421.** Basis quadrata marmoris albi a. 0,27 m., longa 0,63, lata 0,58. Supra et infra statuarum vestigia supersunt, quae probant lapidem antiqua aetate bis fuisse in usu. Inscriptionis fronti diligenter incisae primus versus laesus est, reliqui bene leguntur; litterae altae sunt circa 0,035 m. Ed. L. Stephani, *Bull. hist.-philol. de l'Acad. de St. Pétersbourg* v. II p. 253 = *Mélanges gr.-rom.* v. II p. 236, n° 9. Exscripsi et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 197. Inde repetiit Cagnat *IrR.* v. I, n° 863, litteris minusculis. Hic titulum ad imaginem photographiam delineatum praebeo ( $\frac{1}{8}$  v. m.).

Lapis a. 1853 inventus a comite Uvarovio, cum Chersonesi solum exploraret, Petropoli servatur in museo quod vocatur Ermitage.





[Σ]έξ[τον Ούεττουληνόν]  
 Κεριαλιν, Αὐτοκράτορος Οὐ[εσ]-  
 πασιανού Καίσαρος Σεβαστοῦ  
 πρεσβευτὴν καὶ ἀντιστράτηγον,  
 ὁ δάμος.

Duos Ceriales fuisse Vespasiani aetate demonstrarunt I. Pomialovski in *ЖМНПр.* a. 1880 m. Maio p. 85 et Th. Mommsen *Ephem. epigr.* v. IV p. 499. Alter est *Seatus Vettulcnus Cerialis*, quem bello Iudaico a. 69—70 legioni V Macedonicae praefuisse narrat Iosephus Flavius (locos v. ap. Mommsenum; cf. quae de eo exposuerunt L. Renier *Mem. acad. inscr.* v. XXVI p. 1 pag. 302 sq. et Waddington, *Fastes des prov. Asiat.* p. 160 n° 104), alterum *C. Vettulenum Civicam Cerialem* a. 82 in Moesia praefuisse exercitui docuit diploma militare in Bulgaria inventum, quod primus edidit Pomialovski l. l. p. 61 sq., repetiit Mommsen l. l. Uterque vir doctissimus putat in huius honorem titulum quem edimus fuisse positum; sed obstant litterarum reliquiae quae exstant v. 1 quasque restricte ΣΕΞΤΟΝ praenomini respondere monuit Waddington; idque restitui, quamvis alioquin Sextum Moesiae legatum fuisse nondum constet. Iam igitur Gaium Sexto in Moesia successisse putemus necesse est. Nobis adsentitur Cagnat, qui de S. Vettuleno Ceriali conferri iubet *Prosop. imp. rom.* v. III, p. 415, n° 351.

**Переводъ.** [Секста Веттулена] Керялиса, легата и пропретора императора Веспасиана Кесаря Августа, поставилъ народъ.

**422.** Basis marmoris candidi a. 0,218 m., longa 0,73, lata 0,61. Lapidem antiqua aetate bis ad statuas sustinendas adhibitum esse probant pedum statuarum vestigia supra et infra conservata; utramque statuam pari magnitudine fuisse pedum mensura indicat. Fortasse tituli quoque duo lapidi erant inscripti, nam e titulo antiquiore A littera inversa videtur superesse, quae tamen vix dispicitur. Titulus, qui nunc exstat, diligenter incisus est litteris 0,025—0,03 m. altis, sed arcte positus, quae ad unam omnes optime leguntur.

Lapis a. 1886 prope Sebastopolim ad coemeterium Francogallorum e tumulo quodam effossus est. Edidi in opere periodico cuius titulus est *Древности. Труды И. Моск. Археолог. Общ.*, v. XI fasc. 3 p. 65 sq., et *Bull. de corr. Hellén.* v. XI p. 163 sq. ad fidem apographi, quod Oreschnikovius m. Augusto a. 1886 mecum amicissime communicaverat, ab alio homine Sebastopoli acceptum. Brevi postea Polydorus Vacquier, qui tum proxeni Gallici Sebastopoli vicem obtinebat, lapidem acquisivit et vere a. 1887 Mosquam misit in museum historicum, ubi adhuc conservatur. Inde Oreschnikovius qua solet esse comitate ectypum chartaceum et lapidis descriptionem statim mihi misit, quibus usus titulum accuratius repraesentavi *ЭИРАО.* v. IV p. 140 n° 197<sup>1</sup> et *ИосPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 93. Inde minusculis litteris repetiit Cagnat *IrR.* v. I n° 862. Hic titulum ad ectypum delineatum praebeo (<sup>1</sup>/<sub>6</sub> v. m.).

ΣΕΞΣΤΟΝΟΚΤΑΟΥΙΟΝΦΡΟΝΤΩΝΑΠΡΕΣΒΕΥ  
 ΤΗΝΚΑΙΑΝΤΙΣΤΡΑΤΗΓΟΝΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣΔΟΜΕ  
 ΤΙΑΝΟΥΚΑΙΣΑΡΟΣΘΕΟΥΣΕΒΑΣΤΟΥΓΕΡΜΑΝΙ  
 ΚΟΥ ΟΔΑΜΟΣ

Σέξστον Ὀκτάουιον Φρόντωνα, πρεσβευ-  
 τήν καὶ ἀντιστράτηγον Ἀυτοκράτορος Δομε-  
 τιανοῦ Καίσαρος Θεοῦ Σεβαστοῦ Γερμανι-  
 κοῦ, ὁ δᾶμος.

Titulus proxime praecedenti simillimus est. De S. Octavio Frontone, qui Moesiae legatus pro pr. fuit circa a. 92 p. Chr., v. quae dixi in tituli huius commentario prioribus editionibus adiecto. Cagnat conferri iubet *Prosop. imp. rom.* v. II, p. 426, n° 25.

**Переводъ.** Секста Октавія Фронтоня, легата и пропретора императора Домициана Кесаря бога Августа Германскаго, поставилъ народъ.


**423.** Basis quadrata integra, a. 0,33 m., l. 0,69, longa 0,77. In superficie cavernae supersunt, quibus statucae pedes erant infixi. In fronte versus maioribus litteris scriptus viri nomen continet; sequuntur coronae decem oleagineae, quibus tituli minoribus litteris sunt incisi; infra statuarii nomen item minutis litteris exaratum. Lapidis ima pars in quinque particulas erat diffracta, ut dixit Jurgiewiczzius; quae tamen scite adglutinatae sunt gypso. Tituli coronis inscripti nec non artificis nomen lapide attrito hic illic minus bene leguntur. Edidd. L. Jurgiewiczz *ЗНОО.* v. XIII (a. 1883) p. 2 sq. et *Revue archéolog.* 3-ème sér. v. II p. 79 sq. (hic quidem minusculis tantum litteris) ad imaginem photographica. Ad imaginem photographica ab Jurgiewiczzio acceptam titulum expressit E. Loewy, *Inscripfien griech. Bildhauer* (1885), p. 237, № 337, antequam sylloges meae vol. I prodiiit, postea vero, editionibus meis cognitis, varias earum lectiones dedit in addendis, p. XXV.

Exscripsi Chersonesi in monasterio a. 1883 et ectypa confeci, quae tamen non multum profuerunt, utpote lapide satis detrito. His subsidiis usus edidi l. l. ad n° 360 p. 37 sq. cum tabula lithographica et IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 199. Inde minusculis litteris repetierunt Cagnat *IrR.* v. I, n° 865, et Minns, *Scyth. and Gr.* p. 648 n° 19. Hic imaginem photographica in zinco expressam praebeo (circa 1/4 v. m.).

Lapidem m. Maio a. 1881 prope aquaeductum antiquum in principali Chersonesi platea inventum esse tradit Jurgiewiczz.

(Textum vide p. 389).

*Var. lect.* Jurgiewiczzius aut is qui apographum eius ligno incidit (in ed. russ.) titulos coronis inscriptos per versus plerumque non recte disposuit. V. 1 in. dedit ΑΡΙΣ, mox ΑΡΤΙΝΑ non recte. Cor. 1 vv. 5 sq. ΤΟΝΟΔΟ.ΣΕΒΑΣΤΟ.Ε. | ΑΕΤΙ. .Κ. .Α.ΟΔΑ- ΜΩΝ|ΤΑ (transcr. (πι)οτι τον οδδ(ν) Σεβαστο(υ) εξαετι(αν) κα(α)α(πι)οδαμων(τα). — Cor. 2:



lapidis rimulam quae est sub v. 2 pro A littera accepit Jurg. eaque fretus in transcriptione addidit adverbium (x)α(λῶς), quod nunquam fuisse in lapide certum est. — Cor. 3 v. 2 med. KH litterae desunt ap. Jurg. — Cor. 4 in. ΔΑΜ.Ο etc. — Cor. 5 v. 6 extr. Κ desunt; v. 7—8: ΤΕΤ . . ΧΟ.Α — Cor. 6 titulus in duos versus divisus ita legitur: ΡΑΤΕΥΣΑ. ΤΑΚΑΛΩ.ΚΑΙ. . ΚΟΝΙ.ΧΑ. . ΣΑ; infra punctis aliquot additis totum titulum Jurg. ita restituit: (Ἱε)ρατεύσα(ν)τα καλῶ(ς) και (εἰ)κόνι(α) χα(ρι)σά(μενον). — Cor. 7 v. 2—3: ΦΩΤΙ.Α . . . etc. — Cor. 8 v. 6 sq. ΚΑΙΕΠΙΤΕΥ. . ΤΑ — Cor. 9 v. 3 sq. ΕΙΚΟΝΙ.ΤΕΛ. . . . . (transcr. εἰκόνι(α) τελ(έσαντα). — Cor. 10: ΠΟΛΙΤΕΥ. . Ε.ΟΝΚ'ΑΛΩΣ. In artificis nomine ΦΙΣ litterae sunt omissae.

Ἀρίστωνα Ἀττίνα τὸν φιλόπατριν.


1. Πρεσβεύοντα | ὑπὲρ τᾶς ἐλευθερίας ποτὶ τὸν θεὸν Σεβαστό[ν] ἐξαίτιαν καὶ ἀποκαμόντα.
2. Προδίκησαντα.
3. Νομοφυλάκησαντα.
4. Δαμιοργήσαντα | καλῶς.
5. Πρεσβεύσαντα | ποτὶ βασιλέα Ῥοιμητά[λ]χαν περὶ συ[μ]μαχίας καὶ | ἐπιτετε[υ]χότα.
6. Ἱερατεύσα[ν]τα καλῶς | καὶ ἰκόνι | χαλκία|ι.
7. Διοι[κ]ήσαντα καὶ φωτίσαντα χρήματα [τ]αῖ | πόλει.
8. Πρεσβεύσαντα | ποτὶ βα[σ]ιλέα Ῥαιμητάλ[χ]χαν τὸ δεύτε[[ρ]ον καὶ ἐπιτετευχότα.
9. Δαμιοργήσαντα | καὶ εἰκόνι | τελ[έ]αι].
10. Πολ[ι]τευ[ό]μενον κα[λ]ῶς.  
Κηφισόδοτος [ἐ]π[ο]ίησε.

Cum de hoc titulo pluribus egissem l. 1., hic in eo explicando diutius versari non videtur necessarium. Id unum adnoto, Rhoemetalcae regis Bosporani mentione bis repetita (cor. 5 et 8) tituli aetatem satis accurate definiri. Regnasse eum ab a. 131 usque ad a. 154 p. Chr., Hadriani et Antonini Pii aetate, nummi docent (v. Buratschkovii catal. p. 262). Sub finem potius huius temporis spatii quam ad partem priorem referendus esse titulus ideo mihi videtur, quod inter duas ad Rhoemetalcam legationes etiamque post alteram publicis muneribus in patria functus est Aristo (si quidem honores a populo dati ordine temporis in lapide sunt inscripti, quod certe admodum est probabile), statua autem post mortem demum eius videtur esse posita. Aristo non diversus esse videtur ab eo Aristone Attinae f., qui commemoratur in tit. 359, senatus scriba. De tituli aetate Loewyus et Th. Mommsenus (in epistula ad Loewyum data, cuius summa in libro Loewyano expressa est) longe aliter statuerunt, atque Jurgiewiczus et ego. Ipse enim Loewyus haec dicit: «Nach der durch die Photographie gebotenen Lesung  $\theta\epsilon\acute{\omicron}\nu$   $\Sigma\epsilon\beta\alpha\sigma\tau\acute{\omicron}\nu$  kann ich jedoch in dem Kaiser nur Augustus erblicken, nach dessen Tode somit die Inschrift fällt»; secundum Mommseni sententiam «Unter Rhoemetalkes wird der erste [thrakische König] des Namens gemeint sein, der im pannonischen Kriege [6 nach Chr.] unter Augustus focht. Vgl. *Eph. epigr.* II, p. 254. Etwas Auffallendes behält die *συμμαχία* einer bosporanischen Stadt und eines thrakischen Königs in augusteischer Zeit; aber je tiefer man hinabgeht, desto mehr müsste dies befremden, und es steht eben da». Sed cum n° 422 Domitianus  $\theta\epsilon\acute{\omicron}\varsigma$  et n° 362 Antoninus Pius  $\theta\epsilon\acute{\omicron}\varsigma$  *καὶ*  $\delta\epsilon\sigma\pi\acute{\omicron}\tau\alpha\varsigma$  nuncupentur, mea quidem sententia nihil obstat, quominus in hoc titulo, quem tractamus,  $\theta\epsilon\omicron\upsilon$   $\Sigma\epsilon\beta\alpha\sigma\tau\omicron\upsilon$  nomen ad eundem Antoninum referamus. (Haec demonstravi iam in commentario tituli n° 362, *Mat.* № 17, p. 4 et *SBA.* 1895, p. 508 et *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV add. p. 280. Adsentitur Cagnat l. 1.). Praeterea adnotandum videtur quod Th. Th. f. Socolov mecum communicavit  $\acute{\alpha}\pi\sigma\chi\alpha\mu\acute{\omicron}\nu\tau\alpha$  in cor. 1 nihil aliud significare nisi Aristonem mortuum esse, cum legatus Romae commoraretur (cf. exempli causa  $\acute{\alpha}\pi\epsilon\acute{\xi}\epsilon\lambda\iota\pi\epsilon$   $\tau\acute{\omicron}\nu$   $\beta\iota\omicron$ [ $\nu$ ]  $\acute{\epsilon}$ [ $\nu$   $\tau$ ]ῆι  $\pi\epsilon\sigma\sigma\beta\epsilon\acute{\iota}\alpha$ i in decreto Alabandensi *Bull. de corr. hell.* v. X, p. 300, v. 34. Dixi de his *ΣΗΡΑΟ.* IV, p. 151 et *SBA.* 1895, p. 511 in adnotatione et *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV add. l. 1.). Aliter hoc verbum interpretatur Brandis in Pauly-Wissowa *Realencyklop.* s. v. Chersonesus, 20 (v. III, c. 2268): «Zwar dauerte diese Gesandtschaftsreise lange —  $\acute{\epsilon}\acute{\xi}\alpha\epsilon\tau\acute{\iota}\alpha\nu$  — und Ariston selbst scheint sich um den Erfolg redlich bemüht zu haben — d. h. doch wohl  $\acute{\alpha}\pi\sigma\chi\alpha\mu\acute{\omicron}\nu\tau\alpha$  —» etc. Loewyus iure dubitavit, num Cephisodoti artificis subscriptio ad Aristonis statuam pertineret.

**Переводъ.** Аристона с. Аттина, любящаго отечество. — 1. Бывшаго посломъ для ходатайства о свободѣ къ богу Августу шесть лѣтъ и утомившагося. — 2. Исполнявшаго должность продика. — 3. Исполнявшаго должность номофилака. — 4. Исполнявшаго должность дамiурга прекрасно. — 5. Бывшаго посломъ къ царю Римиталку о союзѣ и успѣвшаго. — 6. Исполнявшаго прекрасно должность жреца [*народъ наградилаъ отъиномъ*] и мѣднымъ изображенiемъ. — 7. Управлявшаго *исударственнойю* казною и выяснившаго денежныя средства городу. — 8. Бывшаго посломъ къ царю Римиталку вторично и успѣвшаго. — 9. Исполнявшаго должность дамiурга прекрасно [*народъ наградилаъ отъиномъ*] и цѣлою статуею. — 10. Бывшаго прекраснымъ гражданиномъ. — Исполнилъ Кифисодотъ.

**424.** Basis marmorea pessime laesa, a. ut nunc est a sinistra 0,25 m., a dextra 0,36, l. 0,70, longa 0,80. Aetate Byzantina posita est pro limine portae in eo moenium angulo, qui est inter meridiem et occidentem. Tum basis ipsa a sinistra abscisa est et in superficie ad cardinem immittendum excavata. In fronte titulus erat honorarius, ex quo superest pars dextra unius versus litteris maioribus scripti (pars sinistra lapide absciso periit), et infra coronae quinque, e quibus media lapide fracto prorsus periit, in reliquis tituli servantur magis minusve detriti, litteris minoribus scripti. Edidi *HAK.* fasc. 2 p. 62 sq. cum imagine, quae hic repetitur.

Lapis a. 1901 inventus (v. *HAK.* fasc. 2 p. 33, nn° 4 et 5) Chersonesi servatur in museo.



Cum in imagine tituli pessime dispiciantur, hic eos typis exscribo.

ΕΥΣΑΙ:	ΓΥΜΝΑΣΙ	ΤΟΝ ΚΑΛΩΣ	
ΙΑ.ΟΣ	Α.ΧΗΣΑΝ	ΔΑΜΙ	ΠΡΟΔΙ
ΟΝΗ	ΤΑ	ΟΡΗ	ΚΗΣΑΝ
		ΣΑ	ΤΑ
ΑΙΚ			

<sup>πυ</sup>  
 Monumentum eis simillimum est, quae supra dedimus sub n° 418, 420, 423, sed ea pars, quae ad summum lapidem litteris maioribus est scripta, ea re ab inscriptionibus Agasielis et Aristonis differt, quod in illarum summis versibus nomina tantum virorum honoratorum cum patrum nominibus sunt scripta (addito epitheto τὸν φιλέπατρι in Aristonis titulo), in hoc autem lapide super litteras NK summi versus lineola apparet, quam ad litteram E sive Σ pertinuisse patet. Inde statuendum est supra litteras, quae nunc in summa lapidis parte leguntur, integrum versum lapide mutilato periisse. Praeterea post adverbium καλῶς desideratur verbum, quod in sinistra lapidis parte fuisse exaratum consentaneum est, scilicet supra duas coronas priores, quae idcirco inferiore loco sculptae sunt, quam reliquae tres. Quae si ita sunt, summum hunc titulum duos versus et dimidium occupasse statuendum est. Sed quid ille continerit praeter nomina civis et patris eius, difficile dictu est, cum tam miserae eius

laciniae sint conservatae. Post καλῶς adverbium substituendum esse verbum [πολιτευσάμενον] vel [πολιτευόμενον] suadent tituli n<sup>o</sup> 420 et 423.

Quod ad titulos coronis inscriptos attinet, ad restituendum titulum coronae primae uti licet corona sexta tituli in honorem Aristonis positi (n<sup>o</sup> 423), quamvis v. 1 verbo *ιερατεύσαντα* locus deesse videatur et v. 3 ultima littera in imagine photographica potius videatur fuisse H (non I), in ectypo vero prorsus non appareat. In coronis quarta et quinta litterae satis bene etiam nunc dispiciuntur. Itaque totum titulum ita legendum esse putamus:

- [.....  
 τὸν δεῖνα .....ο]ς τὸν καλῶς  
 [πολιτευσάμενον].  
 1. [Ἰερατ]εύσ[αν]τα | ὁ δᾶ]μος | κ[αί] κόνι | [χαλκίαι].  
 2. Γυμνασ[ι]α[ρ]χῆσαν[τα].  
 3. ....  
 4. Δαμι|ορ[γ]ή[σ]αν[τα].  
 5. Προδι|κήσαν[τα].

Tituli litteratura adeo similis nobis videtur esse litteraturae tituli in honorem Aristonis positi, ut non longo temporis spatio eos inter se distare sit consentaneum.

**425.** Basis quadrata marmoris cinerei supra fracta, alta fere 1 m., l. 0,63, cr. 0,54. Titulus litteris 0,035 m. fere altis sed arcte positus incisus perquam detritus est, exceptis ultimis versibus, qui etiam nunc faciles sunt lectu. «In ruderibus urbis Chersonesi . . . repperit Koehlerus et primus edidit act. acad. Monac. t. VI class. hist. et phil. p. 134 [= *Ges. Schriften* v. VI p. 299], deinde ex schedis Stemp[k]ovskii mutilum apographum dedit Rochettus Antt. Bosp. tab. VI n. 1 et explicuit p. 58 sqq. sed falso habuit pro Panticapaeensi titulo, cuius erroris particeps est Koeppen Nordgest. p. 77. Titulus nunc est Theodosiae in museo. Iterum ed. Koehlerus adv. Rochett. p. 43 [= *Ges. Schr.* v. I p. 119] et rectius quam prius». Boeckh, C. I. Gr. II n<sup>o</sup> 2099 (additis p. 1001 Duboisii variis lectionibus).

Lapis etiam nunc Theodosiae in museo servatur, ubi exscripsi a. 1883 et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n<sup>o</sup> 200. Cum priores versus quinque lapide fracto periissent, reliqui aliquot locis plenius antea legi potuissent, quam a. 1883, apographo meo Koehlerianum alterum adieci. Ad apographum meum vv. 7—9 repetiit Cagnat IrR. v. I n<sup>o</sup> 866 (qui non recte dixit titulum esse *decretum* senatus et populi). Hic ex editione priore utrumque exemplum repeto.

(*Textum vide p. 393*).

*Var. lect.* Vv. 1—5 desunt ap. Roch. Cumque Stempkovskius titulum iam Theodosiae exscripsisset, Koehlerus multo antea «au milieu des décombres de l'ancienne Cherson», admo-

Kochler:

Latyschev:

1 ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗΙ  
ΔΗΜΟΚΡΑΤΗΝΑΡΙΣΤΟ  
ΓΕΝΟΥΣΠΡΟΕΔΡΟΝ  
ΣΑΜΕΝΟΝΕΝΔΟΞΩΣ  
5 ΟΡΗΣΑΝΤΑΔΙΣΔΑ  
ΤΗΝΑΡΧΗΝΚΑΙ  
ΠΡΕΣΒΕΥΣΑΝΤΑΠΙ  
ΤΟΥΣ  
ΤΗΣΠΑΤΡΙΔΟΣΚΑΙΤΕΙΜ  
10 ΥΠΟΤΗΣΠΟΛΕΩΣΑΙΔΙΩΙ  
ΡΕΥΣΕΙΘΙΑΣΑΡΧΗΣΑΠ  
ΣΑΝΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑΝΤΕΛΕΣΑΝΤΑ  
ΛΕΙΤΕΥΣΑΜΕΝΟΝΕΝΠΑΣΙΝ  
ΝΩΣΤΟΝΚΤΙΣΤΗΝΚΑΙΑΣΥΝΚΡ  
15 ΤΟΝΚΑΙΦΙΛΟΠΑΤΡΙΝΗΚΡΑΤΙΣΤΗ  
ΒΟΥΛΗΚΑΙΟΙΕΡΩΤΑΤΟΣΔΗΜΟΣ  
ΕΥΝΟΙΑΣ ΧΑΡΙΝ

████████████████████  
████████████████████ Τ Α Τ Η Ν Α  
████████████████████ Π Ρ Ε Σ Β Ε Υ Σ Α Ν Τ Α Π Ι  
████████████████████ Τ Ο Υ Σ Π Ρ Ο Ι Κ Α Υ Π Ε Ρ Ι Ο  
████████████████████ Ω Ν Η Σ Π Α Τ Ρ Ι Δ Ο Σ Κ Α Ι Τ Ε Ι Μ  
████████████████████ Ν Τ Α Υ Π Ο Τ Η Σ Ι Ο Λ Ε Ω Σ Α Ι Δ Ι Ω Ι  
████████████████████ Ο Ρ Ε Υ Σ Ε Ι Θ Ι Α Σ Α Ρ Χ Η Σ Α Π  
████████████████████ Α Ν Λ Ε Ι Τ Ο Υ Ρ Γ Ι Α Ν Τ Ε Λ Ε Σ Α Ν  
████████████████████ Ε Ι Τ Ε Υ Σ Α Μ Ε Ν Ο Ν Ε Ν Π Α Σ Ι Ν  
████████████████████ Α Γ Ν Ω Σ Τ Ο Ν Κ Τ Ι Σ Τ Η Ν Κ Α Ι Α Σ Υ Ν Κ  
████████████████████ Τ Ο Ν Κ Α Ι Φ Ι Λ Ο Π Α Τ Ρ Ι Ν Η Κ Ρ Α Τ Ι Σ Τ Η  
████████████████████ Β Ο Υ Λ Η Κ Α Ι Ο Ι Ε Ρ Ω Τ Α Τ Ο Σ Δ Η Μ Ο Σ  
████████████████████ Ε Υ Ν Ο Ι Α Σ Χ Α Ρ Ι Ν

dum fit probabile lapidem, cum Theodosiam transveheretur, esse mutilatum. V. 6 nihil nisi Π..... ΤΗΝ..... et v. 7 nihil nisi ΕC..... Α..... St. ap. Roch.; ΕΪΨΕΠΡΕΣΒΕΥ Dub., mire. — V. 8: ΟΥΣΠΡΟΙΚΑΥΠΕΡΙΟ... St., quae esse in lapide falso negavit Koehl. — V. 9 extr. ΚΑΙΤΕ... St. — V. 10 in. ΠΟ, extr. ΚΑΙΔΗ... St. — ΑΙΔΙΩΙ deest in Koehl. ed. priore. — V. 11 in. ΘΡΕ, extr. ΣΑΝΤ St.; ΟΡΕΥΣΕΙ Dub.; extr. ΑΠ deest in Koehl. ed. pr. — V. 12: ΣΑΥ... ΟΥΠΑΝΤΕΛΕΙΑΝ St. — V. 13 primum Α omisit St., ΠΙΟΛΕΙ Dub. — V. 14 in. ΠΙΝΩΣ, extr. ΑΣΙΚΡ... St., in. ΑΙΝΩΣ Dub. — V. 16 med. Ρω Koehl. ed. pr., ΡΩ Stempk. Boeckhius alterum Koehlerii exemplum, ut par erat, pro fundamento editionis suae posuit, hic illic Stempkovskii lectionibus, ubi erant pleniores, adsumptis.

1 Ἄγαθῆι τύχηι.  
Δημοκράτην Ἄριστο-  
γένους πρόεδρον [μέν εισηγη]-  
σάμενον ἐνδόξως [καὶ δημη-  
5 γ]ορήσαντα, δις δ' ἄρξαντα τὴν  
λαμπροτάτην [ἀρχὴν καὶ πλεο-  
νάκις?] πρεσβ[εύσ]αν[τα παρὰ τοὺς  
Σεβασ]τοὺς προῖκα ὑπὲρ [τῶν συμφε-  
ρόντ]ων τῆς πατρίδος καὶ τε[ιμη-  
10 θέ]ντα ὑπὸ τῆς πόλεως αἰδίου[ι

ἀναγ]ορεύσει, διασαρχήσαν[τα και  
 πᾶσα]ν λειτουργίαν τετέσαν[τα,  
 πολ]ειτευσάμενον ἐν πᾶσιν  
 ἀγνώως, τὸν κτίστην και ἀσύνη[ρι]-  
 15 τον και φιλόπατρην ἢ κρατίστη  
 βουλή και ὁ ἱερώτατος δῆμος  
 εὐνοίας χάριν.

Boeckhii supplementa retinui non quod ubique vera esse habeam persuasum, sed quia meliora invenire non contigit; ceterum inde a v. 7 certa sunt. Ter tamen a viro illustrissimo erat recedendum: nempe v. 4 post και omisi ἄριστα, ne versus ceteris multo fieret longior (ἐνδόξως adv. ad utrumque refer verbum); v. 6 pro μεγίστην posui λαμπροτάτην propter reliquias ΤΑ litterarum, quas in lapide dispexeram; v. 9 eadem de causa pluralem dedi numerum pro sing. τοῦ συμφέροντος. Praeterea per versus supplementa aliter disposui, cum apparuisset versuum initia exceptis quattuor extremis esse oblitterata. De singulis supplementis cf. Boeckhii annotationes, de magistratibus meam commentationem saepius iam commemoratam.

De tituli aetate haec Boeckhius: «[Koehl.] notat litteras cursivis maioribus valde esse similes, ideoque titulum non posse ea aetate, cui Roch. tribuerat, ab Antoninis non multum remota exaratum esse, sed esse aetatis Imperatorum Byzantinorum. At certe prima aetate Byzantina scriptus videtur, titulusque ethnicorum est, non Christianus; quod docet διασαρχία». Mihi litterarum formae cursivis similes non sunt visae; praeterea inde a fine saeculi III Christianorum religionem Chersonesi propagatam esse constat. Ideo titulum hac aetate vix esse recentiorem puto; idem medio saeculo II ideo antiquior esse non potest, quia usque ad eam aetatem Dorica dialecto usos esse Chersonesitas tituli probant

**Переводъ.** Съ добрымъ счастиемъ. Демократа сына Аристогена, въ бытность проедромъ докладывавшаго и говорившаго славно, дважды исполнявшаго славнѣйшую должность и многожды даромъ отправлявшагося посломъ къ Августамъ для ходатайствъ о благѣ отечества, почтѣннаго отъ города вѣчнымъ провозглашеніемъ, бывшаго главою еіаса и исполнявшаго всякую общественную службу, отличавшагося во всемъ чистотою гражданской дѣятельности, основателя, несравненнаго и любящаго отечество превосходительнѣйшій совѣтъ и святѣйшій народъ почтилъ ради еіо благосклонности.

426. Fragmentum lapidis calcarii cinerei ab omnibus fractum partibus, a. max. 0,14 m., lat. max. 0,10. Supersunt coronarum duarum reliquiae et litterae aliquot inter coronas dispersae. Inventum esse dicitur a. 1881. Chersonesi in monasterio exscriptum et charta madida expressum titulum edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 201. Hic ex ectypo accuratius delineatum praebeo ( $\frac{1}{3}$  v. m.).




Nihil restitui potest nisi [ἽΟ δᾶμος] Ἀντίφιλο[ν τοῦ δεῖνος] sive [τὸν δεῖνα] Ἀντιφιλο[υ], quamquam ne hoc quidem certum esse dixerim.



**427.** Fragmentum basis marmoris candidi a partibus sinistra et aversa mutilum, a. 0,25 m., l. infra 0,44, long. max. 0,45. In fronte supersunt tituli particula et infra coronae duae myrtaceae integrae, tertiae pars dextra.

Odessae exscripsi in museo societatis a. 1883 et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 113 inter titulos Olbiopolitanos, Mursakewiczii testimonio nisus. Sed in indice musei societatis Odessitanae a L. Jurgiewiczio composito<sup>1)</sup> dictum est in vetere musei indice Mursakewiczii ipsius manu scripto hunc lapidem inter monumenta Chersonesi inventa esse positum<sup>2)</sup>. Haec commemoravi *ЖИРАО*. v. IV p. 145 et IosPE<sup>1</sup>. v. IV add. p. 272. Itaque nunc monumentum inter Chersonesitana pono, quibus revera similis est, quam Olbiopolitanis.



[Τὸν θεῖνα καλῶς πολιτευσάμ]ενον(?)

Basis admodum lata videtur fuisse. Tituli litteratura indicat aetatem Romanam.

**428.** Basis marmoris candidi, ex qua recentiore aetate monumentum sepulcrum factum est, quod nunc altum est 0,78 m., l. 0,34, cr. 0,22. Ad monumentum sepulcrum elaborandum artifex basi ita usus est, ut frontem eius, in qua erat titulus honorarius, ad terram verteret et summam partem, in qua supersunt cavernae duae ad statuae pedes infigendos factae, monumenti sepulcralis partem aversam faceret. In fronte nunc superest dextra pars coronae eleganter sculptae, in qua leguntur tituli antiquioris honorarii litterae ΕΥΣΑΝΤΑ (scilicet [βασιλ]εύσαντα vel [ιερατ]εύσαντα vel sim.). In parte adversa monumenti sepulcralis insunt anaglyphum et titulus Apollonidae Menandri f. nomen continens, quem infra dabimus.

Lapis a. 1900 in Chersonesi rudibus inventus ibidem servatur in museo.

1) Краткий указатель музея И. Од. Общ. ист. и древн., сост. В. Юргевичъ (Од. 1887), p. 67, n° 14 (ed. 2, a. 1890, p. 69).

2) Facile fieri potest, ut Mursakewiczius, qui a. 1883 iam aetate confectus fuit eodemque ipso anno est mortuus, et de hoc titulo et de aliis aliquot memoriae lapsu falsa mihi tradiderit, sed testimonia eius examinare nullo modo potui, quoniam vere a. 1883, cum musei Odessitani titulos exscriberem, propter musei renovandi opera lapides nullo ordine in horto et in hypogeis alii alii erant superimpositi, libri vero et indices scriniis inclusi, quam ob rem admodum difficile erat certo scire, unde singuli lapides eo pervenissent. In universum tenendum est non

omnia testimonia de locis, unde adportata sint monumenta in museo Odessitano conservata, satis exacta esse, ut Jurgiewiczius ipse in praefatione indicis sui (p. 5) confitetur hisce verbis: «Къ сожалѣнію указатель 1880 года, каталоги, карточки и рисунки не всегда согласны между собою относительно мѣста, откуда происходитъ памятникъ, и въ вѣкоторыхъ случаяхъ очевидно, что бывшій директоръ [т. е. Мурзакевичъ] руководился своими собственными соображеніями и догадками, которыя выдавалъ за вѣрныя данныя». Haec exemplis aliquot insignibus comprobavit. (Haec repeto ex IosPE<sup>1</sup>. v. IV add. p. 272).

**429.** Frustulum basis marmoreae a. max. 0,15 m., l. max. 0,10. In frustulo exstat particula coronae sculptae, in qua erat titulus, cuius non supersunt nisi quattuor litterae altae 0,015 m. Ad ectypum chartaceum edidi *IAK.* 14, p. 111, n° 23, unde repeto.

Lapis a. 1904 Chersonesi inventus in platea, quae est ante museum, servatur in museo.


ΛΙΟΡ

[Δαμ]ιορ|[γήσαντα].

Titulum ad III a. Chr. saeculum rettulerim.

**430.** Fragmentum tabulae marmoreae ab omnibus partibus praeter imam mutilatum, a. 0,155 m., l. 0,21, cr. 0,038. Superest tituli pars litteris 0,027 m. altis incisi. Edidi *Mam.* № 23 p. 11, n° 7, addita imagine, et vulgaribus typis IosPE<sup>1</sup>. v. IV n° 92. Hic aliam imaginem praebeo ( $\frac{2}{5}$  v. m.).

Lapis a. 1896 inventus in platea, quae est ante templum S. Vladimiri, exstat in museo.



[Ὁ δᾶμος? Σωσ]ίκαν Ξά[νθου.

γυναῖκα] δὲ Ἀπολλ[ωνίου,

... ιερα]τεύσασαν

[ἔτεος?] ἐξηκοστοῦ καὶ τ. . .

E versu tertio, cuius supplementum non videtur esse dubium, patet titulum (fortasse a populo) in honorem mulieris cuiusdam esse positum, quae sacerdotis munere bene esset functa. Ante verbum, quod v. 3 legitur, nescio an deae nomen fuerit, quod sane pro spatii rationibus debuit esse brevissimum (velut Ἡρα). Accusativi vv. 1 et 3 a verbo subaudito ἀνατιθέναι s. ἀνιστάναι videntur pendere. Quarto versu videtur annus 63 aut 64 esse commemoratus: nam post ἐξηκοστοῦ nihil aliud suppleri potest nisi καὶ τρίτου aut καὶ τετάρτου. Qui annus si est ex computatione Chersonesitarum, quam ab anno 25 aut 24 a. Chr. incipere satis probabili ratione docuit A. Berthier de Lagarde (*SHO.* v. XVI, p. 60, cf. supra p. 322 ad n° 359), referendus est titulus ad annos 38—40 p. Chr., cui aetati litteratura eius optime convenit.

**431.** Basis marmoris albi a parte postica fracta, a. 0,25 m., l. 0,57, cr. 0,20. In superficie cavernam-habet quadratam satis magnam, in fronte inscriptionem marginibus eminentibus circumdatam valdeque oblitteratam. Ed. Koehler, *Mém. sur les îles et la course cons. à Achille* p. 244 n. 812; inde Boeckh, C. I. Gr. II n° 2098. Odessae exscripsi in museo societatis a. 1883 et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 198. Nunc iterum cum ectypo contuli.

1 | Ο Δ Α Μ Ο Σ  
 | Λ Α Σ . Ι Ι Η Ν Θ Υ Γ Α Τ Ε Ρ Α Η Ρ Ο  
 | Ξ Ε . Ο Υ . . Ν Λ Ι Ι Α Δ Ε Τ . Τ Ο Υ  
 | Φ Λ Λ Ο Ι . . Π . Ρ Θ Ε Ν Ο Κ . . Ο Ι Σ  
 5 | Υ Ι Ο Υ Φ Λ Α Ο Υ Ι Ο Υ Π Α Ρ Θ Ε Ν Ο Κ Λ Ε Ο Υ Σ

Ὁ δᾶμος  
 Λαο[δ]ι[χ]ην θυγατέρα Ἡρο-  
 ξί[νο]υ, [γυ]ν[ά]τ[ι]κα δὲ Τ[ί]του  
 Φλ[α]ο[υ]ίου Π[α]ρθενοκ[λέου]ς.  
 υἱοῦ Φλαοῦιου Παρθενοκλέους.

*Var. lect.* Koehlerus nihil legit nisi versum primum et v. quinti litteras reliquis melius servatas inde a nona.

Mulieris nomen, cuius omnes litterae praeter extremas perquam sunt detritae, in priore editione conieci fuisse Φλαοῦιαν, sed ectypo iterum inspecto vidi litterarum vestigia melius nomini Λαοδίχην convenire, idque monui *ΗΑΚ.* fasc. 23 (1907) p. 51. Quae coniectura titulo proxime subsequenti optime confirmatur. Mulieris maritus videtur commemorari n° 359 v. 25, quem titulum ad a. 129—130 vidimus pertinere.

**Переводъ.** Народъ [поставилъ] Лаодику дочь Ироксена, жену Тита Флавія Пареннокла, сына Флавія Пареннокла.

**432.** Tabula marmoris candidi integra, crassa supra 0,03 m., infra 0,04, a lateribus oblique abscisa, ut pars adversa alta sit 0,114 m., lata 0,217, pars aversa alta sit 0,118, lata 0,235. Titulus inter lineolas scriptus litteris 0,018 m. fere altis (excepto ultimo versu, qui sine lineolis minoribus litteris est exaratus) superest incolumis. Ad ectypum chartaceum edidi *ΗΑΚ.* fasc. 58 (1915), p. 28, n° 1, addita imagine, quam hic repeto ( $\frac{1}{4}$  v. m.).

Lapis a. 1912 in Chersonesi rudibus exstat ibidem in museo.

Λαοδίχην θυγατέρα Τίτου Φλαοῦιου  
 Ἀπολλωνίου υἱοῦ Τίτου Φλαοῦιου Ἀρί-  
 στωνος Τίτου Φλαοῦιου Ἀρίστων καὶ Τίτου Φλαοῦιου  
 Ἀττίνας τὴν ἐαυτῶν ἀδελφὴν  
 ἐκ τῶν ἰδίων.

Cum de titulo in priore editione uberius egerim, hic paucis absolvam. Non videtur dubium, quin fratres T. Flavius Aristo et T. Flavius Attinas et Laodice soror eorum ad eandem

pertinuerint gentem, de qua supra dixi ad n° 359. Si coniecerimus T. Flavium Apollonium patrem eorum filium fuisse T. Flavii Aristonis Agepolidis f., qui in illo titulo commemoratur, statuendum erit titulum, quem hic edimus, illo una hominum aetate esse recentiore et ad medium fere II p. Chr. saeculum pertinere. Laodice videtur nomen accepisse in honorem cognatae maioris natu, cuius titulum loco proxime praecedenti edidimus.


**Переводъ.** Лаодику, дочь Т(ита) Ф(лавія) Аполлонія, сына Т(ита) Ф(лавія) Аристана, Т(итъ) Ф(лавій) Аристанъ и Т(итъ) Ф(лавій) Аттина свою сестру *почтили этимъ памятникомъ* изъ собственныхъ средствъ.

## CLASSIS QUARTA.

### Tituli ad certamina pertinentes.

**433.** Fragmentum triangulum partis sinistrae tabulae marmoreae, a. 0,14 m., l. infra 0,16, cr. 0,09. Tituli reliquiae aetatis Romanae male conservatae sunt (litt. a. 0,015 m.). Ad imaginem photographica[m] edidi *ИЭК.* f. 14, p. 111, n° 24. Hic ipsam imaginem praebeo in zinco expressam (circa  $\frac{1}{2}$  v. m.).

Lapis a. 1903 Chersonesi in arce inventus exstat in museo.




.ο.....  
 κω[μωιδούς?.....]  
 κάρυκας.....  
 σαλπιστ[ά]ς Τη.....  
 ἐπίγραμμα.....  
 ἐκώμιον[ν] Μάρκος.....  
 [. . . . . Πο]λύδ[ωρος?.....]

Superesse haec ex indice virorum, qui certaminibus vicerunt, primo apparet aspectu. Casus accusativos, quibus certamina sunt indicata, a praedicato subaudito ἐνίκα pendere *vix* est quod moneam. Ab indicibus, qui proxime subsequuntur, hic ea re maxime differt, quod certamina in eo commemorata non sunt gymnica: victores videmus praeconem tubicinemque et tres poetas. Admodum dolendum est, quod e titulo gravissimi momenti tam pauca ad nos pervenerunt. Litteratura aetatem Romanam prodit.

**434.** Fragmentum partis sinistrae tabulae marmoreae, a. ut nunc est 0,26 m., l. supra 0,14. Tabula quadro ornata erat, cuius pars a sinistra superest. Tituli pars superstes litteris circa 0,01 m. altis scripta bene etiam nunc legitur. Edidi *ИЭК.* fasc. 10, p. 20, n° 14, ad imaginem photographica[m], quam hic praebeo in zinco expressam (circa  $\frac{1}{2}$  v. m.).

Lapis a. 1903 ineunte Chersonesi inventus ibidem exstat in museo.



1 .....  
 στάδιον· Διοκλῆς .....  
 διάυλον· Διοκλῆς .....  
 δόλιχον· Ἀντίλοχο[ς] . . . .  
 5 πάλην· Κριτόβουλο[ς] . . . .  
 καὶ Θεοδόσις Η . . . . .  
 πυγμὴν· Κριτόβου[λος] . . . .  
 καὶ Ἀντιλοχος . . . . .  
  
 Μηκύνου, ταρσ . . . . .  
 10 πάντοθε[ν] . . . . .  
 σωτήρ γάρ . . . . .  
 εὐλογος . . . . .  
 εὐχέσμου δ . . . . .  
 ἔπλεο γυμ[ν] . . . . .  
 15 ἄθλοισιν τ . . . . .  
 ὧν σέθ[εν] . . . . .  
 στέμμα . . . . .  
 γυμν . . . . .

Est fragmentum indicis virorum, qui ludis publicis primas tulerunt, ei simillimi, qui proxime subsequetur. Utrumque fragmentum, si litteraturam spectas, ad aetatem Romanam eamque satis recentem est referendum. Sed certamina in utroque fragmento commemorata non prorsus eadem sunt: hic enim habemus στάδιον, διάυλον, δόλιχον, πάλην, πυγμὴν, illic praeter δρόμον et πάλην commemorantur ἀκόντιν et ἀγκυλομαχία. Fieri sane potest, ut haec certamina (ac fortasse etiam alia) in ea parte indicis fuerint commemorata, quae nunc desideratur. Tria virorum nomina bis inscripta sunt; verisimile est non esse binos viros cognomines, sed singulos binis certaminibus vicisse, scilicet Dioclem σταδίῳ et διαύλῳ, Antilochum δολίχῳ et πυγμῇ, Critobulum πάλη et πυγμῇ. V. 6 ultima littera Η videtur ad initium nominis patris Theodosii victoris pertinere. Quae cum ab hoc nomine spatio vacuo sit divisa, coniciendum est versibus quoque 1, 2, 8 patrum nomina periisse, eodem modo scripta.

Victorum indici subscriptum est carmen quinque distichis elegiacis compositum, e quo tamen initia sola versuum supersunt, ut de restituendis iis ne cogitare quidem liceat. Duae verborum formae (μηχόνου et ἔπλεο) suadent, ut statuamus carmen uni viro esse dicatum, fortasse uni e victoribus, quem parentes sive amici sive cives prae ceteris honorarunt quemque poeta solum adloquitur.

**435.** «Aliquot abhinc annis in explorationibus, quas Greighius classis praefectus fieri iusserat, inventum est marmoris frustum continens reliquias tituli, qui, licet admodum laesus sit, dignus est qui archaeologiae amantibus fiat notus. Haec fragmenta nomina referunt virorum, qui ludis vel certaminibus gymniciis vicerunt, nempe luctatione (ΠΑΛΗ), cursu (ΔΡΟΜΟΣ), iaculo (ΑΚΟΝΤΙΟΝ), pila loro adstricta, quod dicitur ΑΓΚΥΛΗ. E nominibus integra non supersunt nisi *Heracledes* et *Marcianus*; praeterea *Alexandri* nomen legi potest, patris unius e certantibus, qui luctando vicit, sed eius nominis ultima pars periit». Sic fere lapis descriptus est russice sine auctoris nomine (fortasse a Blarambergio), textu integro non addito, in diario dicto *Одесскій Вѣстникъ*, a. 1830 n° 29, ex quo brevius eadem exposuit Boeckhius C. I. Gr. II n° 2099b. Mihi cum neque ubi lapis esset explorare contigisset, neque aliam eius descriptionem reperire, quae supra dicta sunt sola inserui IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 228. Sed postea tituli apographum integrum inventum est inter Blarambergii delineationes, quae in museo societatis Odessitanae conservantur<sup>1)</sup> mihiq̄ ab Jurgiewiczio a. 1889 benignissime missae sunt ad examinandum. Quod dolendum est, apographo lapidis descriptio non est addita; apographum ipsum ab omnibus partibus praeter dextram lineola circumductum est, quae indicat, ubi lapis fractus sit; margo dexter non est indicatus, quare, cum tituli versus a dextra ad amussim fere, ut ita dicam, finiuntur, conici potest lapidem delineanti a dextra visum esse integrum. Hoc apographum edidi *ЗНРАО*. v. IV, p. 153, et IosPE<sup>1</sup>. v. IV add. p. 282, unde repeto.

(Textum vide p. 401).


Superesse in lapide fragmentum indicis virorum, qui variis certaminibus vicerunt, recte indagavit is qui scripsit quae e diario *Од. Вѣстникъ* a. 1830 n° 29 supra vertimus. Animadvertendum est -ις et -ιν terminationes, quae aetate Romana saepe pro -ιος et -ιον usurpabantur (cf. Θεοδόσις in tit. 434), in hoc titulo non in propriis tantum nominibus occurrere (Μέστρις), sed etiam in appellativis (ἀκόντιν). Cum hic usus, tum litteratura, quae in apographo satis fideliter reddita esse videtur, cogit ut titulum ad aetatem Romanam recentiorem referamus. Nomina quae sunt Ἡρακλειδης, Ἡρόξενος, Μαρκιανός Chersonesi in usu fuisse alii quoque tituli probant.

1) Commemorantur hae delineationes in indice russice conscripto (Каталогъ картъ, плановъ, чертежей и рисунковъ, хранящихся въ музеѣ И. Од. Общ. ист. и древн., сост. А. Л. Б[ертъе]-Д[елагардъ], Од. 1888), p. 42, sect. IV, № 109.

<p>1</p> <p>NON</p> <p>ΤΙΝ ΔΡΟΜ</p> <p>ΠΑΛΗΝ ΝΕΙ</p> <p>ΑΚΛΕΙΔΗΣ ΗΡΟ</p> <p>6 ΤΙΝ·ΔΡΟΜΟΝ·ΜΕΣΤΡΙΣ</p> <p>ΞΑΝΔΡΟΥ·ΠΑΛΧΝΘ</p> <p>Ν·ΔΡΟΜΟΝ·ΑΚΟΝΤΙΝ</p> <p>ΔΡΟΜΟΝ ΑΚΟΝΤΙΝ</p> <p>ΙΤΙΝΑΓΚΥΛΟΜΑΧΙΑΝ</p> <p>10 ΜΑΡΚΙΑΝΟCΦΙΛΟ</p> <p>ΚΟΝΤΙΝ</p>	<p>... δρόμ]ον[...                  ...·ἀκόν]τιν, δρόμ[ον.                  ‘Ο δείνα τοῦ δείνος] πάλην· Νει-                  [κ..... ‘Ηρα]κλειδης ‘Ηρο-                  [ξένου? ἀκόντι?]ν, δρόμον. Μέστρις                  [... ο δείνα ‘Αλ]εξανδρου πάλην.                  [‘Ο δείνα τοῦ δείνος] δρόμον, ἀκόντιν.                  [‘Ο δείνα τοῦ δείνος] δρόμον, ἀκόντιν.                  [‘Ο δείνα... ἀκόν]τιν, ἀγκυλομαχίαν.                  ..... Μαρκιανός Φιλο-                  [... ἀ]κόντιν                  .....</p>
--	---

**436.** Infima pars tabulae marmoreae latae 0,74 m., cr. 0,06, a. ut nunc est 0,48 m., infra et a lateribus quadro sculpto ornatae, quod infra duplo latius est, quam a lateribus. Tabulae diligentissime inter lineolas inscriptum est carmen distichis constans, cuius pars superstes in imagine photographica optime legitur (litt. a. 0,015 m.). Cum in angulo dextro supra versum primum superstitem exstet spatium vacuum, conicere licet hunc versum fuisse carminis initium. Supra eum fortasse fuit index virorum, qui certaminibus vicerunt (cf. n° 434). Versus carminis in lapide foliolis distincti sunt; duo foliola maiora sub carmine utrimque ad quadrum ornandi causa exarata sunt. Edidi *ЖМНΠр.* m. Maio a. 1905, cl. phil. p. 261—265 (inde repetii in *Πεντικος* meis, pp. 311—313), addita delineatione ad imaginem photographica facta (circa 1/4 v. m.), quae hic repetitur.

Lapis a. 1904 Chersonesi inventus exstat ibidem in museo.



Si coniecimus v. 1 hexametrum et pentametri partem maiorem periisse et medio v. 2 alterum hexametrum, totum carmen decem versibus compositum fuisse patebit. Cuius pars superstes ita legitur:

1 .....  
 [ἄγγελον ἀθανάτων κα]ι χθονίων πρύτανιν.  
 .....  
 αὐτὸς ἐπεὶ θνατῶν κλᾶδας ἔχει βίотου  
 5 τούνεκά [μ]ιν καλέουσ' ἐριούνιον, οἱ δ' ἀκακίητην,  
 πλουτοδόταν, ἀγαθῶν δῖωτορα καὶ σοφίης.  
 εἴλαος ἔργεο πᾶσιν, ὅσοι κλυτὸν ἄστυ τὸ Δώρου  
 ναίουσιν, μαχάρων οὔποτε ληθόμενοι.  
 Θεοφίλου υἱὸς ἔθηκ' ἐπινεῖχ[ι]α γυμνασιάρχης  
 10 Δημοτέλης· σῶζοις δ' ἔξοχα τήνδε πόλιν.

Carmen ad II p. Chr. saeculum referendum esse indicat litteratura. Cum carmen ipsum satis nobis videamur explicuisse in editionibus supra commemoratis, hic interpretationem tantum Russicam repetimus.

**Переводъ.** ... [вѣстника безсмертныхъ и] владыку земныхъ... Ибо самъ онъ имѣеть ключи жизни смертныхъ. Посему его зовутъ многополезнымъ, а иные милостивцемъ, дарующимъ богатство, подателемъ благъ и мудрости. Приди милостивымъ ко всѣмъ *тѣмъ*, которые населяють славный городъ Дора, никогда не забывая блаженныхъ боюшъ. Сынъ Теофила, гимнасиархъ Димотель поставилъ себѣ побѣдный даръ. Спаси же изрядно этотъ городъ!

437. Frustulum tabulae marmoreae ab omnibus partibus mutilum praeter summam, quae epistyllo ornata est. Litterae superstites bene in ectypo dispiciuntur, quo usus titulum edidi *Mam.* № 9, p. 34, n° 22, et *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 153, unde repeto.

ΝΑΣΙΑΡΧ

... γυμ]νασιάρχ[ης...  
 .....  
 .....

De gymnasiarchia apud Chersonesitas cf. quae dixi in commentatione de Chersonesi rebus publicis (*ЖМНПр.* 1884, m. Iun. = *Bull. de corr. Hell.* v. IX, p. 265 sq.). Litteratura est aetatis Romanae recentioris.

## CLASSIS QUINTA.

### Tituli aedificiorum.



438. Fragmentum tabulae marmoreae crassae 0,105 m., nunc ab omnibus, ut videtur, partibus mutilatum, a. ut nunc est 0,275 m., l. 0,575. In parte adversa (a) tituli sunt reliquiae, litteris grandioribus satis diligenter exarati. Recentiore aetate lapis (fortasse iam tum mutilatus) ad extruendum aedificium quoddam adhibitus est, parte aversa (b) anaglypho ornata, ut pro epistyllo esset, et in parte adversa caverna facta (quae in delineatione a ad sinistram ut macula nigra apparet) ad clavum ferreum immittendum plumbo illitum.



Ubi aut quando lapis inventus sit, non constat. Anno 1872 Chersoneso Mosquam missus (cf. ad n° 373) diutissime ibi latebat, donec a. 1907 exeunte in copia rerum antiquarum societatis archaeologicae Mosquensis detectus est et in museum historicum translatus. Ad Kondakovii apographum (cf. Mansvetov l. l. ad n° 373, p. 72) edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 202. Postquam lapis iterum repertus est, Oreschnikovius mihi humanissime descriptionem ectypumque chartaceum et duas imagines photographicas misit, quibus usus de titulo iterum egi *ИАК*. fasc. 27, p. 39—41, additis utriusque lapidis partis imaginibus in zinco expressis, quas hic repeto.

a

b



Si tituli reliquias, quae in imagine *a* apparent, cum Kondakovii apographo contulerimus, videbimus fragmentum iam postquam id vir ille clarissimus exscripserit utrimque mutilatum esse ita, ut a sinistra singulae litterae perierint, a dextra vv. 1 et 4 litterae quinae, v. 2 et 3 senae, ultimus versus prorsus sit detritus. Nam Kondakovius v. 1 in. praebet ΤΟ, extr. ΜΗΣΕΝΕΚ, v. 2 in. ΤΩΝ, extr. ΥΠΕΡΕΑΥΤ, v. 3 in. (Κ)ΑΙΤΗΣ, extr. ΕΥΣΤΑΘΕ, v. 4 in. ΕΠΙ, extr. ΝΑΜΟΥΧΟ, v. 5 ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥΠΟΛΕΩΣ. Quod in priore editione conieci v. 1 med. Kondakovium potius calami lapsu Ο pro Ω posuisse in schedis, quam quadratarium ipsum omisisse augmentum, nunc verum non esse apparet, nam in imagine Ο littera optime dispicitur. V. 3 med. quadratarium pro Λ scripsit Α. Titulus ita legendus est:

[Ὁ δαίνα τοῦ δαίνοσ]  
 τὸ τεῖχος οἰκοδόμησεν ἐκ  
 τῶν ἰδίων Διὶ Σωτῆρι ὑπὲρ ἑαυτ[οῦ]  
 καὶ τῆσ πρό(λ)εωσ εὔσταθε[ίασ  
 δι'] ἐπιμελητοῦ Ναμούχο[υ?  
 πρεσβυτέρου πόλεωσ.

Litterarum formae imperatorum sunt aetatis; propter dialectum communem quae dicitur titulum etiam medio saeculo II p. Chr. recentiorem dixerim. Non publice eum in honorem viri, qui murum exstruxerat, sed ab eo ipso esse positum patet.

**Переводъ.** (Такой-то с. такого-то) построилъ стѣну на собственные средства Зевсу Спасителю за себя и за благостояніе города, чрезъ попечителя Намуха(?), старѣйшину города.

**439.** Angulus sinister infimae partis tabulae marmoris candidi, a. ut nunc est 0,30 m., l. 0,34, cr. supra 0,065, infra 0,10. Litterae maximae (a. circa 0,06 m.) aetatis Romanae recentioris diligenter incisae et optime conservatae sunt.

Ubi aut quando lapis sit inventus, non constat. Anno 1872 Chersoneso Mosquam missus (cf. ad n° 373) ibi latebat donec a. 1889 cum aliis tribus in hypogeis musei historici repertus est. Ad Kondakovii apographum sine lapidis descriptione edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 211, cum vero iterum lapis detectus esset, ex ectypo ab Oreschnikovio accepto iterum edidi *ЗНРАО*. v. V p. 365 et repetii IosPE<sup>1</sup>. v. IV add. p. 281. Hic ad idem ectypum accuratius delineatum praebeo ( $\frac{1}{8}$  v. m.).



..... ἐν τῷ  
 σο' ἔτει ὑ[πέρ.....  
 κατεσκε[ύασε..... τὸν πύρ]-  
 γον τῆ [πόλει?]

V. 2—3 iam Kondakovius restituit. V. 1 in litterae CO procul dubio annum 270 secundum Chersonesitarum computationem significant (de qua v. supra ad nn° 359 et 430); itaque titulus referendus est ad a. 245 p. Chr.

Ad nn° 440—447. «Im Jahre 1854 [leg. 1853] machte Graf Uwaroff in der Nähe von Sebastopol, westlich von der Quarantaine-Bucht, an der Stelle, wo einst die Stadt Chersonesos stand, Ausgrabungen, welche unmittelbar an dem Meeres-Ufer zu der Entdeckung einer alten Kirche führten, deren Baustücke zum grossen Theil antiken Gebäuden entnommen waren. Am bemerkenswerthesten davon ist ein Architrav, der, wie die darauf befindliche Inschrift lehrt, ehemals einem Aphrodite-Tempel angehört hatte, wahrscheinlich demselben, an dessen Stelle später die christliche Kirche erbaut worden war, und eine Anzahl mehr oder weniger vollständig erhaltener Säulen-Schäfte, denen die Namen derer eingegraben sind, welche das dazu nöthige Geld gegeben haben. Graf Uwaroff veröffentlichte unmittelbar darauf einen kurzen Bericht über diese wichtige Entdeckung, in welchem er jedoch nur die auf dem Architrav befindliche Inschrift in nicht ganz genauer Abschrift mittheilte, und dieser Bericht ist später von Becker benutzt worden [*die Herakleotische Halbinsel*, pp. 71—74]. Vor Kurzem sind diese interessanten Reste des Alterthums den Sammlungen der Kaiserlichen Ermitage einverleibt worden, und ich beeile mich hier dem gelehrten Publicum genaue Abschriften der Inschriften mitzutheilen». L. Stephani, *Bulletin hist.-phil. de l'Acad. des sciences de St. Pétersbourg*, v. II, p. 250 sq. = *Mélanges greco-romains*, v. II, p. 232 sq. (a. 1860). Uvarovius ipse de explorationibus suis rettulit in Leontjevii opere periodico

«*Пропилеи*» (Propylaea) inscripto, v. IV, p. 527 sqq. (a. 1854), et in libro, cuius titulus est «*Извлечение из всеподданнейшаго отчета объ археологич. розысканіяхъ въ 1853 году*» (Petrop. 1855), pp. 158 sq., ubi praeter epistylii titulum edidit eum, qui nobis est 442. Is dicit columnas illas undecim numero, e quibus octo inscriptiones servarint, suis locis inventas esse, duobus ordinibus, qui totam aedem per longitudinem in tres dividerent partes, epistylum autem prope unam ex aedis portis parieti fuisse inmissum ita, ut inscriptio cerni non potuerit.

Octo titulos, quos Stephanus tractaverat, exscripsi in museo quod dicitur Ermitage et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n<sup>o</sup> 203—210, unde repeto. His postea accessit fragmentum, quod sub n<sup>o</sup> 448 dabo.

440. Epistylum hodie in sex partes diffractum est (qua quidem de re nihil adnotavit Uvarovius); praeterea parte, quae ad sinistram spectanti est, supra fracta versus primi litterarum aliquot summae partes perierunt; longum est 2,09 m., altum 0,32, litteris circa 0,055 m. altis. Edidd. Uvarov Propyl. v. IV p. 536 et «*Извлеч. из отчета*» p. 170, addita imagine n<sup>o</sup> 72 (inde Becker, *Die Herakl. Halbinsel*, p. 73); Stephani (*Mél.*) l. I. p. 233 n<sup>o</sup> 1; Latyschev, IosPE<sup>1</sup>. v. I n<sup>o</sup> 203.

ΜΟΚΙΑΡΗΕ ΜΥΡΩΝΟΣ ΦΥΣΕΙ ΔΕ ΤΕΙΜΟΘΕΟΥ ΕΦΙΛΟΤΕΙΜΗ  
 ΚΑΜΙ-ΙΝΤΑ ΕΚΤΙ-ΙΣΕΞΟΔΟΥ ΤΙ-ΙΣΑΓΟΡΑΝΟΜΙΑΣ ΔΙ-ΙΝΑΡΙΑΤΡΙΣ ΧΕΙΛΙΑ  
 ΕΙΣ ΤΟΝ ΗΛΟΝΤΙ-ΙΣΑΦΡΟΔΕΙΤΙ-ΙΣ

*Var. lect.* V. 1 in. ΜΟΚΙΑΡΗΕ Uv. Prop. (B.), Μ·L etc. St., mox ΗΛΜΥ St.; extr. ΛΟΤΕΙΜΗ Uv. ibid., ΛΟΤΕΙΜΗ Steph. Reliqua minoris sunt momenti. Ea, quae in delineatione in «*Извлеч. из отч.*» expressa minus accurate sunt reddita, hic enotare non videtur necessarium.

[Aur.] Ἑρμοκράτης Μύρωνος, φύσει δὲ Τειμοθέου, ἐπιλοτείμη-  
 σάμην τὰ ἐκ τῆς ἐξόδου τῆς ἀγορανομίας δηνάρια τρισχέιλια  
 εἰς τὸν ναὸν τῆς Ἀφροδείτης.

Viri nomen Αὐρ(ῆλιος) potius fuisse puto, quam Αἰμ(ύλιος), quod restituit Stephanus.

Ad explicandum titulum cf. quae dixit R. Haederli in commentatione inscripta «*Die hellenischen Agoranomen und Astynomen*» (*Jahrbücher f. kl. Phil.*, XV Supplementband, 1 Heft, 1886), p. 68: «*Was bedeuten hier die Worte τὰ ἐκ τῆς ἐξόδου τῆς ἀγορανομίας δηνάρια?* Stephani vermuthet, es sei damit die Summe gemeint, welche von den für die Erfordernisse der Agoranomie bestimmten Geldern übrig geblieben war. Diese Gelder müssen aber aus dem Privatvermögen des Aem. [leg. Aur.] Hermokrates gekommen sein, sonst

dürfte er sie nicht eigenmächtig und auf seinen Namen an den Tempel spenden. So kennzeichnen sie ihn als Aedil». (Haec excerpti iam *ΣΗΡΑΟ*. IV, p. 151, repetii IosPE<sup>1</sup>. v. IV, add. p. 280).

**Переводъ.** Авр(елий) Ермократь сынъ Мирона, а по природѣ Тимооса, пожертвовалъ *οστασιεύσεια* изъ расходныхъ суммъ агораноміи 8000 динаріевъ на храмъ Афродиты.

**441.** Columna marmoris albi venis subcaeruleis adpersi; litt. alt. c. 0,03 m. Stephani l. c. p. 234 n° 2; IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 204.

1 ΔΙΟΣΣΚΟΥΡΙΔΗ	Διοσσκουρίδης
ΔΙΟΣΣΚΟΥΡΙΔΟΥ	Διοσσκουρίδου
ΦΙΛΟΤΕΙΜΗΣΑ	φιλοτειμησά-
ΜΕΝΟΣ ΕΙΣ ΤΟΥΣ	μενος εις τους
5 ΚΕΙΟΝΑΣ ΔΙΝ	κείονας δι[η]ν-
ΑΡΙΑ·Φ·	άρια φ'.

*Var. lect.* V. 3: ΦΙΛΟΤΕΙΜΗΣΑ Stephani. Hodie hic versus in lapide laesus est. V. 5 extr. ΗΝ Stephani.

**Переводъ.** Діоскуриды с. Діоскурида, пожертвовавшій на колонны 500 динаріевъ.

**442.** Columna proxime praecedenti similis; litt. alt. 0,04—0,045. «*Извлеч. изъ стлч.*» p. 163, del. n° 67; Stephani l. c. n° 3; IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 205.

1 ΧΡΥΣΟΥΣΦΑΡ	Χρυσούς Φαρ-
ΝΑΚΟΥΦΙΛΟΤΕΙ	νάκου φιλοτει-
ΜΗΣΑΜΕΝΟΣ	μησάμενος
ΕΙΣΤΟΥΣΚΕΙΟ	εις τους κείο-
5 ΝΑΣ·ΔΙ·ΝΑΡΙΑ·Φ·	νας δηνάρια φ'.

**443.** Similis columna; litt. alt. 0,03—0,035 m. Stephani l. c. n° 4; IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 206.

1 ΑΥΡ·ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ	Αυρ(ήλιος) Διονύσιος
ΠΡΕΙΣΚΟΥΕΦΙΛΟ	Πρέισκου έφιλο-
ΤΕΙΜΗΣΑΤΟΕΙΣ	τειμήσατο εις
ΤΟΝΚΕΙΟΝΑ	τον κείονα
5 -Χ-Τ	δηνάρια τ'.

**Переводъ.** Авр(елий) Діонисій с. Приска пожертвовалъ на колонну 300 динаріевъ.

**444.** Fragmentum columnae marmoris albi; litt. alt. c. 0,03 m. Stephani l. c. p. 235 n° 5; IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 207.

ΑΡΙΛΙ	... Ἄρισ[τ...]
ΤΕΙΜ	φιλο]τειμ[ησάμε-
ΕΙΣΤ	νος] εἰς τ[. . κείονα.
Χ·ΔΙ	(δηνάρια) δι[ακόσια?]

**445.** Columna marmoris albi *a*, cuius particula *b* fracta est; litt. alt. 0,035—0,04 m. Stephani l. c. n° 6; IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 208.

1	<i>a</i>	ΑΓΑΘΗΤΥΧΗ	Ἄγαθῆ τύχη.
		ΑΡΚΙΑΝΟΣ ΓΑ	Μαρκιανὸς Γα-
		[Ι. ΥΡΑΚΛΕΩΤΗΣ]	ί[ο]υ Ἡρακλεώτης
	<i>b</i>	ΦΙΛΟΤ	φιλοτ[ειμησάμενος]
5		ΕΙΣΤΣ	εἰς το[. . κείονα. .

*Var. lect.* V. 2 in. MAP, v. 5 extr. TO Stephani. Versus tertii litteras, quae hodie calce illitae in lapide non comparent (exceptis litterarum 1, 3, 4 particulis infimis, quae sunt in fragm. *b*), ex exemplo Stephaniano sumpsit.

Annotandum est Τ litteram huius tituli et proxime insequentis vv. 1 crucis habere formam; ductum illum superiorem non ab ipso quadratario exaratum, sed a Christianis esse additum facile conicias.

**446.** Quinque fragmenta columnae marmoris albi, in quibus reliquiae tituli servantur litteris 0,045—0,05 m. altis inscripti. Tria fragmenta iam Stephanus composuit et edidit l. c. p. 236 n° 7, repetit IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 209. His accesserunt frustula duo versuum 1—3 octo litteras sinistrae partis servantia, quae a. 1901 inventa sunt, cum apsis basilicae Uvarovianae usque ad rupem exploraretur. Haec edidi *IAK.* f. 3, p. 27, n° 9, cum imagine in zinco expressa ( $\frac{1}{4}$  v. m.) et tribus aliis adiunctis restitui. Hic eandem imaginem dimidio modulo repeto (scil.  $\frac{1}{8}$  v. m.), ut litterarum formas indicem.



1	ΘΗΤΥΧΗ	[Ἄγα]θῆ τύχη.
	ΑΛΛΡΙΑΝΟΣ	[Οὐ]αλεριανὸς
	ΟΥΦΙΛΟΤΕΙ	[Γα]ίου φ[ιλ]οτει-
	ΝΟΣΕΙΣ	[μησάμε]νος εἰς
5	ΟΝΑΣ	[τοὺς κεί]ονας
	ΡΙΑΦ	[δηνά]ρια φ'.

Nomen viri v. 2 de coniectura a nobis in prior editione suppletum novo fragmento addito optime confirmatur. Nomen patris vix aliud fuit quam Γαίου, quoniam patet id fuisse brevissimum.

**447.** Columnae fragmentum. Stephani p. 236 n<sup>o</sup> 8; IosPE<sup>1</sup>. v. I n<sup>o</sup> 210.

A[γαθῆ τύχη]  
P . . . . .

Ex Stephani commentario haec excerpta videntur rectissime observata (p. 238): «Die Uebereinstimmung, welche sich in der Abfassungsform der Inschriften N<sup>o</sup> 2—8 und der Inschrift N<sup>o</sup> 1 zeigt, lässt kaum einen Zweifel daran übrig, dass die damit versehenen Säulen von demselben Aphrodite-Tempel stammen, welchem der Architrav N<sup>o</sup> 1 angehörte. Orthographie und Buchstabenformen weisen ungefähr auf das zweite, höchstens auf das erste christliche Jahrhundert hin. Doch unterscheiden sich die Inschriften N<sup>o</sup> 6—8 merklich von den übrigen theils durch die vorgesetzte Form Ἀγαθῆ τύχη, theils durch den roheren Schnitt der Buchstaben, so dass die Säulen, auf welchen sich dieselben befinden, leicht zu einer etwas späteren Erweiterung jenes Tempels gehören könnten». Equidem titulos saeculi II p. Chr. parte posteriore non esse antiquiores puto cum propter dialectum communem (dorica enim dialecto etiam priore eius saeculi parte usos esse Chersonesitas tituli probant), tum propter nomen Ἀυρήλιος, quod bis in titulis occurrit (nn<sup>o</sup> 440 et 443).

**448.** Frustum columnae marmoris candidi a. 0,37 m., l. 0,25, tituli partem servans litteris 0,045—0,035 m. altis inscripti. Exscripsit Jac. I. f. Smirnov a. 1892 in v. Poretschje (cf. ad nn<sup>o</sup> 161 et 383). Quamvis non plane constet, unde lapis sit asportatus, tamen si comparaverimus titulum cum eis qui supra editi sunt, non erit dubium, quin fragmentum ex eadem basilica sumptum sit. Edidi *ЗНРАО*. v. VII p. 86, n<sup>o</sup> 206<sup>1</sup> et IosPE<sup>1</sup>. v. IV n<sup>o</sup> 90, unde repeto.

ΑΥ  
ΞΑΝ  
ΦΙΛΟΤΕ  
ΕΙΚΤΟΝ  
ΕΠΕΙΑ

Αυ[ρήλιος . . . . .]  
Ξάν[θου . . . . .]  
φιλοτε[ιμησάμενος]  
εις τὸν [χείονα δην . . .]  
ἐπειδ . . .

**449.** (Scripsit M. Rostovzev). Pila marmorea solida, superne paululum detruncata, a sinistra fracta, infra iterum, ut videtur, detruncata, a. 1,12 m., l. 0,19, cr. 0,56. Titulus exaratus est in parte antica litteris a. 0,04—0,05 m. Inventa est Chersonesi a. 1905. Kosciuszko-Walużnicz putat (cf. etiam Berthier de Lagarde *ΙΑΚ.*, 21, 157; 25, 147; *ΟΨΑΚ.*, 1905, 45) principio eam liminis vice functam esse, postea una cum fragmentis duarum simarum marmorearum in murum byzantinum inaedificatam 17, 21 m. intervallo a turri rectangulari a. 1905 effossa; testatur enim Berthier de Lagarde l. l. e muro extractam esse portae G adhaerente (cf. Berthier de Lagarde l. l. tab. II). Ceterum cum titulo ad

humum converso iaceret, aqua marina in rimas intrante diffindi coepta est, quo factum est, ut liquor calcarius adeo omnes litteras impleret, ut apparere non possent nisi calce per rastrum acidumque muriaticum remota. Hinc evanidae litterae lectuque difficiles. Dignus notatu exarationis modus: extrema enim litterarum lineamenta lapicida spissis foraminibus circumduxit eaque postea scalpro coniunxit. Titulus a me editus est secundum imaginem photographica[m] ectypumque et exemplum a. 1906 Chersonesi confectum *ИАК.* f. 23, p. 5 sqq., n° 2; cf. Cagnat et Besnier, *Ann. ép.* 1907, p. 164 et 1908, p. 178. Servatur Chersonesi in museo.

1	\IB\SNNLI
	SISSIMISPRINCIP
	ANOVICTORIOSI
	LENTEMFRA TRE
5	MAXIM IETGRATI
	HNEPOTIVALENTIS
	DOMIODESTVSVIR
	ECTVSPRETORIO
	CLARSSIMVSCO
10	/IINIMAGISTATIQUI
	RANTEDISPONENT
	OMDECEMPRIMC
	NORVMSEVBAL
	FMVPPATRENOVI

- 1 [*Salvis ddd. nnn. imperator*]ibus [ . . . .  
. . . . .et glorio]sissimis princip[i-  
bus Valentiniano] victoriosi[s-  
simo domino et Va]lente[m] fratre[<m>  
5 Valentiniani omnia] maximi et Grati[a-  
no filio Valentinian]i nepoti Valentis  
[perpetuis Augustis] Dom[itius] [M]odestus vir  
[clarissimus praef]ectus pretorio  
[et . . . . .vir] clar[is]s[is]simus co-  
10 [mes et magister n]umini magistatiqu[e  
eorum devoti administ]rante disponent[e  
. . . . .]m decemprimo  
[praeposito . . . . .a]norum se[n(iorum)] bal-  
[listariorum, curante] <m> v(iro) p(erfectissimo) patre novi  
. . . . .

Supplevi, aliquot locis O. Hirschfeldii ope adiutus. V. 1 supplendum fortasse *nob[is]i[li]s-  
simis*; v. 4 legendum *Va[llente] fratre*; v. 6 l. *nepote*. De vv. 1 et 2 cf. CIL. III, 88; VIII,  
10937 = 20566 et al. V. 5 pro *omnia* coniecero *Victoris* vel sim.; cf. CIL. III, 13619.


Notanda est insignis tituli diligentia in cognatione trium imperatorum indicanda; cf. titulum Gratiani CIL. V, 3114; 7993: *divinis fratribus*; III, 10596: *fratres concordissimi*; cf. R. Pichon, La politique de Constantin d'après les panegyrici latini. *Compte rendu de l'Acad. des inscr.* 1906, 289 sqq. Tituli aetas versu septimo definitur; fuit enim Fl(avius) Domitius Modestus praefectus praetorio Orientis ab a. 370 ad 378, cf. Borghesi, *Oeuvres complètes*, v. X, p. 239 cum Cuquii supplementis; Gratianus porro in imperii societatem adhibitus est a. 367, Valentinianus autem mortuus est d. 17 Novembris a. 375; inde patet compositum esse titulum inter annos 370 et 375 p. Chr. n. — Vv. 9 et 10 supplevi *co[mes] et magister*], non *co[nsularis]*], similitudine nixus titulorum Equitii, cf. CIL. III, 5670a; Dessau 774 (a. 370). Facile coniecero in titulo nomen fuisse Flavii Lupicini, comitis et magistri Thraciae ultimis Valentis annis, cf. Amm. Marc. XXXI, 4, 9; Mommsen, *Hermes*, v. XXIV, p. 262; *Ges. Schr.* v. VI, p. 267 sqq. — De ballistariis eorumque in praesidiis opera IV p. Chr. saeculo cf. Not. dign. Or. VII, 8 = 43; ibid. 57; ibid. VIII, 15, 46, 47; IX, 47; cf. Nov. Iust. 85 (περί τῶν ἐπλων). Frequentissima eorum memoria in Thracia est. Chersonesi quid egerint, v. Const. Porphyrog. de adm. imp. 53 (p. 251 ed. Bonn.), cf. titulum Zenonis a. 487—488 (Латышевъ, *Обзорн. преч. надн. христ. времена изъ южн. Россіи*, 1896, № 7; Бертъ-Делагардъ, *ЗНОО*. v. XVI (1893), p. 45 sqq.: ἐδωρήσατο χρημάτων δόσιν ἐκ τοῦ πρακτ(ε)ίου φημι τοῦ ἐνταῦθα βικαράτου τῶν καθ(ω)σιωμένων βαλλιστραρίων, δι' ὧν ἀνανεοῦντε[ς] τὰ τίχη πρὸς σωτηρίαν τῆς αὐτῆς πέλειως καὶ εὐχαριστοῦντες ἀνεθήκαμεν τὸ τίτλον. — De praesidio Constantino imperante Chersonesi collocato cf. ad n° 654; hac ratione nisus haud scio an recte v. 13 suppleveris *Constanti]norum se[n]iorum]* *ball[istariorum]*. — De decemprimis protectorum et domesticorum v. Cod. Theod. VI, 24, 6—10; 25, 1; cf. Mommsen, *Eph. ep.* v. V, p. 137; Brandis in Pauly-Wissowa, R. E., s. v. — V. 14 fortasse curator reipublicae commemoratur; quamquam de patris nomine huic magistratui indito nullum habemus testem Iustiniani temporibus antiquiorem, cf. tamen Cod. Iust. VIII, 12, 1; X, 44, 3, 1; XI, 33, 2 = Cod. Theod. XII, 11, 1; Kuhn, *Die städtische u. bürgerl. Verfassung* 58; Diehl, *Etudes sur l'administration byzantine*, 99 sq.; videas etiam IG. XII, 3, 1119 et supra titulum Callisthenis Callisthenis f. (n° 42). De ultimis tituli versibus desperandum, sed collato titulo n° 450 verisimile fit hic de moenibus Chersonesi construendis vel reficiendis actum esse.

**450.** Lapis calcarius quadrangulus, ornamentis carens, a. 0,39 m., l. 0,80, cr. 0,34. A partibus sinistra et dextra est integer, supra et infra abscisus ita, ut versuum primi et octavi (qui non videtur fuisse ultimus) partes deletae sint. Titulus neglegenter exaratus est litteris imparibus (a. in versibus 1 et 6—8 circa 0,02 m., in mediis plus 0,03) et temporis iniuria perquam laesus. Edidi *HAK.* fasc. 1 (1901) pp. 56—59 et *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV add.



p. 305 n° 464, addita imagine ad fidem ectypi chartacei facta, pro qua hic clariorem praebeo ( $\frac{1}{8}$  v. m.).

Lapis a. 1899 in Chersonesi ruderebus inventus in pariete domus aetatis Byzantinae prope moenia antiqua eodem anno effossa (cf. Kosciuszko-Waluzynicz *ИАК.* f. 1, p. 40) servatur ibidem in museo.



Monendum est in lapide multas litteras non tam clare perspicere posse, quam hic in imagine perspiciuntur.

Lapicida nonnullas voces per compendia scripsit et duobus locis litteras duplicavit, ut numerum pluralem indicaret: v. 1 ΕΩΝΝ = (αι)ων(ιων) et v. 3 ΦΦΛΛ = Φλ(αβίων<sup>1</sup>). Praeterea v. 2 propter negligentiam pro ΑΥΓΟΥΣΤΩΝ scripsit ΑΓΟΥΤΟΝ. Vocibus, quae per compendia scriptae sunt, suppletis et lapicidae mendis correctis textum iam in prioribus editionibus restituimus excepto versu 8, cuius supplementa probabilia proposuit S. Schestakov, *Памятники христ. Херсонеса*, f. III (Mosquae 1908), p. 7. Idem v. 1 in. pro [Υπ]ε[ρ] legendum coniecit [Ε]πει = ἐπι (ut v. 4—5).

- 1 [Υ]πε[ρ] τῶν δεσποτῶν ἡμῶν, τῶν ἑων(ιων)  
 Α[υ]γού[σ]τ(ω)ν τῶν ἀνεικ[ή]-  
 των κὲ Φλ(αβίων) Θεοδ[ο]-  
 σίου κὲ Ἀρχαδίου καὶ ἑ-  
 5 κὲ τῆς πράξεως τοῦ π(ολ)λά  
 καμόντος Φλ(αβίου) Βίτου τριβού(νου) καὶ  
 τῶν μηχανικῶν αἰχ[ρ]οδομήθη τὸ τυχ[ο]ς  
 τῆς Χερσον[ο]ς δι' Εὐθηρίου τοῦ [μ]εγαλο-  
 [πρεπεστάτου κόμητος?].

Patet titulum ad aetatem Theodosii I pertinere (379—395 p. Chr.). Cum Arcadius filius eius aequae atque pater nuncupetur Augustus<sup>2</sup>), referendus est titulus ad spatium illud

1) De hoc modo numeri pluralis indicandi cf. Franz, *Elem. epigr. Gr.* p. 354 sq., S. Reinach, *Traité d'épigr. Grecque* p. 226 sq., Larfeld, *Griech. Epigraphik* (in *Iw. Mülleri Handbuch*, v. I), p. 599.

2) Simillima imperatorum epitheta habemus ex. c. in

titulo Paniensi Iustini imperatoris nomine insigni, quem edidit A. Papadopulus-Kerameus in *Παράρτημα τοῦ ἰζ' τόμου τοῦ ἐν Κιπρῆι Ἑλλ. φιλολογ. Συλλόγου* (a. 1886), p. 92, n° 12. Cf. etiam titulum Atheniensem Arcadii et Honorii nomina referentem in *Ath. Mitth.* VIII, p. 312.

duodecim annorum inter m. Ianuarium a. 383, quo Arcadius Augustus est nuncupatus<sup>1)</sup>, et Ianuarium a. 395, quo Theodosius supremum obiit diem. Hoc temporis spatio Chersonesi moenia exstructa esse testatur titulus aut omnia, aut (quod videtur veri similis) in ea tantum parte, ad quam lapis inventus est<sup>2)</sup>. Moenia hoc loco a Kosciuszko-Walużnicz a. 1899 effossa tribus partibus constant, quarum infima eademque antiquissima quarto a. Chr. saeculo non est recentior, media initio aetatis Romanae videtur esse constructa, summa initio Byzantinae. Admodum videtur veri simile tituli testimonium ad hanc tertiam partem referri. Centum annis post Zenone imperante Chersonesi moenia cura Diogenis comitis renovata esse testatur titulus notissimus, quem post multos alios edidi in sylloge inscr. christ. Russiae merid. (*Сборникъ греч. надп. христ. времени*), n° 7, et paulo postea iussu imperatoris Iustiniani sunt resecta (*Proc. de aedif. Iust.* III, 7).

Titulus, quem tractamus, etiam ideo gravissimus est, quod clarissime indicat ultimis decenniis quarti p. Chr. saeculi Chersonesum imperio Romano subditam fuisse et manu militari occupatam duce tribuno Flavio Bito<sup>3)</sup>, qui inter alia officia urbis mœnibus exstruendis sedulam operam navavit. In fine tituli videtur alius quidam magistratus commemorari, cui nomen erat Eutherio quique *μεγαλοπρεπέστατος* audiebat; nomen muneris, quo ille fungebatur, dubitanter restituit Schestakovius.

## CLASSIS SEXTA.

### Tituli sepulcrales.

#### a. Tituli communes hominum binorum vel plurium.

**451.** Fragmentum tabulae marmoris cinerei, a partibus summa et sinistra marginem servans quadro sculpto ornatum, a. 0,27 m., l. 0,20, cr. 0,08. Tituli litterae satis diligenter exaratae aliquot locis iam laesae sunt aut detritae. Ed. L. Jurgiewicz! *BOO.* v. XII p. 220 n° 2, usus imagine photographica. Exscripsi a. 1883 Chersonesi in m. nasterio (photographicam imaginem mihi quoque inspicere licuit) et edidi *IosPE*<sup>1.</sup> v. I n° 212, unde repeto.

(*Textum vide p. 413.*)

Cum Jurgiewiczus ipse lapidem non viderit, varias eius lectiones non adfero.

Supplementa aliquot exempli causa proposui. Certius restitui titulus plus dimidia parte privatus vix poterit. V. I supplevit iam Jurgiewiczus usque ad vocem. [φα]νερόν (pro qua

1) Testimonia v. apud Seeckium in Pauly-Wissowa *Realencyklop.* v. II, c. 1187, s. v. Arkadios. Ceterum videtur titulus etiam aliquanto accuratius posse poni inter Ianuarium a. 383 et Ianuarium a. 393, quo Honorius Augustus est nuncupatus (v. Borghesi, *Oeuvres compl.* VIII, p. 513; Schiller, *Gesch. d. Röm. Kaiserzeit* II, p. 409): nam si titulus hoc anno recentior esset, Ho-

norius quoque sine dubio una cum patre et fratre esset commemoratus.

2) Moenia a. 1899 effossa accurate descripta et imaginibus illustrata sunt in Kosciuszki ratione reddita, supra commemorata (*HAK* fasc. I).

3) De tribunis aetatis imperatoriae cf. *Not. dign.* ed. Böcking, v. II, p. 536\* sq.

1	ΚΑΤΑΤ.ΛΟΥΞΑΝΤ	Κατ[ά] τ[ὰ] δ[έ]ξαντ[α τῆ βουλή και τῶ δήμῳ φα]-
	ΝΕΡΟΝΠΟΙΟΙΟΙΟΙΝ	νερὸν ποιο[ῦ]σιν [οἰ. . . . . ὁ δεῖνα]
	ΛΟΥΚΙΟΥΚΑΙΑΡΡΙΑΝ	Λουκίου και Ἄρριαν[ὸς τοῦ δεῖνος. . . . .]
	ΔΗΣΣΑΝΥΑΤΙΛΗΝΟC:	δησσαν [Κ]ατίωνος . . . . .
5	ΑΚΑΤΙΩΝΤΩΜΗΔΕΝ	α Κατίων τῶ μηδεν[. . . . . φ]-
	ΡΟΥΡΙΞΙΝΜΗΤCCT	ρουρίζιν μήτ[ε ἔ]τ[ερόν τινα. . . . .]
	ΒΑΜΕΙΠΠΕΝΤΩΜΗ	βάλλει[ν] ἐν τῶ μν[ημείῳ μήτε τὸ. . . . . σῶ-
	ΛΑΕΞΑΓΙΝΤΟΥΜ	μ.]α ἐξάγιν τοῦ μ[νημείου. Εἰ δέ τις παρὰ ταῦτά
	'ΟΙΟΙΗΑΚ'ΙΠ'Ι	τι π]οιῖη? ακ.ιπ. . .

v. 2 legit Νέρ[ω]ν ποιοῖ). V. 2 nunc puto magistratum commemorationem periisse, qui sepulcra curabant, et v. 3 duorum ex his magistratibus nomina ex parte esse servata. Titulum Romanae aetatis esse satis recentis nemo est quin videat. Φρουρίζειν verbum (v. 6, si quidem recte id restitui; aliud sane vix quidquam esse potest) videtur esse novum (cf. van Herwerden, Lex. suppl. et dial. p. 884).

452. Tabula marmorea supra fracta, a. ut nunc est 0,26 m., l. 0,233, cr. 0,06. Ornata erat anaglypho, quod repraesentabat mulierem ad sinistram spectanti et virum ad dextram; hodie non supersunt nisi infimae utriusque figurae partes. Sub anaglypho est titulus bene etiam nunc conservatus, quem edidit E. de Stern *ΣΗΟΟ*. v. 28 append. p. 32, n° 11, cum imagine in zinco expressa.

Lapidem in Chersonesi vicinia inventum auctumno a. 1906 Al. Berthier de Lagarde museo societatis Odessitanae dono misit. Nobis Warnecke humanissime suppeditavit ectypum chartaceum, ex quo titulus accurate hic delineatur (1/8 v. m.).

ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΑ	Ἀπολλοδώρα	Λαγορεῖ-
ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ	Ἀπολλοδώρου,	νος Δαμο-
ΓΥΝΑΔΕ	γυνὰ δὲ Λαγορεῖ-	κλέους.
ΝΟΥ ΤΟΥ ΔΑΜΟΚΛΕΟΥC	νου τοῦ Δαμοκλέους.	

Litterae ad mulieris nomen pertinentes vv. 1—3 a litteris viri nominis uncis separantur; qui scribendi modus in aliis inscriptionibus orae septentrionalis Ponti Euxini nondum obvenit. Titulus Romanae est aetatis. Λαγορίνου nomen vidimus in titulo Diophantiano (n° 352) et infra videbimus.

453. Monumentum sepulcrale integrum marmoris candidi, a. 1,05 m., l. 0,52, cr. 0,21. Ornatum est fastigio et anaglypho, quod repraesentat virum barbatus et mulierem,

stantes in aedicula facie ad spectantem conversa; utriusque manus dextrae pectoribus impositae, sinistra vir volumen videtur tenere; vir tunica et pallio amictus, mulier stola admodum ampla, caput operiente. Sub anaglypho est titulus integer, cuius litterae vv. 1 et 2 altae sunt 0,025 m., v. 3 aliquanto minores, maxime in ultima voce; omnino v. 3 reliquis multo negligentius exaratus est. Primus<sup>1)</sup> lapidem breviter descripsit et Russice titulum vertit P. Sumarokov Itin. Crim. et Bessar. p. 121. Edidd. L. Waxel, *Recueil de quelques ant.* n° 3 in aere. Clarke, *Trav. in var. countries* v. I p. 495 (ed. 4 v. II p. 208). Koehler, *Comm. de ins. et cursu Achillis* p. 253 n° 812. Boeckh, *C. I. Gr.* II n° 2100 ad fidem delineationis Waxelianaë, reliquorum variis lectionibus diligenter enotatis. Dubois de Montpèreux, *Voyage autour du Caucase*, atl., série IV, pl. XXVIb, fig. 9. Mursakewicz, *ЖМНН*. m. Martii 1837, p. 645. Graefe, *Bulletin de la classe hist.-phil. de l'Acad. de St. Pétersbourg*, v. V (a. 1848) p. 373. Koehne, *Comm. de hist. et antiquit. Chersonesi* ed. germ. p. 108, ed. russ. p. 117, lapide repraesentato in tab. VIII. Idem contra Graefium quaedam dixit in supplemento libri sui (*Зануски Чнб. Арх.-нумизм. Общ.* v. II, a. 1850, p. 263—276). L. Stephani (in censura libri Koehniani) *Bull. hist.-phil.* v. VII p. 79 = *Mélanges gr.-rom.* v. I, p. 12 et *Antiquités grecques du Bosphore Cimmérien*, v. II n° XXXIII<sup>2)</sup>. Exscripsi et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 215. Post meam editionem anaglyphum accurate descripsit Watzinger *GGS.* p. 61 n° 355, addita imagine in tab. XXIV.

Lapidem iam Sumarokovius in urbe Achtiar (quae hodie est Sebastopolis) in aede Graecorum sacra servatum vidit; inde circa a. 1846 (ut dicit Graefius) Petropolim asportatus exstat in museo quod dicitur Ermitage.

ΘΕΑΓΕΝΗΣΧΡΗΣΤΙΩΝΟΣΚΑΙ	
ΗΓΥΝΗΑΥΤΟΥΟΥΛΠΙΑΜΑ	
ΚΑΡΙΑΕΤΩΝΖΕΚΝΒΧΑΙΡΕ	

Θεαγένης Χρηστίωνος και  
 ή γυνή αυτού Ούλπια Μα-  
 καρία έτων (ξ)ε' και νβ'. Χαίρε.

Varia lectio fere nulla est, nisi quod litterarum formas alii alias dederunt editores (vulgares praebent Clark., Koehl., Murs., Gr., Steph. in priore ed.) et interpunctionis signa modo addiderunt, modo omiserunt; quae singillatim persequi taedet (Murs. v. 2 extr. et v. 3 reliquis negligentius exscripsit ita: ΝΑΚΑΡΙΑΕΤΟΝΖΕ ΧΕΡΕΤΕ). Haec sola videntur adnotanda: v. 1 extr. punctum, quod inter Σ et Κ dederunt Wax. Cl. (Boeckh) Dub. St., etsi revera apparet in lapide, tamen casu potius videtur exstitisse, lapidis superficie paululum

1) Hoc monumentum in urbe Achtiar servatum memorat iam Pallas Itin. Russ. merid. v. II p. 74, cuius verba sunt haec: «Ein schlechtes Basrelief, eine männliche Figur im Gewande mit einer Rolle in der Hand vorstellend, mit einer Grabschrift, bey der Kirche verwardt wird». Haec de Theagenis monumento esse dicta pro certo affirmari non posse dixi in priore editione, sed nunc Watzingero adsentior, qui Pallasium de hoc monumento dixisse putat, mulieris mentione omissa.

2) De anaglypho alii aliter iudicarunt. Clarkius nescio qua re nixus philosophi monumentum esse dixit mirisque laudibus extulit anaglyphi elegantiam. Contra monuit Koehlerus non esse illud tantis laudibus dignum. Graefius opificis inscitiam severis verbis castigavit: «Unter dem Fastigio, inquit, stehen ein bärtiger älterer Mann und eine Frau in schwach erhabener Arbeit, plump und roh ausgeführt und ohne Kunstwerth». Watzinger denique scripsit: «Sorgfältige, etwas harte Arbeit».

laesa, quam a quadratario de industria esse additum: admodum enim leviter signatum est multoque propius K litterae quam par erat adpositum. Alterum punctum, quod est v. 2 post ΑΥΤΟΥ, certum est. V 3 med. ZE (pro ZE, quod praebent Cl. Koehl.) tam bene dispicitur, ut non sit dubium, quin mediam lineolam ipse omiserit lapicida.

E Boeckhii commentario haec repeto: «Clarkio referente Porsonus hunc titulum ducentis minimum annis ante Christum exaratum dixit: sed potius duobus minimum saeculis post scriptus est. Scriptura est novicia, et Ulpiae nomen a Traiano fluxit. Haec vidit iam Koehl[erus]. Idem annotat Ulpiam Theageni superstitem posuisse hunc titulum cum utriusque et imagine et nomine et vacuum reliquisse spatium annis Ulpiae ipsius annotandis: post Ulpiae igitur mortem additum esse vβ: hinc esse χαῖρε, non χαίρετε. Non male; etsi sic quoque χαῖρε non optimum erat. Sed omnino quare sic statuamus, nulla causa est; nam binis quoque adscribitur χαῖρε, ut n. 2113». Hunc singularem numerum binis adscriptum ita explicuit Stephanus, ut non ad defunctos χαῖρε illud sit conversum, sed a defunctis ad viatorem (cf. formulam sollemnem τοῖς παράγουσι χαίρειν). Idem totum titulum uno eodemque tempore scriptum putat, maxime, ut videtur, contra Graefium, cui totus versus tertius post Ulpiae demum mortem ab heredibus negligentius additus esse videbatur.

**Переводъ.** Θεαγενὴ Χριστιανὸν καὶ γυναῖκα αὐτοῦ Ὑλπίαν Μακαρίαν, ἡβῆτι 65 καὶ 52. Προχαιρῶ!

**454.** Angulus sinister tabulae sepulchralis marmoris candidi a. 0,275 m., l. 0,295, cr. 0,095. Supra sculptum est aetoma humile acroteriis et rosa ornatum, sub eo titulus est duobus versibus constans, infra superest pars anaglyphi, dextra scilicet manus coronam porrigens ad caput humanum, quod nunc prorsus defractum est, ut locus tantum ubi fuerit appareat. Titulus diligenter exaratus est litteris pulchris aetatis Romanae, altis 0,015 m., excepta O littera, quae ceteris multo minor est. Omnes litterae optime conservatae sunt.



Καλλέας Γαίου καὶ ἡ [γυνὴ αὐτοῦ]  
Ἡδυσία Δημητρίου θυγ[άτηρ] χαίρετε].

Quando aut ubi lapis inventus sit, non constat. Anno 1872 Chersoneso Mosquam missus (v. ad n° 373) diu in hypogeis musei historici latebat. Cum mihi priorem editionem paranti videre eum non contigisset, Kondakovii apo-

grapho et lapidis descriptione usus, collatis eis quae Mansvetov dixerat in libro ad n° 373 commemorato (p. 50, n° 11), edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 216. Postquam lapis a. 1889 denuo in lucem prodiit, imagine photographica ab Oreschnikovio missa usus iterum edidi *ЖИРАО*. v. V p. 366 et IosPE<sup>1</sup>. v. IV add. p. 281. Habet etiam Watzinger, *GGs.* p. 134 et tab. LIV, n° 736. Hic eandem imaginem praebeo, quam ll. ll. dedi.

Titulum Romanae esse aetatis dialectus communis (non dorica) et Γαίου nomen Latinum probant. Mulieris nomen nulli dubitationi est obnoxium. Quod Kondakovius scripsit ΗΔΥΤΙΕΑ, inde facillime explicatur, quod litterae E lineolae summa et infima ad sinistram productae caudisque, ut ita dicam, ornatae I litterae speciem exscribenti praebuerunt.

**455.** «Monumentum sepulcrale. Ad sinistram mulieris defunctae figura repraesentata est, capite velato solio insidens, sub quo est calathus; figurae pedes alto scabello sunt impositi; manu tenet puerum stantem loco excelso ad lectum, facie ad spectantem conversa; solio parva figura alterius mulieris adstat, fortasse ancillae. In lecto cubat vir sinistra pateram tenens. Lecti cervicali adstat facie ad spectantem conversa parva viri figura, ministri scilicet, manibus vas tenentis oenochoae simile. Alt. 13<sup>1</sup>/<sub>2</sub>, verschok [0,60 m.], l. 11 verschok [0,488]. Infra est inscriptio». Sic fere lapidem descripsit Kondakov l. l. ad n° 373 (cf. Mansvetov p. 50 n° 12).

Lapis a. 1872 Chersoneso Mosquam missus adhuc latet. Kondakovii apographum edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 217 (inde repetiit Watzinger, *GGs.* p. 131 n° 723) et hic repeto.

ΚΙΛΙΑ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ  
ΓΥΝΗ ΔΕ ΑΠΕΛΛΑ

Κιλία Ἀπολλωνίου,  
γυνή δὲ Ἀπελλᾶ.


ΚΥΡΑΘΩΝ ΑΠΕΛΛΑ  
ΑΠΕΛΛΑ ΚΥΡΑΘΟ  
ΧΑΙΡΕ

Κυράθων Ἀπελλ[ᾶ].  
Ἀπελλᾶ Κυράθ[ωνος],  
χαῖρε.

Monumentum videtur olim positum esse in sepulcro communi patris filiique et filii uxoris. Titulum Romanae esse aetatis probat litteratura.

**456.** Monumentum sepulcrale lapidis arenarii totum quidem servatum, sed temporis iniuria laesum, a. 0,65 m., l. 0,44, cr. 0,175. Titulus satis negligenter exaratus et admodum laesus (litt. a. circa 0,02 m.) exstat in summa lapidis parte inter epistylum et anaglyphum, quod repraesentat virum pallio amictum, stantem facie adversa, a dextra adstante puerulo. Exscripsi et edidi *Mam.* № 17, p. 14, n° 11 et IosPE<sup>1</sup>. v. IV n° 115. Dragendorffii descriptionem a. 1896 factam dedit Watzinger, *GGs.* p. 94 n° 532.

Lapis a. 1892 Chersonesi in coemeterio antiquo inventus ibidem in museo asservatur.



Συρίων Συρ[ι]- Σώπολις  
ωνος, χαῖρε. Συρίωνος, χαῖρε.

Titulus aetatis Romanae recentioris indicat duos fratres una esse sepultos.

457. Monumentum sepulcrum marmoreum integrum, optime conservatum, a. 0,38 m., l. 0,27, cr. 0,08—0,10, supra abscisum in triangulum. Intra quadrum angustum sculpti sunt vir barbatus et mulier in lecto cubantes, sinistris poma aut patellas tenentes; lecto adposita est mensa rotunda tripes panibus impleta, a sinistra adstante puero, qui dextra sublata vasculum videtur tenere. Sub anaglypho titulus aetatis Romanae diligenter exaratus est litteris 0,01—0,015 m. altis (v. quartus reliquis aliquanto minor est). Ad imaginem photographicam et ectypum chartaceum edidi *IAK.* f. 27, p. 16, n° 2, addita imagine in zinco expressa ( $\frac{1}{4}$  v. m.), quae hic repetitur.



Lapis Chersonesi a. 1907 extractus e pariete aedificii aetatis Byzantinae, siti prope sinum qui *Καραντιμωνια βυχτα* dicitur, exstat ibidem in museo.

Σωτήριχος θεᾶς Παρθένου  
ζήσας ἔτη π' και  
ἡ σύμβιος αὐτοῦ Κόνχα  
ζήσασα ἔτη. .

Est monumentum Soterichi cuiusdam, qui vixit annos LXXX, et Conchae uxoris eius, cuius aetas non est indicata, fortasse ideo, quod monumentum post mortem Soterichi factum est, Concha etiamtum viva (cf. quae dicta sunt ad n° 453). Quomodo genetivi θεᾶς Παρθένου explicandi sint, non satis liquet: possunt pendere a subaudienda vel fortasse per errorem omissa voce *ιερέυς*, sed possunt etiam pro genetivis possessivis accipi, ut intellegamus Soterichum Virginis *ιερέδουλον* fuisse.

**458.** Fragmentum monumenti sepulchralis marmoris candidi undique mutilum, a. 0,21 m., l. 0,26, cr. 0,08. Anaglyphum, quo monumentum erat ornatum, totum fere periit: superest tantum longi vestimenti muliebris pars infima. Sub anaglypho superest tituli pars media male conservata. Chersonesi in museo exscripti a. 1900 et edidi *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 141, unde repeto (inde sumpsit Watzinger *GGs.* p. 135, Anh. n° 11).

ΝΗΡΟΙΔΟΥΚΟΙΑΙΟ  
ΘΥΓΑΤΗΡΜΗΤΡΟΔ  
ΙΟΥ ΕΤΩΝ

[.....ω]ν Ἡροδῶ[ρ]ο[υ]?....  
ἡ δεῖνα] θυγάτηρ Μητροδ[ώρου, γυνὴ δὲ  
.....]ίου, ἐτῶν [..., χαίρετε].

Titulus Romanae est aetatis.

**459.** Fragmenta duo coniuncta tabulae marmoreae cr. 0,025 m., ab omnibus partibus mutilata, a. ut nunc sunt 0,085 m., l. 0,07. Tabula ornata erat anaglypho, ex quo in fragmentis non supersunt nisi tres mensae pedes et ad sinistram eorum pars pedis humani. Anaglyphum simile videtur fuisse ei, quod est in lapide n° 457. Anaglypho subscriptus erat titulus (litt. a. 0,015—0,02 m.), cuius supersunt quattuor versuum partes mediae. Ad imaginem photographiceam et ectypum edidi *HAk.* f. 27, p. 15, n° 1, addita imagine, quae hic repetitur ( $\frac{1}{3}$  v. m.).



Lapis a. 1907 Chersonesi ad urbis moenia inventus exstat ibidem in museo.

[Ὁ δεῖνα Διονυσίου Ζήσας ἔτη [...  
.....]α Ζήσασα ἔτη [...  
Ὁ δεῖνα] Ζήσας ἔτη κ'. Αὐ[ρηλία  
.....]ηδίκη Σα.....

Videtur esse fragmentum monumenti sepulchralis totius familiae, sub quo sepulti erant coniuges et filius viginti annos natus. Numerus uxoris anuorum non est scriptus (cf. n° 457). Titulum propter litteraturam ad II p. Chr. saeculum rettulerim. V. 3 extr. et v. 4 restituere non contigit.

**460.** Fragmentum monumenti sepulchralis marmorei, ab omnibus praeter dextram partibus mutilatum, a. ut nunc est 0,58 m., l. 0,38, cr. 0,12. Monumentum ornatum erat anaglypho diligenter sculpto, cuius maior pars lapide fracto periit: supersunt pedes et infima



pars stolae mulieris, ut videtur, sedentis, et pars figurae (pectore tenus) puellae stola vestitae, a dextra mulieri adstantis ad pilam striatam basi impositam. Sub anaglypho titulus est aetatis Romanae diligenter exaratus, qui bene etiam nunc dispicitur in imagine photographica, quam nobis misit Kosciuszko-Walużnicz. Ex hac imagine titulum exscripsi et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. IV, add. n° 465. Imaginem ipsam inserui *HAK.* f. 2, p. 61, et hic repeto ( $\frac{1}{5}$  v. m.).

Ad imaginem photographicam descripsit Watzinger *GGS.* p. 57, n° 329.

Lapis aestate a. 1900 in Chersonesi rudieribus inventus ibidem servatur in museo.



[Ὁ δεῖνα Ἡρ]ακλείδου ἐτῶν ξε'

[καὶ Ν]εικασὼ θυγάτηρ

..... ἐτῶν λ'. χαῖρε.

Videtur monumentum patri et filiae una sepultis fuisse impositum. Watzinger putat prius quoque nomen muliebre fuisse (. . . γυνή Ἡρ]ακλείδου κτλ.), ea re sine dubio nisus, quod supra mulieris figura sculpta est. Sed quidni putemus a sinistra viri figuram fuisse, quae prorsus perierit? De χαῖρε verbo singulari numero posito v. supra p. 415 ad n° 453.

**461.** «Kalkstein. Höhe 0,50; Br. 0,38; D. 0,08 m. Die Stele ist mit ihrem unteren Teil eingelassen in ein viereckiges, oben profiliertes Postament (Höhe 0,55; Br. 0,30 m.) aus Kalkstein in einer die ganze Breite durchziehenden 0,06 m. tiefen Rille. Das Bildfeld schliesst oben in einem flachen Bogen ab, darüber in der Mitte eine Scheibe und r. und l. ein glattes Akroterion. Im Bildfeld auf einer Kline mit zwei Beinen und Polster zwei nach l. gelagerte Männer, der r. hält in der Hand einen Kranz. Vor der Kline ein Tisch auf zwei Beinen mit undeutlichen Speisen darauf. Auf dem Postament die schlecht und flüchtig eingehauene Inschrift. . . Roheste Arbeit später Zeit» (Watzinger). Monumenti totius imagines exstant in Kosciuszki rationibus redditis, insertis *Отч. И. Арх. Комм. за 1901 г.*, p. 48, n° 95 et *HAK.* fasc. 4 (1902), p. 104 n° 52. Ad ectypum chartaceum et Iac. Smirnovii apographum edidi *HAK.* fasc. 10, p. 21 sq., n° 15. Ad imaginem photographicam descripsit Watzinger *GGS.* p. 134 n° 737 (v. supra). Hic titulum ad ectypum accuratius delineatum praebeo ( $\frac{1}{8}$  v. m.).

Lapis a. 1901 Chersonesi in coemeterio, in sepulcro quodam aetatis Byzantinae inventus ibidem exstat in museo,



.....  
 .....  
 ἐτῶν λε΄.  
 Μίλιος  
 ὁ υἱός·  
 χαῖρε.

V. 5 primum signum non est littera, sed foliolum male exaratum. In eodem versu inter litteras paenultimam et ultimam lapidem laesum esse testatur Smirnov.

Nomen vv. 1 et 2 scriptum indagare non potui: cogitabam de Ἰμαρόκλεια aut Ἰλλαρόκλεια, sed litterae v. 2 scriptae tali nomini non conveniunt et v. 1 in litterae quattuor incertae manent (Και Ἰλλαρο|σλυα legit Watzinger).

**462.** Dextra pars monumenti sepulcralis marmorei, supra fracta, a. max. 0,46 m., l. max. 0,22, cr. 0,13. Superest pars tituli aetatis Romanae satis bene conservata (litt. a. 0,02 m.). Ad ectypum chartaceum edidi *HAK.* f. 18, p. 117, n° 26.

Lapis a. 1905 Chersonesi in necropoli inventus ibidem servatur in museo.

Α Π Ο Κ  
 Η Σ Π Α  
 Θ Χ Α Ι Ρ Ε  
 Ρ Ι Ο Σ Ε Τ Ω Ν Λ.

..... αποκ.  
 .....ης Πα-  
 ..... χαῖρε.  
 .....ριος ἐτῶν λ΄,  
 [χαῖρε?].

E litteris, quae supersunt v. 2, priores duae videntur ad finem nominis proprii pertinere, reliquae duae ad patris nomen (veluti Πα[σίωνος]). V. 3 nescio an Latinum sit nomen [Οὐαλέ]ριος.

b) Tituli singulorum virorum.

**463.** Lapis arenarius rudis, a. 0,18 m., l. circa 0,30. Titulus inter lineolas diligenter scriptus, litteris 0,015—0,025 m. altis etiam nunc bene legitur. Ad ectypum chartaceum edidi *Mam.* № 9, p. 26, n° 8; lapide a. 1892 inspecto quae corrigenda essent indicavi *Mam.* № 17, p. 78. Iterum edidi *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 99 (commemoravit Watzinger *GGs.* p. 3 n° 16h). Hic titulum ad ectypum chartaceum accurate delineandum curavi (2/8 v. m.).

Lapis aestate a. 1891 Chersonesi in litore prope balnea inventus (cf. *Отчетъ Имп. Арх. Комм. за 1891 г.*, p. 6) exstat ibidem in museo.



Ἀνδροκλῆς  
Προμαθίωνος.

Litteratura quarti est a. Chr. saeculi.

**464.** Lapidis descriptionem v. supra, n° 428. In parte adversa monumenti sepulcralis sculptus est iuvenis imberbis tunica et pallio amictus, stans facie adversa, dextra pectori imposita, sinistra demissa pallium sustinens. Ad dextram capitis eius titulus exaratus est aetatis Romanae litteris 0,01 m. altis. Exscripsi et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. IV n° 100. Hic idem exemplum repeto. Lapidis imaginem dederunt Kosciuszko-Walużynicz *HAK.* fasc. 2 p. 8 et Watzinger *GGS.* tab. XXXIII n° 468, lapide descripto pag. 83.

iuvenis caput.	) ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΑ ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ ΧΑΙΡΕ	 margin.	Ἀπολλωνίδα Μενάνδρου, χαῖρε.
-------------------	------------------------------------	-------------	------------------------------------

**465.** Monumentum sepulcrale lapidis calcarii infra fractum, a. ut nunc est 0,44 m., l. 0,32, cr. 0,15. Ornatum est aetomate, cuius fastigium et angulus sinister hodie fracti sunt. Infra lapis eo ipso loco fractus est, ubi duae rosae magnae erant sculptae, quae ideo laesae sunt. Titulus inter aetoma et rosas diligenter exaratus est (litt. a. 0,02 m.). Ad imaginem photographiam delineatum titulum edidi *HAK.* f. 27, p. 17, n° 3, unde repeto (circa  $\frac{1}{4}$  v. m.).

Lapis a. 1907 exeunte Chersonesi in tumulo sepulcri cuiusdam prope monasterium inventus ibidem servatur in museo.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ ΑΓΑΘΩΝΟΣ ΧΑΙΡΕ	Ἀπολλώνιος Ἀγάθωνος χαῖρε.
---------------------------------	----------------------------------

Titulum ad aetatem Romanam antiquiorem refero litteraturae indicii usus.

**466.** Tabella marmorea integra, l. 0,145 m., a. 0,065, titulo praedita optime conservato (litt. a. circa 0,015 m.). Edidi *Mam.* № 23, p. 12, n° 8, et IosPE<sup>1</sup>. v. IV n° 101, addita imagine, quam hic repetendam curavi ( $\frac{2}{3}$  v. m.).

Tabella a. 1896 Chersonesi in coemeterio inventa servatur ibidem in museo.



Ἀπολλώνιος

Ἡρακλεοδώρου.

Titulum propter litteraturae indicia ad II a. Chr. saeculum rettulerim. Similes tabellas parvulas marmoreas, quibus mortuorum nomina sint inscripta, monumentis sepulcralibus e lapide vili sectis immitti Chersonesitis morem fuisse nos docuerunt monumenta sepulcralia n<sup>o</sup> 475 et 492, quae tabellas marmoreas suis locis servant. Cf. quae de huiusmodi monumentis dixi *Mam.* № 23, p. 12, ad n<sup>o</sup> 8. Vide praeterea imaginem monumenti anaglypho ornati et caverna praediti ad immittendam tabellam facta in *ИАК.* f. 25 p. 141, n<sup>o</sup> 31.

**467.** Monumentum sepulcrale lapidis calcarii infra fractum, a. ut nunc est 0,45 m., l. 0,26 — 0,29, cr. 0,13. Supra videtur fuisse cymatium, nunc consulto laesum; ei subscriptus est titulus diligenter exaratus litteris 0,027 m. altis, sub titulo duae rosae magnae elegantissime sculptae sunt et arcus solutus; infra etiam gladium sculptum fuisse consentaneum est, ut videmus in aliis monumentis similibus (cf. *Отчетъ Имп. Арх. Комм.* a. 1892, p. 109, del. 66). Edidi *ИАК.* f. 14, p. 106, n<sup>o</sup> 14, addita totius lapidis imagine in zinco expressa. Imaginem habet etiam Watzinger *GGS.* tab. II n<sup>o</sup> 46, lapide descripto p. 7.

Lapis a. 1903 Chersonesi in arce inventus ibidem exstat in museo.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ  
ΗΡΑΚΛΕΟΔΩΡΟΥ

[Α]πολλώνιος

[Π]ελευάρχου.

Titulum propter litteraturam ad finem fere saeculi IV a. Chr. referendum puto.

**468.** Tabella marmorea a. 0,09 m., l. 0,19, cr. 0,03—0,05<sup>1)</sup>. Titulus litteris 0,015 m. altis scriptus satis bene legitur. Ad ectypum chartaceum edidi *ИАК.* f. 14, p. 107, n<sup>o</sup> 15. Habet Watzinger *GGS.* p. 139 n<sup>o</sup> 764c. Hic ex ectypo delineandum curavi (<sup>1</sup>/<sub>4</sub> v. m.).

Lapis a. 1904 Chersonesi in necropoli prope monasterii *ξενοδοχείον* inventus ibidem exstat in museo.

1) Koscinszko-Walużynicz scripsit tabellam existam esse «изъ тѣхъ головообразныхъ небольшихъ надгробныхъ памятниковъ древнѣйшей эпохи, которые въ большомъ количествѣ находятся при раскопкахъ

некрополя. Сзади дощечка выпуклая, а слѣва сохранилась болѣе узкая и тонкая часть, вставлявшаяся въ отверстіе горизонтальной плитки».




Ἀσκληπιάδας  
Χαρμίππου.

Titulum ad II a. Chr. saeculum rettulerim.

**469.** Fragmenta duo monumenti sepulcralis lapidis arenarii 0,07 m. fere crassi, in quibus supersunt initia et fines duorum versuum tituli litteris circa 0,02 m. altis scripti, quae optime etiam nunc dispiciuntur. Ad ectypum chartaceum edidi *Mam.* № 23 p. 13, n° 9 et iterum (a. 1900 cum lapide collatum) *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 102. Hic titulum accuratius delineatum praebeo ( $\frac{1}{6}$  v. m.).

Fragmenta inventa a. 1897 in litore sinus, qui dicitur *Καραντινική бухта*, exstant Chersonesi in museo.




Β . . . . ων  
Ἀτ . . . . τος.

Nomina defuncti patrisque eius certo restitui nequeunt. Ad v. 2 restituendum Papii et Benseleri lexicon nom. propr. Graec. (ed. 3 a. 1875)

nullum nomen praebet praeter Ἀτ[λαν]τος et Ἀτ[άμαν]τος (quae forma in Moesiae nummo ap. Mionnet S. V, 288 pro Ἀθάμαντος dicitur legi), sed in titulo Olbiopolitano, quem infra in addendis dabimus, exstat etiam Ἀττατος. Titulum ad tertium a. Chr. saeculum rettulerim.

**470.** Tabella integra marmoris candidi, marginibus paululum laesis, a. 0,075 m., l. 0,09. Titulus litteris quarti a. Chr. saeculi (a. 0,013 m.) diligenter exaratus satis bene adhuc conservatus est. Ad ectypum chartaceum edidi *Mam.* № 9, p. 26, n° 9 et iterum (a. 1892 cum lapide collatum) *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 103.

Tabella a. 1891 Chersonesi in coemeterio antiquo inventa ibidem servatur in museo.



Βοίσχος  
Νεομηνοῦ.

**471.** Monumentum sepulcrum marmoris candidi supra fractum, a. ut nunc est 0,85 m., l. 0,60, cr. 0,12. Ex anaglypho, quo erat ornatum, non supersunt nisi pedes pueruli mulierisque longa palla amictae et viri, praeterea canis pedes et cauda; altera pars anaglyphi, in qua viri figura conservatur, seorsum reperta est. Sub anaglypho ad dextram spectanti arma leviter admodum sculpta sunt, scilicet arcus cum pharetra, ocreae, galea, scutum, hasta, gladius. Sub armis titulus est optime conservatus (litt. a. 0,017 m.). Mediae lapidis partis, in qua sunt arma et titulus, imago exstat in *Ομν. Ημν. Αρχ. Κομμ. za 1892 v.*, p. 26. Edidi *Mam.* № 17 p. 12, n° 9 et *SBA.* 1895. p. 516, n° 7. Repetii *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 105. Descripsit Watzinger *GGS.* p. 72 n° 409, totius lapidis imagine obscura addita in tab. XXVIII. Hic ad imaginem in *Ομν.* l. l. editam titulum delineandum curavi (circa  $\frac{1}{6}$  v. m.).

Lapis a. 1892 inventus Chersonesi in coemeterio antiquo exstat ibidem in museo.

ΓΑΖΟΥΡΙΟΣ ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΥ ΠΡΩΤΑΡ-  
ΧΟΝΤΕΥΩΝ < Ε ΤΩΝ - Ν  
ΧΑΙΡΕ

Γαζούριος Μητροδώρου πρωταρ-  
χοντεύων, ἐτῶν ν',  
χαῖρε.

Titulus est Romanae aetatis (Watzinger refert ad initium saeculi I p. Chr.). De primi archontis apud Chersonesitas munere et de verbo ipso πρωταρχοντεύειν cf. quae dixi in editionibus supra commemoratis. Idem vir commemorari videtur supra n° 412 et fortasse 385.

**472.** Frustum marmoris cuneatum, ex epistyllo, ut videtur, sectum et ad monumentum sepulcrum adhibitum, a. max. 0,20 m., l. 0,13—0,09 (lapis deorsum coarctatur), cr. 0,12—0,07. Ad dextram superest quadri pars. Titulus aetatis Romanae bene conservatus est (litt. a. 0,02 m.). Ad ectypum chartaceum edidi *ΗΑΚ.* f. 14, p. 107, n° 16, unde repeto.

Lapis a. 1904 Chersonesi in necropoli inventus servatur ibidem in monasterio.

ΕΡΩΞ		"Ερωξ
ΕΡΩΤΟΣ		"Ερωτος
ΧΑΙΡΕ		χαῖρε.

**473.** Frustum tabellae marmoreae l. 0,085 m., a. 0,055, in quo litterae superstites (circa 0,02 m. altae) optime leguntur. Edidi *Mam.* № 23 p. 14, n° 11, et *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 106, addita imagine, quam hic repeto ( $\frac{1}{8}$  v. m.).

Inventum a. 1896 Chersonesi in coemeterio ad sinum qui *Καραντινία βυχτα* dicitur, exstat in museo.



[Ἡρ]ακλ[εῖδας?  
Π]ασιώ[ρος].

Litteratura videtur esse tertii a. Chr. saeculi. V. I etiam alia nomina suppleri possunt ab Ἡρακλέους nomine derivata, velut [Ἡρ]άκλ[ειος], [Ἡρ]άκλ[ειτος], [Ἡρ]ακλ[εόδωρος], sim.

474. Tabula lapidis calcarii a. ut nunc est 0,39 m., l. 0,28, cr. 0,105, ornata aetomate. Recentiore aetate tabula consulto abscisa est, ut pro monumento sepulcrali iterum adhiberetur, et in parte postica caverna quadrangula facta est ad immittendam, ut videtur, imaginem capitis humani; eodem tempore aetoma partis anticae abscisum est. Titulus partis anticae accurate quidem exaratus, sed perquam laesus est. Edidi *HAZ.* f. 27, p. 17, n° 4, cum imagine ad ectypum chartaceum delineata ( $\frac{1}{5}$  v. m.), quae hic repetitur.

Lapis a. 1907 Chersonesi in platea inventus exstat ibidem in museo.




Ἡράκλειος  
Ἀπολλωνίου.

Titulum ad tertium a. Chr. saeculum rettulerim. Litterae, quae infra apparent, recentiore aetate leviter exaratae sunt.

475. Monumentum sepulcrale lapidis calcarii infra fractum, a. ut nunc est 0,41 m., l. 0,28, cr. 0,12. Ornatum est epistyllo, cuius in parte obliqua vestigia apparent colorum rubri et nigri, quibus ova picta erant. Sub epistyllo immissa est tabella marmorea a. 0,06 m., l. 0,12, cr. 0,04, titulo instructa (litt. a. 0,01—0,015 m.). Sub tabella colore rubro picti sunt circuli duo (diam. 0,06 m.) et colore nigro arcus solutus a. 0,23 m. In utroque latere similes circuli sunt picti. Titulum edidi *HAZ.* f. 33, p. 43, n° 3, cum imagine ad ectypum chartaceum delineata ( $\frac{1}{5}$  v. m.), quam hic repeto.

Lapis m. Martio a. 1908 Chersonesi in necropoli ad monasterii bovine inventus (suo loco, si fides est operarum testimonio) ibidem exstat in museo.



Ἡράκλειος  
Δαματ(ρ)ίου.

Titulum propter litteraturae indicia ad II aut I a. Chr. saeculum rettulerim.

**476.** «Tabula sepulcralis pyramidis abscisae speciem habens. [Inest anaglyphum, quo repraesentatur] vir tunica pallioque vestitus, dextra vestem ad pectus sustinens, sinistra nescio quid tenens; a.  $6\frac{1}{2}$  verschok [0,288 m.], l. supra  $4\frac{1}{2}$  v. [0,20], infra  $7\frac{1}{2}$  v. [0,33]. Titulus ab utraque anaglyphi parte incisus est». Sic fere lapidem descripsit Kondakov (cf. Mansvetov p. 51 n° 13), cuius apographo usus edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 214 (inde sumpsit Watzinger *GGs.* p. 84 n° 479) et hic repeto.

Lapis a. 1872 Chersoneso Mosquam missus (cf. ad n° 373) ubi nunc sit, ignoratur.

1	A Λ(M)I	Σ Η	
	(Θ?)OC	CAC	
	ΗΡΑΚΛ	ΕΤΗΛΕ	Α(ἰλ)ιος Ἡρακλιανός, [Ζ]ήσας ἔτη λε'.
	ΙΑΝΟ		
5	C		

Defuncti nomen certo restituere mihi videor. Nam v. 1 post Λ littera M uncis inclusa nihil aliud significare voluisse videtur Kondakovius, nisi incertum esse, utrum Λ fuerit in lapide, an M: hanc autem litteram facillime cum ΙΛ posse confundi quis nescit? Similiter v. 2 in Θ litteram non fuisse in lapide, sed eadem de causa additam a Kondakovo esse pro certo habeo. Viri nomen ab Hadriano fluxisse non est quod moneam.

**477.** Pars sinistra tabellae marmoreae a. 0,05 m., l. ut nunc est 0,06, cr. 0,03, quae olim immissa erat monumento sepulcrali e lapide vili secto. Litterae superstites altae sunt 0,015 m. Edidi *ΗΑΚ.* f. 2, p. 64, n° 3, cum imagine ( $\frac{1}{3}$  v. m.), quae hic repetitur.

Lapis a. 1900 Chersonesi inventus ibidem exstat in museo.



Ἡρο...


Ἡρω...

Nomina certo restitui non possunt: mortui nomen potuit esse Ἡρόδικος, Ἡρόδοτος, Ἡρόδωρος, sim., patris nomen Ἡρώδας, Ἡρών, Ἡρώνδας, sim. Titulus quarto a. Chr. saeculo vix est recentior.

**478.** Tabella integra marmoris candidi a. 0,09 m., l. 0,12, cr. 0,025. Titulum bene conservatum exscripsi a. 1892 et ter edidi: primum *Mam.* № 17 p. 15, n° 13, deinde *SBA.* 1895 p. 519 n° 10, denique IosPE<sup>1</sup>. v. IV n° 104. (Commemorat Watzinger *GGs.* p. 3 n° 15c). Hic titulus ad ectypum delinectus est ( $\frac{1}{4}$  v. m.).



Tabella a. 1892 Chersonesi in sepulcro quodam coemeterii antiqui inventa exstat in museo.




Θεογένης  
Ἀγάθωνος.

Tituli litteratura aetatem Romanam prodit. Accuratius definiri aetas eius inde potest, quod in eodem sepulcro, ut Kosciuszko-Waluźnicz dicit<sup>1)</sup>, nummus aereus inventus est Cotyis II regis Bosporani, quem inter annos 123 et 131 post Chr. n. regnasse constat.

479. Tabula marmorea a. 0,53 m., l. 0,43, cr. 0,075, ornamentis carens. Titulus superest integer; infra est spatium vacuum satis magnum. Ad ectypum chartaceum edidi *Mam.* № 17 p. 15, n° 12 et *SBA.* 1895 p. 519 n° 9 et *IosPE*<sup>1.</sup> v. IV n° 108. Nunc titulum ex ectypo delineandum curavi (<sup>1</sup>/<sub>6</sub> v. m.).

Lapis vere a. 1893 ibidem inventus, ubi nn° 362 et 364a, exstat Chersonesi in museo.



Videtur is qui titulum scripsit epigramma versibus componere voluisse, sed cum artis metricae omnino esset expers, nihil profecit. Titulus ita legendus est:

Καὶ τίς οὐκ ἄν ἐνέσιεν τὸν ἐν βρο|τοῖσιν ποθητὸν |  
στέφε(σ)ίν τε ἐξοχὸν καὶ ἐν καμά|τοῖσιν μέγιστον |  
Μ. Αὐρ(ήλιον) Ἰάσονα Μ. Ἀρχία, [χλ]υτὸν | σέβας.

Litteratura indicat aetatem tertio p. Chr. saeculo non antiquiorem.

Litterae quae sunt **ENECEIEN** procul dubio scriptae sunt pro **AINECEIEN** (opt. aor. act. v. αἰνέω), cum αἰ illa aetate ut ε pronuntiaretur et εἰ ut ι. Litterae, quae infra in utroque angulo exaratae sunt, ad titulum non pertinent.

**Переводъ.** И кто могъ бы не похвалить желаннаго въ смертныхъ, отличеннаго вѣнцами и величайшаго въ трудахъ М. Аврелія Иасона, сына М. Архія, достойнаго славнаго уваженія.

<sup>1)</sup> V. *Отч. II. Арх. Комм. за 1892 г.*, p. 117, ad n° 268.

**480.** Summa pars monumenti sepulchralis lapidis calcarii, ornamentis carentis, a. max. 0,32 m., l. 0,34, cr. 0,22. Titulus litteris circa 0,03 m. altis scriptus satis bene etiam nunc legitur. Ad ectypum chartaceum edidi *HAK.* f. 18, p. 116, n° 24 (inde sumpsit Watzinger *GG.S.* p. 3 n° 14).

Lapis a. 1905 Chersonesi in necropoli inventus ibidem servatur in museo.

Κ Τ Η Ξ Ι Α Σ		Κτησίας
Η Ρ Α Κ Λ Ε Ο Υ		Ἡρακλείου.

Titulus propter litteraturam ad II a. Chr. saeculum est referendus. Ἡρακλείου forma scripta est pro Ἡρακλείου.

**481.** Tabula sepulchralis lapidis arenarii infra fracta, a. 0,45 m., l. 0,23, cr. 0,15, ornata fastigio et utrimque rosis duabus. Sub titulo loco excavato inscripto aliae duae rosae sculptae sunt et arcus et gladius inter arcum et nervum positus (ut in tabula repraesentata in *Όμν. Η. Αρχ. Κομμ. 1892*, p. 199, n° 66). Edidi *Mam.* № 23 p. 14, n° 12, et *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 109, addita tituli imagine ad ectypum chartaceum facta ( $\frac{1}{2}$  v. m.), quam hic repeto. Habet etiam Watzinger *GG.S.* p. 7 n° 45, Dragendorffii descriptione usus, qui lapides sepulchrales Chersonesi inventos a. 1896 examinavit.

Tabula a. 1895 Chersonesi in coemeterio (v. *Όμν. Η. Αρχ. Κομμ. 1895*, p. 116) inventa ibidem exstat in museo.



Λαγοτός

Παρμένοντος.

Titulum ad tertium a. Chr. saeculum rettulerim (ad finem s. IV a. Chr. refert Watzinger). Ad Wilhelm in *Gött. gel. Anzeigen* a. 1903, n° 10, p. 797 pro nomine Λαγοτός legendum proposuit Λάγορος, addens se in imagine dispicere initium semirotundae partis P litterae, quod ego non animadvertissem. Sed in lapide omnes litterae tam bene conservatae sunt, ut non sit dubium, quin v. 1 quinta littera sit I, non P; haec littera v. 2 aliam habet formam. Haec dixi *HAK.* fasc. 10 p. 97.

**482.** Monumentum sepulchrale integrum marmoris candidi a. 1,53 m., l. 0,36, cr. 0,16 (infra paululo latius et crassius quam supra), ornatum epistylis, sub quo rosae duae sculptae

sunt et sub eis defuncti nomen litteris grandioribus (a. 0,03 m.) exaratum est; infra, magno spatio vacuo interposito, epigramma metricum incisum est litteris minoribus, satis bene conservatis. Infima lapidis pars in modum spinae abscisa est basi infingendae. Exscripsi et edidi *Mam.* № 17 p. 13, n° 10, et *SBA.* 1895, p. 517 sq., n° 8, et *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 110. Lapidis imaginem praebet Watzinger *GGS.* tab. II n° 49 (descriptionem v. pag. 7).

Lapis a. 1892 Chersonesi in coemeterio antiquo inventus in sepulcro (cf. *Ομι. Η. Αρχ. Κομμ.* 3α 1892 γ., σπ. 102) ibidem exstat in museo.

ΞΑΝΘΟΣ  
ΛΑΓΓΟΡΕΙΝΟΥ  
ΧΑΙΡΕ

1	ΞΑΝΘΟΝ ΕΓΩ ΣΤΑΛΑ ΚΕΥΘΩ ΞΕΝΕ ΤΟΝ ΠΟΤΕ ΠΑΤΡΙ Σ ΩΦΡΟΝΑ ΤΟΜ ΠΑΤΡΗ ΞΥΝΟΝ ΑΓΑΛΜΑ ΝΕΩΝ ΤΟΝ ΣΟΦΟΝ ΕΝ ΜΟΥΣΑΙΣ ΤΟΝ ΑΜΕΜΦΕΑ ΠΑΣΙ ΠΟΛΕΙΤΑΙΣ ΤΕΙΜΙΟΝ ΗΙΘΕΩΝ ΑΣΤΕΡΑ ΚΑΛΛΟΣΥΝΗΣ
5	ΒΑΣΚΑΝΟΣ ΘΝ ΚΑΤΕΠΕΦΝΕΝ ἌΡΗΣ ΠΑΤΡΗ ΠΡΟΜΑΧΕΥΝΤΑ ΛΕΙΠΟΜΕΝΟΝ ΘΡΗΝΟΥΣ ΤΩΝ ΔΕ ΓΟΝΕΥΣΙ ΓΕΡΑΣ ΕΙΔΑ ΠΟΛΑΥΣΙΝ ΕΧΕΙ ΠΛΟΥΤΩΝ ΠΛΕΟΝ ΗΕ ΤΟΚΕΙΕΣ ΤΙ ΠΤΕ ΔΙ' ΩΔΕΙΝΩ ΚΑΜΝΕΤΕ ΘΗΛΥΤΕΡΑΙ

V. 1 lapicida P litteram per errorem incisam correxit in N.

Ξάνθος | Λαγορείνου' | χαιρε.

- 1 Ξάνθον ἐγὼ στάλα κεύθῳ, ξένε, τὸν ποτε πατρὶ  
σώφρονα, τὸμ πάτρῃ ξυνὸν ἄγαλμα νέων,  
τὸν σοφὸν ἐν Μούσαις, τὸν ἀμεμφέα πᾶσι πολεΐταις,  
τείμιον ἠιδέων, ἀστέρα καλλοσύνης,  
5 βᾶσκανος θν κατέπεφνεν Ἄρης πάτρῃ προμαχεῦντα,  
λειπόμενον θρήνους τῶνδε γονεῦσι γέρας.  
εἰ δ' ἀπόλαυσιν ἔχει Πλούτων πλέον ἢ ἐ τοκεῖες,  
τί πτε δι' ὠδεῖνων κάμνετε, θηλύτεραι;

Tituli litteratura aetatem Romanam prodit. (Ad finem primi a. Chr. saeculi refert Watzinger). De epigrammate ipso cf. quae dixi in editionibus supra commemoratis. Ad vv. 7—8 cf. *Anthol. Pal.* VII, 261 (Διοτίμου εἰς Βιάνορα ἔμπροσθεν τῆς μητρὸς τελευτήσαντα):

τί πλέον εἰς ὠδίνα πονεῖν, τί δὲ τέκνα τεκέσθαι,  
ἢ τέκοι εἰ μέλλει παιδὸς ἔρᾶν θάνατον;

**Переводъ.** Ксанезъ, сынъ Лагорина, прощай.— Я, плита, скрываю *подъ собою*, странникъ, Ксанеа, нѣкогда разумнаго *по отношенію* къ отцу, общую красоту молодежи въ отечествѣ, мудраго въ Музахъ, безупречнаго для всѣхъ согражданъ, почтеннаго *среди* юношей. звѣзду красоты, котораго убилъ завистливый Арей въ бою за отечество, оставившаго родителямъ плачь *съ видѣ* почётнаго дара за это. Если же Паутонъ имѣеть удовольствіа больше, чѣмъ родители, то зачѣмъ вы, женщины, страдаете въ родильныхъ мукахъ?

**483.** Fragmentum tabulae marmoris candidi a. 0,31 m., l. 0,25, cr. 0,09. Inest pars anaglyphi gladiatorum certamen repraesentantis: alter devictus iacet, alter iacenti pedem imponit. Sub anaglypho exstat tituli pars, a sinistra mutilati; litterae diligenter exaratae (a. 0,025 m.) bene etiamnunc leguntur. Exscripsi et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 218, unde repeto.

Lapis Odessae exstat in museo societatis. E Chersonesi rudericibus eum esse in indice musei inveni.

ΞΑΝΘΟΣ *vac.* | Ξάνθος.

Patris defuncti nomen nescio an secundo versu perierit.

**484.** Monumenti sepulcralis marmoris cinerei pars inferior, a sinistra mutilata, a. 0,50 m., l. 0,26, cr. 0,165. Titulus aetatis Romanae diligentissime exaratus optime etiam nunc conservatus est (litt. a. fere 0,02 m.). Exscripsi et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. IV n° 118. Nunc titulum ex ectyπο accuratius delineandum curavi ( $\frac{1}{6}$  v. m.).

Lapis a. 1894 Chersonesi in necropoli inventus ibidem servatur in museo.

ΑΛΩΣ ΕΤΗ ΙΘ ΑΥΡΗΛΙΟΣ ΔΕ  
Σ ΟΥΕΥΡΑΝΟΣ ΠΑΤΗΡ ΥΙΩ ΚΑΙ ΟΙ  
ΔΕΛΦΟΙ ΜΝΗΜΗΣ ΧΑΡΙΝ

[Ού]αλερ[ω . . . . . ζήσαντι  
κ]αλῶς ἔτη ιθ' Αὐρήλιος Δό[μν-  
ο]ς οὐετρανὸς πατήρ υἱῶ καὶ οἱ  
[ἀ]δελφοὶ μνήμης χάριν.

V. 2 quinta ab in. littera est T correcta e littera Y per errorem exarata. Aurelii nomen probat titulum Antoninorum aetate non esse antiquiorem.

**Переводъ.** Валерію [. . . . . прожившему] прекрасно 19 лѣтъ, Аврелій До[мн]ъ ветеранъ отецъ сыну и братья памяти ради.

**485.** Monumentum sepulcrale marmoreum a dextra oblique abscisum (ut infra sit latius quam supra), a. 0,69 m., l. 0,28—0,40, cr. 0,13. Supra ornatum est rosis tribus: rudi manu sculptis, sub quibus titulus est negligenter quidem et litteris imparibus (a. 0,01—0,03 m.) exaratus, sed bene etiamnunc conservatus. Ad imaginem photographicam edidi ИАК. f. 14, p. 108, n° 17 (inde sumpsit Watzinger GGS. p. 7 n° 50).

Lapis a. 1903 Chersonesi in arce inventus exstat ibidem in museo.

1	Τ Ω Δ Ε Τ Υ Μ Β Ω	Τῷδε τύμβῳ
	<div style="text-align: center;">ΛΙC</div> Κ Ε Ι Μ Α Ι Π Α Ρ Θ Ε Ν Ο Κ Υ · Ι · Ο Σ Π Ρ Ο Κ Λ Ι Ω Ν Ο C Π Ρ Ι C Δ Ε Κ Α Ε Τ Η Ν 5 Ε Κ Τ Ε Λ Ε C Α C Χ Ρ Ο Ν Ο Ν Χ Α Ι Ρ Ο Ι C Θ Α Ι Π Α Ρ Ο Δ Ε Ι Τ Α Ι Α Μ Α Τ Ε Κ Α Ι Ε Ρ Ρ Ω C Θ Ε	κείμει Παρθενοκ λ(ῆ)ς υἱός Προκλίωνος, [τ]ρις δεκαέτην ἐκτελέσας χρόνον. Χαίροισθ(ε), παροδεῖ- ται, ἅμα τε καὶ ἔρρωσθε.

V. 3 in. I littera a proximis divisa est punctis utrimque positis. V. 4 in. nullum vestigium litterae Τ in imagine photographica apparet.

Credas eum, qui titulum scripserit, conatum esse carmen componere, sed frustra (cf. n° 479). V. 1 sane scribendum erat τῷδ' ὑπὸ τύμβῳ; v. 6 notanda est forma rara χαίροισθε pro χαίροτε vel χαίρετε posita. Titulum tertio p. Chr. saeculo antiquiorem esse haud crediderim.

**Переводъ.** (Подъ) симъ памятникомъ лежy я, Парθενокъ сынъ Прокліона, трижды исполнившій (= прожившій) десятилѣтнее время. Радуйтесь, прохожіе, и вмѣстѣ съ тѣмъ здравствуйте.

486. Fragmentum tabulae marmoris candidi utrimque politae, ab omnibus partibus mutilatum, a. 0,23 m., l. max. 0,14, cr. 0,03, partes sex versuum tituli aetatis Romanae servans (litt. a. circa 0,022 m.). Edidi *ИВК*. f. 27, p. 18, n° 5, addita imagine ad ectypum chartaceum delineata (3/4 v. m.), quam hic repeto.

Lapis a. 1907 Chersonesi e muro extractus est, qui circa a. 1880 muro antiquo erat superstructus. Servatur ibidem in museo.



[Παρμ.]ενίων Χα[ρίτωνος?  
 ζήσ]ας ἔτη [. . . . .  
 Μαρ]κιανός Ἀλε[ξάνδρου?  
 τῷ] συγγεν(ε)ῖ τὸν [τύμβον?  
 ἀνέ]στησεν. Χ[αίρετε],  
 παροδι[ται].

Virorum nomina exempli tantum causa proposui. Quid Marcianus in honorem aut memoriam cognati sui posuerit, hoc est, quae vox (gen. masculini) v. 4 extr. sit restituenda, certo dici nequib. Vocem τύμβον nonnisi dubitanter propono; coniecero etiam βωμὸν fuisse, collato n° 542.

**487.** Tabella marmorea a. 0,075 m., l. 0,14, cr. 0,02, supra ad dextram fracta. Titulus bene conservatus est exceptis v. 1 extr. litteris duabus, quae lapide fracto sunt laesae (litt. a. 0,012 m.). Ad ectypum chartaceum edidi *HAZ.* f. 14, p. 108, n° 18 (commemorat Watzinger *GGS.* p. 3 n° 15*g*). Hic titulus ad ectypum accuratius delineatus repraesentatur ( $\frac{1}{4}$  v. m.).

Tabella a. 1904 Chersonesi in necropoli inventa prope monasterii ξενοδοχείον ibidem servatur in museo.



Πασί[ων]

Ἀπολλᾶ.

Titulum ad II a. Chr. saeculum rettulerim.

**488.** Monumentum sepulcrale lapidis arenarii infra fractum, a. 0,93 m., l. 0,33, cr. 0,125, ornatum rosis duabus. Titulus litteris 0,013 m. altis incisus optime conservatus est. Edidi *Mam.* № 23, p. 15, n° 13, addita tituli imagine, et IosPE<sup>1</sup>. v. IV n° 111 cum alia imagine, quam hic repeto ( $\frac{1}{4}$  v. m.). Commemorat Watzinger *GGS.* p. 6 n° 43.

Lapis a. 1896 Chersonesi in coemeterio inventus exstat in museo.

ΓΕΛΑΝΟΣ  
ΗΡΟΦΑΝΕΟΣ

Πέλανος

Ἡροφάνεος.

Titulum quarto a. Chr. saeculo non esse recentiore litteratura probat.

**489.** Tabula integra lapidis calcarii a. 0,85 m., l. 0,36, cr. 0,15, supra ornata aetomate tribus rosis instructo; sub aetomate anaglyphum est rudi manu sectum et temporis iniuria admodum laesum, repraesentans virum in alto toro cubantem, cui mensa est adposita vasis onusta, adstante puerulo. Infra est inscriptio pessime laesa lectuque difficillima. Exscripsi et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. II n° 194 inter titulos Bosporanos, cum putarem lapidem ex oppido Kertsch Odessam esse transvectum. Sed Jurgiewicz in indice musei soc. Odess. a. 1890 iterum edito (p. 79 n° 6) adfirmavit eum Chersonesi esse inventum (quod monui v. II add. p. 305). Ex Kieseritzkii schedis copiose descripsit Watzinger *GGS.* p. 132 n° 729. Nunc iterum ectypum inspexi.

Lapis exstat Odessae in museo societatis.

ΠΡΙΜΕΔΙΟΦΛΑΝ  
ΤΟΥ ΧΑΙΡΕ

Πρίμε Διοφ(ά)ν-  
του, χαίρε.

Pro nomine patris Διοκλείδου, quod dubitanter in priore editione supplevi, nunc video Διοφάντου legendum esse cum Kieseritzkio.

E litterarum forma patet titulum Romanae esse aetatis.

**490.** Angulus sinister imae partis monumenti sepulchralis marmorei, a. max. 0,32 m., l. max. 0,24, cr. 0,10. Monumentum ornatum erat anaglypho, e quo superest pars figurae viri stantis. Sub anaglypho exstat pars tituli aetatis Romanae optime conservati (litt. a. 0,02 m.). Ad ectypum chartaceum edidi *ΗΑΚ.* f. 18, p. 116, n° 25 (inde sumpsit *Watzinger GGS.* p. 92 n° 522a).

Lapis a. 1905 Chersonesi in necropoli inventus servatur ibidem in museo.

ΠΥΘΟΛ ΠΥΘΟΔ ΧΑΙΡΛ	Πυθόδ[ωρε] Πυθόδ[ώρου], χαῖρ[ε].
-------------------------	--

**491.** Monumentum sepulchrale lapidis calcarii infra fractum, a. ut nunc est 0,53 m., l. 0,37, cr. 0,10. Supra ornatum est fastigio humili sculpto, duobus acroteriis et rosa instructo. Sub fastigio in caverna quadrata sculpta est imago dimidiata viri barbati pallio amicti, dextra pectori imposita. Infra est titulus aetatis Romanae (litt. a. fere 0,02 m.). Exscripsi et edidi *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV, n° 114. Imaginem photographicam a Kosciuszko acceptam inserui *ΗΑΚ.* f. 2, p. 61, in zinco expressam, et hic repeto. Descripsit *Watzinger GGS.* p. 85 n° 482, imagine obscura data in tab. XXXIV.



Lapis a. 1900 in Chersonesi rudibus inventus ibidem servatur in museo.

Σεβηράς Λίλλων-  
 νος ὁ καὶ Λίλλις, ζή-  
 <ση>σας ἔτη τριάκοντα ζ'.

Quod in priore editione conieci alterum viro nomen fuisse Διαλῆς, nunc vix esse verum ipse video.

Переводъ. Севира сынъ Лиллона, онъ же Лиллисъ, жившій 37 лѣтъ.

**492.** Tabula integra lapidis arenarii a. 0,78 m., l. 0,30, cr. 0,25, cui immissa est tabella marmorea a. 0,075 m., l. 0,14, in qua titulus exaratus est bene adhuc conservatus (litt. a. circa 0,013 m.). Edidi IosPE<sup>1</sup>. v. IV n° 113, addita imagine ad ectypum chartaceum facta, pro qua hic aliam praebeo (circa  $\frac{1}{3}$  v. m.). Descripsit etiam Watzinger *GGG.* p. 3 n° 15.

Lapis a. 1894 Chersonesi in sepulcro quodam inventus (v. *Omu. II. Apr. Komm. za 1894 z.*, p. 70) exstat ibidem in museo.




Σίμαιος  
Δαματρίου.

Titulus ultimo a. Chr. saeculo non videtur esse antiquior (ad s. II a. Chr. refert Watzinger). De monumento v. quae diximus ad n° 466.

**493.** Tabula quadrata integra lapidis calcarii Inkermanici, temporis iniuria laesa, a. 0,43 m., l. 0,57, cr. 0,24. In parte antica est caverna quadrata, a. 0,28 m., l. 0,49, cuius pars dimidia, spectanti sinistra, supra in formam trianguli excavata est. Hic adglutinata erat tabella marmorea crassa 0,02 m., quadro levi circumdata l. 0,015 m., supra aetomatis speciem praebens. Haec tabella, prope inventa in decem frusta diffracta, pristino loco accommodata est, ferumine pro frustis deficientibus illito. In dextra parte cavernae similis tabella non est inventa, sed ferumen illitum probat ibi quoque huiusmodi tabellam olim fuisse. Tabella marmorea, quam modo descripsimus, ornata est anaglypho rudi manu secto, quod repraesentat protomen viri modice barbati, facie ad spectantem conversa. Dextra gena lapide fracto laesa est. Sub anaglypho diligenter incisus est titulus optime conservatus (litt. a. 0,02—0,023 m.). Ad imaginem photographica et ectypum chartaceum edidi

*HAK.* f. 27, p. 19, n° 6, addita imagine in zinco expressa ( $\frac{1}{6}$  v. m.), quae hic repetitur.

Lapis a. 1907 Chersonesi ad moenia prope sacellum inventus ibidem exstat in museo.



Σκύδας Θεαγέν-  
νου, ζήσας ἔτη λε'.



Graecos in coloniis orae septentrionalis Ponti Euxini habitantes τοῖς ἐθνικοῖς pro nominibus propriis libenter esse usos multi tituli probant<sup>1)</sup>. Nomine Σκύδας Chersonesitas usos esse videmus etiam in titulo n° 403. Hunc Scytham Theagenis f. secundo p. Chr. saeculo fuisse indicat litteratura. In dextra monumenti parte imaginem uxoris eius olim fuisse consentaneum est.

**494.** Pars sinistra tabellae marmoreae, monumento sepulcrali olim immissae, a. 0,09 m., l. 0,08, cr. 0,022. Supersunt sex litterae duorum tituli versuum, altae 0,015 m. Edidi *IAK.* f. 2, p. 64, n° 4, cum imagine ( $\frac{1}{3}$  v. m.), quae hic repetitur.

Tabella a. 1900 Chersonesi inventa ibidem exstat in museo.



[Σ]ώπο[λις]

Ἰμν[ου].

Nomina ipsius mortui eiusque patris cum summa veri specie restituuntur ad fidem tituli integri ansae amphorae inscripti, Chersonesi a. 1900 repertae, qui ita legitur: Ἀστυνομοῦντος Σωπόλιος τοῦ Ἰμνου (cf. *IAK.* f. 2, p. 24). Cum uterque titulus propter litteraturae indicia ad eandem aetatem possit referri, perquam fit probabile tabellam ad monumentum sepulcrale eiusdem astynomi pertinuisse, cuius nomen in ansa legitur. Fuisse illum saeculo IV a. Chr. exeunte aut s. III ineunte dixerim.

**495.** Tabella marmorea integra a. 0,065 m., l. 0,13, cr. 0,035, quadro levi circumducta, lato 0,006 m. Titulus litteris circa 0,01 m. altis scriptus optime legitur. Edidi *IAK.* f. 2, p. 65, n° 5, cum imagine ( $\frac{1}{3}$  v. m.), quae hic repetitur. (Commemorat Watzinger *GGG.* p. 3 n° 15f).

Lapis a. 1900 Chersonesi inventus ibidem servatur in museo.



Τελαμῶν

Ἐπιφάνειος.

Titulum propter litteraturam ad tertium a. Chr. saeculum rettulerim.

1) Cf. quae de hac re scripsimus *ЖМНН.* mense Martio a. 1896, cl. phil. pp. 115—127 et *Man. no ara. Poccii* n° 23, pp. 64—75.

**496.** Fragmentum marmoris cinerei a. 0,17 m., l. 0,10, cr. 0,06. A partibus summa et sinistra de industria abscisum est recentiore aetate, a reliquis fractum. Litterae grandes alteque incisae facile leguntur. Exscripsi et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 229. Nunc cum imagine photographica contuli.

Lapis a. 1882 inventus exstat Chersonesi in monasterio.

1	ΦΛΑΒΙΟΥ'	.... Φλαβίου ....
	ΤΑΝΤΙΝ	Κωνσ]ταντίν[ου. ...
	ΑΥΤΩ	.... αύτω.....
	ΜΗΜΟΡΙΝ	...μ]ημόρι(ο)ν? ...
5	ΗΘΑ	.....

Nomina admonent Imperatoris Constantini Magni; sed vox μημόριον probat titulum esse sepulcralem.

**497.** Fragmentum infimae partis monumenti sepulcralis marmorei a. 0,16 m., l. 0,18, cr. 0,04. Pars superior ab inferiore sulco divisa erat, supra quem anaglyphum fuisse est consentaneum. Tituli litterae superstites (a. 0,02—0,025 m.) optime leguntur. Edidi *HAK.* f. 3, p. 25, n° 6, cum imagine ad ectypum chartaceum delineata, pro qua minorem hic praebeo (circa  $\frac{1}{4}$  v. m.).

Lapis a. 1901 Chersonesi inventus in cumulo lapidum ex aedificiis aetatis Byzantinae coacervatorum exstat ibidem in museo.



...ης Ἀρίσ[τω-  
νο]ς, ζήσας  
[ἔτ]η με'.

Titulus secundo p. Chr. saeculo non est antiquior.



[Νίκαν]δρος  
[Διον]υσίου  
[τοῦ Ἀντι]όχου.

**498.** Tabula marmorea a sinistra fracta, a. 0,195 m., l. 0,12, cr. 0,075, litteris pulchris inscripta 0,015 m. altis. Titulum a. 1892 Chersonesi in museo exscriptum edidi *Mam.* № 17, p. 12, n° 8, et IosPE<sup>1</sup>. v. IV n° 116. Nunc titulus ad ectypum delineatus est ( $\frac{1}{4}$  v. m.).

Titulus videtur esse sepulcralis tertii fere a. Chr. saeculi. Versuum primi et tertii supplementa exempli tantum causa proposui.

**499.** Fragmentum tabellae marmoreae a. 0,05 m., l. 0,05, cr. 0,03, Chersonesi in coemeterio antiquo a. 1893 inventum. Ectypo chartaceo usus edidi *Mam.* № 17, p. 16, n° 14, et *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 117, unde repeto.

$\Delta$	$\backslash$	.....
$\Delta$ P O $\Sigma$		[... $\alpha\nu\delta$ ] $\rho\sigma\zeta$
P I $\Delta$ A		..... $\rho\iota\delta\alpha$ .

Propter litteraturae indicia titulum ad III sive II a. Chr. saeculum rettulerim.

**500.** Fragmentum tabulae marmoreae ab omnibus partibus praeter dextram mutilatum, a. ut nunc est 0,12 m. totidemque latum, cr. 0,07. Ad sinistram superest pars anaglyphi, quod parvum admodum fuisse patet; apparent crura hominis genibus tenus nudi, supra vero tunica vestiti. Sub anaglypho exstant litterae quattuor primi versus tituli satis magnae (a. 0,03 m.), sed temporis iniuria laesae. Edidi *HAK.* f. 33, p. 43, n° 4, addita imagine ad ectypum chartaceum delineata ( $\frac{1}{4}$  v. m.), quam hic repeto.



Lapis a. 1908 Chersonesi in coemeterio antiquo inventus ibidem exstat in museo.


Videmus extremam partem nominis virilis (...  $\alpha\delta\eta\varsigma$ ); patris nomen v. 2 scriptum periit. Titulus est aetatis Romanae.

**501.** Fragmentum monumenti sepulcralis marmorei, a. max. 0,17 m., l. max. 0,13, cr. 0,05, partes trium versuum tituli servans (litt. a. 0,013—0,015 m.). Edidi *HAK.* f. 27, p. 20, n° 7, cum imagine ad ectypum chartaceum delineata ( $\frac{1}{3}$  v. m.), quae hic repetitur.

Lapis a. 1907 extractus est e muro, qui circa annum 1880 Chersonesi muro antiquo erat superstructus. Servatur ibidem in museo.

(*Textum vide p. 438*).

Quid v. 1 fuerit scriptum, divinare nequeo. Titulus secundo p. Chr. saeculo non est antiquior.



.....ιν γένους ἐκδ. . .  
 .....ον Οὐα(λ)ερϊαν[οῦ  
 μνήμης γ]άριν.

**502.** Pars monumenti sepulcralis lapidis calcarii, supra fracti, a. ut nunc est 0,35 m., l. 0,28, cr. 0,14. Supersunt duo ultimi versus tituli neglegenter exarati litteris 0,02—0,025 m. altis et perquam laesi. Edidi *HAK.* f. 33, p. 44, n° 5, cum imagine ad ectypum chartaceum delineata ( $\frac{1}{4}$  v. m.), quae hic repetitur.

Fragmentum a. 1908 ineunte Chersonesi in lapidum cumulo inventum ibidem servatur in museo.



[Ὁ δεῖνα]  
 Ἐρμίου,  
 γάρτε.

Titulum ad aetatem Romanam satis recentem refero. Quomodo duo ductus v. 1 in. explicandi sint, non video.

**503.** Angulus sinister tabulae marmoreae a. ut nunc est 0,14 m., l. 0,18, cr. 0,06 m. Inerat anaglyphum quadro circumductum, repraesentans equitem equo dextrorsum admisso



tunica et chlamyde volitanti vestitum, dextra sublata. Anaglyphi pars superstes perquam laesa est. Edidi *HAK.* f. 3, p. 26, n° 7, cum imaginibus lapidis et tituli ( $\frac{1}{2}$  v. m.), quas hic repeto (cf. Watzinger, *GG.S.* p. 102, n° 579).

Lapis a. 1901 Chersonesi in cumulo lapidum collectorum e parietibus aetatis Byzantinae inventus exstat ibidem in museo.

Summo quadro ad laevam inscriptus est annorum defuncti numerus:


ΕΤΩΝ Μ

Nomina defuncti et patris anaglypho videntur fuisse subscripta. Titulus est aetatis Romanae.

c) Tituli singularum mulierum.

**504.** Tabella marmorea optime conservata, l. 0,165 m., a. 0,07. Titulus litteris 0,01 m. altis diligenter exaratus optime etiam nunc legitur. Edidi *Mam.* № 23 p. 16, n° 16, et *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 130 (inde commemorat Watzinger *GGs.* p. 3 n° 15*d*), addita tituli imagine, quae hic repetitur ( $\frac{1}{3}$  v. m.).

Tabella inventa a. 1896 ibidem, ubi n° 464, exstat Chersonesi in museo.



Ἀκίς Γέροντος,  
᾽Ονασικλέος  
γυνά.

Titulum propter litteraturae indicia ad IV aut III a Chr. saeculum rettulerim.

**505.** Monumentum sepulcrale lapidis arenarii infra fractum, a. ut nunc est 0,45 m., l. 0,32, cr. 0,14. Supra angulus sinister item fractus est, ad dextram superest aetomatis pars epistylis et acroterio instructi; infra est titulus satis diligenter exaratus (litt. a. 0,015 m.), duabus rosis subiectis. Exscripsi et edidi *Mam.* № 17, p. 11, n° 7 et *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 131 (inde sumpsit Watzinger *GGs.* p. 135, Anh. n° 1). Nunc iterum ectypum inspexi.

Lapis vere a. 1892 Chersonesi in aggere coemeterii antiqui inventus (cf. *Όμι. Η. Αρρ. Κομμ. 3α 1892 ι.*, p. 25) exstat ibidem in museo.

ΑΛΩΝΙΑ [X]ΣΙΧΟΥ  
ΕΟΡΟΛΙΟΣ ΓΥΝΑ

[Ἀπο]λλωνία [Σω]σίχου,  
[Ν]εοπόλιος γυνά.

Titulus quarto aut certe tertio a Chr. saeculo non est recentior. V 1 antea oculorum lapsu legi [X]PXΟΥ et supplevi [Νεά]ρχου, sed nunc ectypo diligenter inspecto video ita legendum esse, ut dedi.

**506.** Fragmentum summae partis tabulae sepulcralis marmoreae, a. max. 0,12 m., l. max. 0,16, cr. 0,07 m. Sub epistylis, quo tabula erat ornata, ad sinistram supersunt 6 litterae tituli diligenter incisi (a. 0,01 m.), in media parte caput humanum pessime laesum

et umerorum partes. Ad ectypum chartaceum edidi *IAK.* f. 14, p. 109, n° 19 (inde repetiit Watzinger *GGS.* p. 51 n° 293).

Lapis a. 1903 Chersonesi in coemeterio antiquo inventus exstat ibidem in museo.

PMONIA

[Ἄ]ρμονία [τοῦ δεῖνος].

Titulum ad III a. Chr. saeculum rettulerim. Ad dextram videtur nomen patris Harmoniae periisse.

**507.** Tabella marmorea quadrata, a. 0,09 m., l. 0,10, cr. 0,045. Titulus imparibus litteris scriptus (quarum altitudo variat inter 0,01 et 0,017 m.) bene etiam nunc legitur. Ex ectypo chartaceo exscriptum titulum edidi IosPE<sup>1</sup>. v. IV n° 132 (commemorat Watzinger *GGS.* p. 3, n° 15e). Nunc titulus ex ectypo delineatus est (1/4 v. m.).

Tabella in Chersonesi ruderibus a. 1899 inventa ibidem servatur in museo.



Ἀρχεσῶ  
Λυσάνδρου,  
[Ε]ὐθύνου  
γυνά.

Titulus tertio a. Chr. saeculo non est recentior. Mariti nomen utrum Εὐθύνους fuisset an Εὐθύνος, non liquere monui IosPE<sup>1</sup>. IV, add. p. 294.


**508.** Pars dextra sarcophagi marmorei optime elaborati, superficie aspera, marginibus in latitudinem 0,01 m. politis, a. ut nunc est 0,24 m., l. in parte antica 0,16, in dextro latere 0,13. Tituli diligenter scripti pars superstes optime legitur (litt. a. 0,015 m.), Edidi *IAK.* f. 10 p. 22 sq., n° 16 (inde litteris minusculis repetiit Cagnat *IrR.* v. I n° 868), cum imagine photographica in zinco expressa, quam hic repeto (circa 1/3 v. m.).

Lapis a. 1901 Chersonesi in coemeterio antiquo inventus (cf. *IAK.* f. 4 p. 114) ibidem exstat in museo.

(*Imaginem vide p. 441.*)

Quomodo titulus supplendus esset, in priore editione uberius explicui. V. 1 in. litteras *D. M.* (scilicet dis Manibus) addidit Cagnat. Annorum numerum in textu latino suppleri posse XV, [X]XV, [XX]XV, [L]XV, [LX]XV monui in editione priore et exempli causa posui [L]XV, sed nunc video Cagnatum cautius egisse, cum non suppleverit numerum. Mulieris nomen *Aureliae* a me suppletum (quod retinuit Cagnat) probat titulum ultimis decenniis secundi p. Chr. saeculi non esse antiquiorem.

**Переводъ греческаго текста.** [Аврелію Тиху], прожившую [. . .] лѣтъ, поставили] наслед-  
[ники и вольноотпущен]ники ея на, [память].



[*J. M. Aurelia*]e *Tyche*.  
 [Vixit annis.]XV. *Fecerunt*(1)  
 [heredes et libe]r(i) eius.

[Αὐρηλίαν Τύχη]ν ζήσασαν  
 [ἔτη.. κατέστησα]ν οἱ κληρο-  
 [νόμοι καὶ οἱ ἀπελεύθ]εροι αὐτῆς  
 [μνήμης χάρι]ν.

**509.** Fragmentum tabellae marmoreae a. 0,09 m., l. infra 0,08 m. Supersunt initia quattuor versuum tituli sepulchralis (litt. a. 0,01—0,015 m.). Ad ectypum chartaceum edidi

*Mant.* № 23, p. 16, n° 17 et *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 133, addita imagine, quam hic repetendam curo (<sup>1</sup>/<sub>8</sub> v. m.).




Α...  
 Πα...  
 Δίω[νος]  
 γυν[ά].

Fragmentum a. 1896 Chersonesi in coemeterio inventum prope sinum qui *Καραντιμνηνα* *бухта* dicitur, exstat in museo.

Titulum ad tertium a. Chr. saeculum rettulerim.

**510.** Tabella marmorea integra, a. 0,10 m., l. 0,15 m. Titulus diligenter scriptus optime conservatus est. Ubi aut quando inventa sit, non constat. Servatur Odessae in museo societatis. Ad ectypum chartaceum a Warneckio humanissime missum accurate delineandam curavi (<sup>1</sup>/<sub>4</sub> v. m.).




Δαματρία  
 Θεοφάνειος,  
 Ἡρακλείου  
 γυνά.

Litteratura est tertii a. Chr. saeculi.

**511.** Tabella marmorea integra, a. 0,065 m., l. 0,10, cr. 0,02—0,04, cui inscriptus est titulus bene conservatus (litt. a. 0,005—0,008 m.). Edidi *ИАК.* f. 27, p. 21, n° 9, cum imagine ad ectypum chartaceum delineata ( $\frac{1}{2}$  v. m.), quam hic repeto.


Tabella a. 1907 Chersonesi inventa in sepulcro p[ro]pe sinum, qui dicitur *Карантинная бухта*, ibidem servatur in museo.



Δαματρία  
Τίμωνος,  
Ἀντιπέτρου  
γυνά.

Titulum ad tertium a. Chr. saeculum rettulerim.

**512.** Tabula sepulchralis lapidis arenarii ornamentis carens, a. 0,83 m., l. 0,29, cr. 0,15 m., inventa a. 1895 in coemeterio inter lapides ad sepulcrum exstruendum adhibitos. Tituli bene conservati (litt. a. circa 0,02 m.) imago inserta est *Отч. И. А. Комм. за 1895 г.* p. 110, n° 267. Eandem imaginem dedi in *Мам.* № 23, p. 16, n° 18, minorem ( $\frac{1}{4}$  v. m.) in *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 134, quam hic repeto. (Commemorat Watzinger *GGS.* p. 2, n° 4e).



[Εὐ]θήνα Θεοτέλειος,  
Γώσωνος γυνά.


Litteratura probat titulum quarto a. Chr. saeculo non esse recentiore. Nomina Εὐθήνα et Γώσων desunt in lexico Papii et Benseleri.

**513.** M. Octobri a. 1891, cum necropolis Chersonesi exploraretur, hypogeum inventum est, in quo quinque mortuorum corpora erant totidemque urnae fictiles ossibus combustis impletae et aliae res. E regione introitus inventa est arca lapidis arenarii a. 0,18 m., l. 0,20, long. 0,29, parieti immissa, operculo instructa ex eodem lapide secto, item ossibus combustis impleta. Operculo et lateri titulus incisus est litteris grandioribus scriptus, sed propter loci humorem perquam laesus. Lateris superficies lineolis in tres partes divisa est, quarum sinistra nihil nisi ΧΑΙΡΕ vocem continet, reliquae duae titulum. Ad ectypum chartaceum edidi *Мам.* № 9, p. 30, n° 11<sup>1)</sup> et *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 135, unde repeto.

1) In hoc libello arcam ita descripsi Kosciuszki relatione usus: «Против входа въ катакомбу, нѣсколько лѣвѣе, было прорублено въ скалѣ четырехугольное

углубление, въ которое была поставлена гробница изъ песчаника, слѣдующей формы и размѣровъ (см. рис.).





Ex eis, quae operculo inscripta sunt, nihil dispicitur nisi... μνήμα Μητρο[δώρου?]. Infra legitur: Χαίρε. | Ἡμέρα γυνή | Μητροδ(ώ)ρου εἰς ἔτη ε' | ἡμισυ, θυγάτηρ Ἀπελλᾶ || τοῦ Ἀπελλᾶ τοῦ κ'ἑ Προμα[θίωνος?].

Titulus est Romanae aetatis recentioris. Ἡμέρα nomen proprium notum est, sed Chersonesi primum obvenit, Ἀπελλᾶ vero nomen vidimus supra n° 455. Item nota est ἡμισυ scriptura pro ἡμισυ, quae assimilatione vocalium explicatur<sup>1)</sup>. Quod in titulo legitur «εἰς ἔτη ε' ἡμισυ», significare videtur Hemerae ossa 5½ annos in arca fuisse conservanda, exacto vero hoc tempore licuisse eximi, ut arca alius mortui ossibus fieret vacua.


**514.** Pars sinistra tabellae marmoris candidi, a. 0,07 m. totidemque lata, cr. 0,04 m. Ad ectypum chartaceum edidi *ИЛК.* f. 23, p. 35, n° 13. Hic titulus ex eodem ectypo delineatus est (⅓ v. m.).

Lapis a. 1906 Chersonesi in occidentali parietinarum parte inventus ibidem servatur in museo.



Ἡρ[αίς]  
Ἀπο[λλωνίου],  
Ἀρίσ[τωνος γυνά].

Nomina exempli tantum causa supplervi: Titulum propter litteraturam ad III a. Chr. saeculum rettulerim.




Обращенная ко входу сторона гробика и ребро крышки покрыты греческой, сильно поврежденной отъ

сырости, надписью. По бокамъ и снизу онъ укрѣпленъ, въ неправильно изсѣченномъ углубленіи, каменными клиньями. На крышкѣ стояли 3 глиняныя лампочки, двѣ по угламъ и одна посрединѣ; на послѣдней находится рельефное изображеніе пегаса.

По снятіи крышки, гробикъ оказался наполненнымъ до краевъ жжеными костями. Сверху лежали 2 стеклянныхъ длинногорлыхъ флакончика, а между костями: золотая брошка, 2 подвѣски изъ горнаго хрустала, 9 золотыхъ бляшекъ, кусочки тонкаго листоваго золота, сломанная костяная ручка и 5 бусъ изъ массы». Cf. *Отчетъ Имп. Арх. Комм. за 1891 г.*, p. 142.

1) Cf. Meisterhans, *Gramm. d. att. Inschr.* 2 p. 22.





Sensus v. 3 et alterius partis v. 4 requirit hic subiectum et praedicatum enuntiati primarii et obiectum participii ἀναψαμένη, quod, si terminationem -ον spectamus, facillime restituitur [πυρσ]όν; part. ἀναψαμένη, quod ad subiectum deperditum refertur, indicat hoc subiectum fuisse generis feminini, sed simul probat subiectum non fuisse pronomen (scriptum aut subaudiendum) ἐγώ, quoniam [Isig]ona mortua non potuit manibus suis rogam funebrem accendere. Restat igitur, ut putemus subiectum fuisse μήτηρ; quo posito ad praedicatum et obiectum inserenda non supersunt nisi syllabae duae aut tres, secundum versus pedem efficientes; huic syllabarum numero et sensui ipsi optime convenit verbum θάψε. Mater sola dicitur filiam mortuam combussisse ideo sine dubio, quod pater iam antea erat mortuus.

**Переводъ.** Родители положили мнѣ зваться именемъ [Исиг]оны. Я оставалась дѣвою дважды девять лѣтъ, а когда шелъ девятнадцатый годъ, [мать похоронила меня], собственными дланями возжегши костеръ.

**517.** Fragmentum tabulae marmoreae a dextra mutilatum, a. 0,12 m. totidemque latum, cr. 0,06 m. Tituli pars superstes optime legitur (litt. a. 0,015 m.). Edidi *IAK.* f. 27, p. 22, n° 10, cum imagine ad ectypum chartaceum delineata ( $\frac{1}{8}$  v. m.), quae hic repetitur.

Lapis a. 1907 exeunte Chersonesi prope sacelli rudera ad monasterii murum repertus ibidem servatur in museo.

ΚΥΡΙΧΑΜΥ  
ΓΥΝΑΔΕΜΕ  
Χ

Κυρίχα Μυ . . . . .,  
γυνὰ δὲ Με . . . . .,  
χ[αῖρε].

Titulum ad aetatem Romanam antiquiorem refero. Κυρίχα nomen ignotum.

**518.** Duo fragmenta tabulae marmoreae crassae 0,038 m.; fr. *a* a. 0,05 m., l. 0,06, servat initia duorum tituli versuum et anaglyphi particulam; in fr. *b*, alto 0,12 m., l. 0,18, supersunt eorundem versuum fines et pars figurae mulieris sellae insidentis, rudi arte sculptae, capite et pectore fractis. Tituli litterae 0,015 m. fere altae bene adhuc conservatae sunt. Edidi *Mam.* № 23, p. 13, n° 10 et IosPE<sup>1</sup>. IV, add. n° 467. Ad imaginem photographica descripsit Watzinger *GGs.* p. 40, n° 230.

Fragmenta a. 1898 in Chersonesi rudibus («съ городской стороны главной оборонительной стѣны, близъ большой фланговой башни») inventa ibidem servantur in museo.

<i>a</i>	<i>b</i>
_____	_____
HΛPIC	anaglyphum H C Y N B I O C M O Y
M Λ T	M O C

Litterae HΛPIC non sunt dubiae; sed cum in Graeco sermone nulla vox ab illis incipere possit, statuendum est errasse quadratarium. Pro eis supplementis, quae in proecdosi dederam, Th. Zieliński coniecit haec:

H (α)ρίσ[τη και πιστοτάτ]η σύνβιός μου  
M[α]τ[ροδώρα? . . . . . λίδ]ος?

Watzinger legit: ἡ (α)ρίσ[τη . . . νη σύνβιός μου | M(α)τ . . . . . ηθος.

Titulus aetatis Romanae recentioris est (ad II—III s. p. Chr. rettulit Watzinger).

**519.** Monumentum sepulcrum integrum marmoris candidi, infra desinens in spinam basi infigendam, a. 0,88 m., l. supra 0,37, infra 0,48, cr. 0,09. In superiore lapidis parte sub epistyllo inter pilas sculpta est mulier 0,30 m. alta, stans facie ad spectantem conversa, dextra manu umero admota, sinistra dextrum cubitum sustinens, a dextra adstante puella (0,175 m. alta); inter figuras videtur ara semicircularis esse sculpta. Capita mulieris et puellae fracta sunt (consulto, ut putat Kosciuszko), reliqua omnia optime conservata. Sub anaglypho titulus est, cuius primi duo versus litteris grandioribus exarati sunt, quam reliqui (litt. a. v. 1 circa 0,022 m., v. 2 circa 0,02, reliquorum 0,01—0,015). Litterae aliquot locis detritae sunt, sed in universum satis bene etiam nunc in ectypo et in imagine photographica distinguuntur. Edidi *Mam.* № 9, p. 27 sq., n° 10. De aliquot tituli locis disputavit V. Jernstedt *ЖМНПр.* m. Septembri a. 1892, cl. philol. p. 147, cui respondi *ibid.* m. Novembri, p. 62. Iterum edidi IosPE<sup>1</sup>. v. IV n° 136. Lapidis imaginem dedit Watzinger *GGs.* tab. XXIII n° 319, Dragendorffii descriptione proposita p. 55. Repeto exemplum editum.

Lapis inventus in templo Christianorum a. 1890 effosso in insula, quae est in sinu, qui Casacorum (Казачья бухта) dicitur<sup>1)</sup>, servatur Chersonesi in museo.

1 Ο Ι Ν Α Ν Θ Η Γ Λ Α Υ Κ Ι Ο Υ  
 Α Β Α Λ Ε Τ Ο Ι Μ Ο Υ Σ Α Χ Α Ρ Ε Ι Σ Τ Α Κ Α Μ Μ Ο Ρ Ε Ν Υ Μ Φ Η  
 Ο Ι Ν Α Ν Θ Η Π Α Λ Ω Ν Ε Π Ι Γ Ο Υ Ν Α Σ Ι Σ Ε Ι Ο Τ Σ Θ Ε Ν Τ Ω Ν  
 Φ Ω Ν Η Σ Α Ι Λ Ο Χ Ι Η Σ Τ Ε Κ Α Λ Ο Ν Ν Ο Μ Ο Ν Ε Ι Λ Ε Ι Θ Υ Η Σ  
 5 Μ Η Τ Ρ Ι Τ Ε Η Κ Α Ι Π Α Τ Ρ Ι Κ Ε Κ Α Ρ Μ Ε Ν Α Δ Ω Ρ Α Π Ο Λ Ε Π Η  
 Ν Υ Ν Ν Ε Σ Υ Μ Ε Ν Κ Ρ Υ Ε Ρ Α Ι Ε Ι Ν Ε Π Ι Ψ Α Μ Α Θ Ο Ι Σ Ι Ν Μ Υ Ε Ι Σ  
 Κ Ω Κ Π Ο Υ Κ Ε Λ Α Δ Ο Ν Τ Ο Π Α Ν Α Δ Ρ Ο Σ Ο Ν Ο Υ Δ Ε Σ Ε Γ Ε Ι Ρ Ε Ι  
 Α Ε Ν Α Ε Σ Κ Ε Λ Α Δ Η Μ Α Υ Ι Λ Η Σ Ο Ι Ψ Ο Σ Ω Τ Ε Σ Ε Μ Η Τ Η Ρ  
 Ο Ρ Ν Ι Σ Ο Κ Ω Σ Γ Ε Γ Ο Μ Κ Ε Ι Υ Δ Ε Λ Ι Θ Ο Σ Ο Υ Δ Ε Ν Α Κ Ο Υ Ε Ι Σ  
 10 Α Λ Α Μ Μ Ε Λ Α Ν Δ Ε Ι Ν Η Σ Ε Π Ε Ρ Ι Ρ Ο Ε Σ Σ Ω Κ Ε Α Ν Ο Ι Ο  
 Ε Ι Λ Ε Υ Ν Τ Α Ι Ψ Υ Χ Α Ι Δ Ε Κ Α Τ Α Κ Θ Ο Ν Ι Ω Ν Α Μ Β Α Ν Τ Ω Ν  
 Ζ Μ Ε Ρ Δ Α Λ Σ Ο Ν Β Ρ Ο Μ Ε Ο Υ Σ Ι Σ Υ Δ Ε Θ Ρ Ο Ο Σ Ο Υ Χ Τ Τ Ο Κ Η Ω Ν  
 Σ Υ Π Ο Σ Ι Ο Σ Ν Ε Ν Ο Η Κ Α Σ Ε Π Ε Ι Π Ι Ε Σ Α Σ Τ Υ Γ Λ Λ Η Θ Η Σ  
 Τ Ι Σ Μ Α Κ Α Ρ Ω Ν Ν Ο Μ Ο Σ Ο Υ Τ Ο Σ Ι Μ Α Ν Σ Ρ Ε Χ Η Δ Υ Κ Ω Ρ Χ Ι Ι  
 15 Ο Υ Χ Ι Κ Α Κ Α Ι Θ Ν Η Σ Κ Ο Υ Σ Ι Π Ρ Ο Μ Ο Ι Ρ Ι Ε Σ Θ Υ Χ Ι Τ Ο Κ Η Ω Ν  
 Ο Υ Τ Ι Δ Α Ν Ω Ν Α Λ Λ Ε Ι Τ Ι Α Ρ Ι Π Ρ Ε Π Ε Σ Ε Ι Δ Σ Ε Χ Ο Υ Σ Α  
 Η Γ Ε Ν Ο Σ Η Ρ Α Τ Ο Δ Ε Σ Ο Λ Ο Ν Ε Τ Η Τ Υ Μ Ο Ν Α Ν Δ Ρ Α Σ Ι Π Τ Υ Θ Ω  
 Χ Ρ Υ Σ Ε Ο Ν Ο Τ Τ Ι Γ Ε Ν Ε Θ Λ Ο Ν Ε Σ Α Ι Δ Α Π Ρ Ω Τ Ο Ν Ο Δ Ε Υ Σ Ι Ξ

Titulus a lapicida imperito tam neglegenter incisus est, ut etiamsi satis bene conservatus sit, ad restituendum valde sit difficilis. Restituendi laborem multum nobis sublevavit Th. Korsch communicatis eis, quae in consessu societatis historicae et archaeologicae Odessitanae d. 8 m. Februarii a. 1891 exposuerat<sup>2)</sup>. Korschii coniecturis aliquot in textum receptis titulum ita restituimus:

1. Οινάνθη Γλαυκίου.  
 Ἄβαλέ τει Μοῦσα[ι σά] χαρείσια, κάμμορε νόμφη  
 Οινάνθη, πα(ιδ)ων ἐπὶ γούνασι σεῖο τεθέντων,  
 φωνῆσαι λοχίης τε καλὸν νόμον Εἰλειθυ(ι)ης,  
 β. μητρὶ τεῆ καὶ πατρὶ κε[χ]αρμένα δῶρα πέ[σ]ει τ[ε].  
 νῦν [δ]ὲ σὺ μὲν κρυεραῖ[σ]ιν ἐπὶ ψαμάθοισιν [ια]ύεις  
 Κωκυτοῦ κελάζοντο[ς] ἀνά δρόσον, οὐδέ σ' ἐγείρει  
 ἀεναῆς κελάδημα [φ]ίλης ὀ[π]ός, ὥτε σε μήτηρ

1) De his explorationibus v. quae scripsit Kosciuszko-Walużynicz in *Нв. Таєрмн. Уч. Дрх. Комм.* № 13 (a. 1891), p. 55 sq.; cf. *Отч. Н. А. Комм. за 1898 г.*, p. 36.

2) Cf. huius consessus rationem redditam, seorsum typis impressam.

- ἔρνης ὄκως γεγό[η]κε, [σ]ὺ δὲ λίθος οὐδὲν ἀκούεις,  
 10. ἀλ(λ)ὰ μελανδεῖν[αί σ]ε περι ῥόος Ὁκεανοῦ  
 εἰλεῦνται, ψυχαὶ δὲ κατα[χ]θονίων ἀ[λι]βάντων  
 ζμερδαλέον βρομέουσι, σὺ δὲ θρό[ν] οὐχὶ τοκήων,  
 οὐ πόσιος νενόηκας, ἐπεὶ πίες, ἄ, στύγα Λήθης.  
 τίς μακάρων νόμος οὗτος [ἀν]ά[μ]ερ[ο]ς; ἡ ἐ νυ κῶρ[αι]  
 15. οὐχὶ κακαὶ θνήσκουσι προμοίρ[ω]ς; οὐχὶ τοκήων  
 οὐτιδανῶν, [ἀ]λλ' εἴ τι[ς] ἀριπρεπὲς εἶδο[ς] ἔχουσα  
 ἦ γένος; ἦ ῥα τόδ' ἐσθλὸν ἐτήτυμον ἀνδράσι Πυθῶ,  
 χρῦσεον ὅτι γένεθλον ἐς Ἄϊδα πρῶτον ὀδεύ[ε]ιν;

Vv. 1—4 Korschius restituit, sensum ita fere explicans: gratius esset, si Musae χαρίσια tua et partum cantassent, quam mortem; sed quid esset τὰ χαρίσια, nescire se professus est. V. 6 extr. [ια]ύεις Jernstedtius l. l. proposuit pro eo quod Korschius dederat [ἀ]ύεις. Ad vv. 8—9 Korschius conferrī iubet Kaibelii Epigr. 241,7: Μήτηρ δ' ἡ δύστηνος ὀδύρεται οἰά τις ἀκατῆς Ἀλκυονίδος γοερούς δάκρυσι μυρομένα. Vv. 10—11 pro eis, quae idem commendavit ἀλ(λ)ὰ μελανδεῖνης [σ]ε περι ῥόος Ὁκεανοῦ εἰλε[ῖ]ται, nostram coniecturam retinere maluimus, ad ductus in lapide conservatos propius accedentem; εἰλεῦνται forma pluralis in ectypo et in imagine photographica optime dispicitur; offendit sane, quod in voce ΜΕΛΑΝΔΕΙΝΗ ultima littera pro αι accipienda est, sed in titulo aetatis recentioris hoc ferri potest. Nominis ῥόος formae tertiae quae dicitur declinationis apud scriptores occurrunt<sup>1)</sup>; περι cum εἰλεῦνται est coniungendum. V. 12 etiam θρόος (ut in lapide scriptum est) ut accus. plur. formam doricam ferri posse adnotavit Korschius; idem v. 14 restituit [ἀν]ά[μ]ερ[ο]ς et vv. 16—18 supplendos proposuit ita: [ἀ]λλ' εἴ[τ'] ἄ[ρ'] ἀριπρεπὲς εἶδος ἔχουσα[ι] | ἦ γένος; ἦ ῥα τόδ' εἰ[πε]ν ἐτήτυμον ἀνδράσι Πυθῶ | χρῦσεον ὅ[ψι]γένεθλον κτλ. V. 17 ἐσθλον pro εἶπεν scriptum esse putat propter similitudinem ἐσθλον litterarum, quae sunt in versu proxime insequenti (cf. vv. 7 et 8 κελάδοντος et κελάδημα), ἦ ῥα et ἐτήτυμον conferrī iubet cum Kaibelii Epigr. 242, 4 et 273, 18, ὀψιγένεθλον confert cum πρωτογένεθλος et πρῶτον cum Hom. *Od.* 24, 28: Ἥ τ' ἄρα καὶ σοὶ πρῶτα παραστήσεσθαι ἐμελλε Μοῖρ' ὀλοή. Nos versus illos aliter legimus, quamvis ingeniosae esse Korschii coniecturae nobis videantur. Ἄλλ' εἴ τις v. 16 eo sensu dictum esse putamus, quo saepius apud Sophoclem legitur<sup>2)</sup>; v. 17 ἦ ῥα non interrogativa particula esse potest, sed imperfecti forma verbi ἡμί addita ῥα particula<sup>3)</sup>, et ἐσθλὸν ironice videtur dictum; ὅτι pro ὅτι v. 18 eo sensu videtur esse dictum, quo ὅτι δὴ aut ὅτιοῦν usurpatur.

1) Cf. Stephani Thes. linguae Graecae s. v.

2) *Oed. Col.* 734: πρὸς πᾶσιν δ' ἐπίσταμαι σθένουσαν ἦκων, εἴ τιν' Ἑλλάδος, μέγα. — *Ibid.* 1664: ἀνὴρ γὰρ οὐ στενακτὸς οὐδὲ σὺν νόσοις ἀλγεινὸς ἐξέπεμπετ', ἀλλ' εἴ τις βροτῶν θαυμαστός. — *Ai.* 488: ἐλευθέρου μὲν ἐξέφυον

πατρός, εἶπερ τινὸς σθένοντος ἐν πλούτῳ. — *Trach.* 8: νομφείων ἔκνον ἄλγιστον ἔσχον, εἴ τις Αἰτωλὶς γυνή. — Cf. *Eur. Andr.* 6: νῦν δ' εἴ τις ἄλλος, δυστυχιστάτη γυνή.

3) Cf. Hom. *Il.* 3, 355: ἦ ῥα, καὶ ἀμπεπαλῶν προίει δολιγύσκιον ἔγχος; 6, 390: ἦ ῥα γυνή τραμίη etc.

Et litteratura ipsa et  $\alpha$  pro  $\iota$  (fortasse etiam  $\eta$  pro  $\alpha$ ) scriptum probant titulum satis novicium esse, altero p. Chr. saeculo utique non antiquiorem<sup>1)</sup>.

**Переводъ.** Лучше бы Музы прославили твои харисин, злосчастная молодая жена Инанеа, когда были бы положены дѣти на твои колѣни, и [воспѣли] прекрасный законъ помогающей въ родахъ Изнои, радостные дары твоей матери, отцу и супругу. Нынѣ же ты почишаешь на холодныхъ пескахъ у волей шумящаго Кокита, и не будить тебя непрестанный [дословно: вѣчнотекущій] звукъ милого голоса, которымъ мать оплакала тебя, подобно птицѣ; ты же, камень, ничего не слышишь, но вокругъ тебя кружатся чернопучинные потоки Океана, а души сошедшихъ подъ землю усопшихъ страшно шумятъ; ты не разумѣешь вопля ни родителей, ни супруга, ибо испила — увы! — воды Леты. Что это за жестокий законъ блаженныхъ? развѣ преждевременно умирають юницы не дурныя, не [происходящія отъ] родителей ничтожныхъ, но обладающія наиболѣе выдающейся красой или [благороднымъ] происхожденіемъ? Значитъ, не даромъ сказала мужамъ Писея это хорошее [изреченіе], — что всякое золотое [т. е. прекрасное] потомство первымъ исходить въ Адъ?

**520.** Monumentum sepulcrum lapidis calcarii infra fractum, a. 0,50 m., l. 0,30, cr. 0,13. Supra ornatum est aetomate rudi, epistyllo et tribus acroteriis instructo. Sub epistyllo titulus est diligenter scriptus (litt. a. fere 0,025 m.), sub titulo rosae duae. Exscripsi et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. IV n° 137. Ad imaginem photographica descripsit Watzinger GGS. p. 10, n° 68.

Lapis a. 1900 in Chersonesi rudibus repertus ibidem servatur in museo.

Π Α Ρ Ξ Ε Ν Α Ε Π Ι Κ Ρ Α Τ Ε Ο Σ Γ Υ Ν Α	Παρ[Ξ]ένα Ἐπικράτεος γυναί.
---	-----------------------------------

Propter litteraturam titulum ad IV a. Chr. saeculum libenter rettulerim. ΠαρΞένα nomen obvenit in titulis Bosporanis.

**521.** Monumentum sepulcrum lapidis calcarii a. 0,26 m., cr. 0,14. Ornatum erat epistyllo, quod hodie laesum est. Sub titulo sculptae sunt rosae duae item laesae. Titulus diligenter exaratus bene etiam nunc legitur (litterarum altitudo variat inter 0,01 et 0,015 m.). Exscripsi et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. IV n° 138 (inde sumpsit Watzinger GGS. p. 10, n° 69).

Lapis a. 1894 Chersonesi in coemeterio antiquo inventus exstat ibidem in museo.

Τ Ι Μ Ξ Ε Ν Α Α Π Ο Λ Λ Ο Φ Α Ν Ε Ι Ο Σ Α Π Ο Λ Λ . Ν Ι Ο Υ Γ Υ Ν Α	Τιμ[ο]ξένα Ἀπολλοφάνειος, Ἀπολλ[ω]νίου γυναί.
--	--

Titulus tertio a. Chr. saeculo non videtur esse recentior.

1) De ZM pro ΣM scripto v. 12 cf. Meisterhans, Gr. d. Att. Inschr.<sup>2</sup> p. 63; Blass, Ausspr. d. Griech.<sup>2</sup> p. 76.

**522.** Fragmentum tabulae marmoreae a. 0,12 m., l. max. 0,08. Tituli reliquiae detritae sunt (litt. a. 0,012 m.). Edidi *Mam.* № 23, p. 23, n° 31, et *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 156, addita tituli imagine, quae hic repetitur ( $\frac{1}{3}$  v. m.).

Lapis a. 1896 in Chersonesi rudibus inventus est septentrionem versus a museo, in quo nunc servatur.



[X]ρή[στη Διο]-  
 νυσί[ου θυγάτηρ],  
 Ὀδοι[τέλεος γυ]-  
 νά, χα[ίρει].

Titulum, quem in altera editione inter fragmenta incerta posui, nunc sepulcralem esse puto. Nomina mulieris et mariti dubitanter sane supplevi. Ὀδοιτέλης nomen exstat in Papii et Benseleri lexico.

**523.** Monumentum sepulcrale lapidis calcarii infra fractum, a. ut nunc est 0,40 m., l. 0,30—0,32, cr. 0,17. Ornatum est epistyllo, cavernam in summo margine exhibente, cui aetoma aut anthemium immissum olim fuisse consentaneum est. Totus lapis et titulus ipse (litteris 0,018—0,028 m. altis scriptus) temporis iniuria laesi sunt. Edidi *HAK.* f. 27, p. 22, n° 11, cum imagine ad ectypum chartaceum delineata, quae hic repetitur ( $\frac{1}{5}$  v. m.).

Lapis a. 1907 Chersonesi in platea inventus ibidem exstat in museo.

Υ Υ Χ Η  
 Β Θ Υ Ο Σ Π Υ Ι Ν Η  
 Χ Α Ι Ρ Ε

Ψυχὴ  
 Βίθυος γυνή,  
 χαίρει.

Titulus secundo a. Chr. saeculo non antiquior videtur titulo antiquiori esse superscriptus, cuius vestigia quaedam apparent. Ψυχὴ nomen appellativum mulieribus ut proprium inditum in titulis Bosporianis saepius occurrit (cf. *IosPE.* II<sup>1</sup> et IV<sup>1</sup> indices). Βίθυος nomen exstat in titulo *IosPE.* II<sup>1</sup>, 290 (ubi Βεΐθυος legitur). Cum titulus dialecto communi scriptus sit, non dorica, qua utebantur Chersonesitae, nescio an conicere liceat Psycham illam non fuisse Chersonesi natam (cf. infra n° 528).



**524.** Angulus dexter tabellae marmoris candidi, a. et l. max. 0,08 m., cr. ut superest 0,025. Titulus accurate incisus est litteris 0,01 m. altis; ultimus versus in imo quadro arctius exaratus est. Edidi *HAZ.* f. 27, p. 23, n° 12, cum imagine ad ectypum chartaceum delineata, quae hic minore modulo repetitur ( $\frac{1}{8}$  v. m.).

Lapis a. 1907 Chersonesi repertus exstat ibidem in museo.



[Ἡ δεῖνα  
τοῦ δεῖνος  
(θυγάτηρ),  
γυ]νά δ(έ)  
[Ἀντ]ιγόνου,  
[έτων .]β', χαῖρ[ε].

Ultimo loco versus primi lapicida per errorem pro E littera exaravit Σ. Titulum ad II a. Chr. saeculum rettulerim.

**525.** Tabella marmorea a sinistra fracta, a. 0,065 m., l. infra 0,10; tituli reliquiae optime conservatae sunt (litt. a. 0,015 m.). Edidi *Mat.* № 23, p. 17, n° 19 et *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV, n° 139, cum tituli imagine, quae hic repetitur ( $\frac{1}{8}$  v. m.).

Tabella a. 1896 Chersonesi in coemeterio inventa ad sinum, qui *Καραντιννία βυρτα* dicitur, exstat in museo.



[Ἡ δεῖνα] Ἡρώδα,  
[. . . . σ]ικλειος  
[γ]υνά.

Titulum propter litteraturam ad III a. Chr. saeculum rettulerim. Mariti nomen certo restitui nequit, cum nomina in -σικλης exeuntia satis multa sint (velut Ἀγασικλης, Ἐρασικλης, Κτησικλης, Λυσικλης, Ὀνασικλης).

**526.** Fragmentum monumenti sepulcralis a. 0,09 m., l. 0,14, cr. 0,10. Sub epistylis titulus erat uno versu constans, cuius media tantum particula superest (litt. a. 0,02 m.), et sub titulo anaglyphum, quod fractura ablatum est. Chersonesi in museo exscripti a. 1900 et edidi *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 140, unde repeto.

*epistylum*

Η ΠΥΘΟΛ

*hic erat ana-  
glyphum.*

. . . . η Πυθοδ[ώρου].

**527.** Monumentum sepulcrum integrum marmoris candidi, a. 0,69 m., l. 0,34, cr. 0,15. Supra ornatum est epistylion, sub quo unus versus incisus erat, hodie prorsus detritus: defunctae nomen fuisse inscriptum maxime est verisimile; sequitur anaglyphum, quod ita descripsit Koehlerus, qui titulum edidit comm. de ins. et cursu Achillis p. 253 n. 812: «... pierre sépulcrum qui porte un sujet souvent répété; c'est une femme debout vue de face, voilée et enveloppée dans une ample draperie, qu'elle retient avec le bras gauche. A sa droite se trouve la figure d'une jeune fille qui tient un objet indistinct, mais qui paraît être un vêtement plié. Le tout est entouré d'un bord relevé. De cinq lignes de l'inscription il ne reste que le fragment suivant». Exemplum Koehlerianum repetiit Boeckh, C. I. Gr. II n° 2101. Odessae exscripsi in museo societatis (titulus admodum est detritus difficilisque lectu) et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 213. Lapidem bis examinavit (annis 1889 et 1891) et descripsit G. Kieseritzki, cuius descriptionem edidit Watzinger GGS. p. 52 n° 301, addita imagine in tab. XXI. Nunc iterum ectypum inspexi.

1	ΤΗΝΠΑΕΑΙΕΙΓΥ
	ΝΑΙΞΙΠΟΟΗΕΙ
	ΜΟΝΑΜΦ...ΠΑ
	ΞΙΝΗΕΥΧΟΝΗ
5	ΧΑΙΙΖ...ΜΥ..
	ΑΕΙΙ.....Ι.
	ΓΛ....ΟΥ.....
	.....

*Var. lect.* V. 1: ΠΑΕΑ; v. 2: ΝΑΙΞΙΠΟΛΥΤΕΙ; v. 3 nihil nisi ΜΟΝ Koehl., qui in versibus qui sequuntur ne unam quidem litteram legit falsoque dixit titulum quinque solum versus habuisse. Kies. de versu, qui erat supra anaglyphum, ita dicit: «Auf dem Rahmen über dem Relief stand der jetzt ganz abgescheuerte Name der Frau, nur der Vatersname hat sich zum Theil erhalten: . . . . Μετ[ό]χο[υ]». De v. 2 idem dicit: «In Z. 2 ist deutlich *πρόσημον* zu lesen, Η sind in Ligatur geschrieben, statt Ν kann nicht Θ gestanden haben». In ectypo, quod diligenter inspexi, vestigia litterarum hoc loco adeo sunt detrita, ut diiudicari non possit, uter nostrum viderit verum. Sed *πρόσημον* adiectivum sensui magis convenire puto, quamvis alibi non videatur occurrere.

Τὴν πάσαισι γυναιξὶ προ[θ]ήσημον, [ἀ]μφ[ί] τε π[α]σ[ι]ν  
ἤσυχον...

Epigramma fuisse aut heroicum aut elegiacum vidit Boeckhius. Litteratura est imperatorum aetatis (ad I p. Chr. saeculum refert Kieseritzkius).

**528.** Duo fragmenta monumenti sepulchralis marmoris candidi supra fracti, a. max. 0,615 m., l. 0,56, cr. 0,165. Anaglypho, quod diligentissime elaboratum est, repraesentatae sunt figurae quattuor stantes sub porticu inter columnas duas striatas, altis basibus impositas: a sinistra spectanti vir dextra pallium sustinens, sinistra demissa volumen tenens (viri figurae pars superior perquam laesa in minore fragmento exstat), a dextra mulier tunica



et stola vestita, ad columnam dextram puellula, ad sinistram puer. Mulieris pars superior, columnae sinistrae pars, fastigium totum fracta sunt. Sub anaglypho titulus est, litteris magnis (a. 0,04 m.) diligentissime scriptus. Ad ectypum chartaceum edidi *Mam.* № 23, p. 17, n° 20 et *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 142. Maioris fragmenti imaginem in zinco expressam editam esse in *Отчетъ И. Арх. Комм. за 1898 г.*, p. 114 n° 14 monui *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV add. p. 294. Alteram imaginem (item solius fragmenti maioris) dedit Watzinger *GGs.* tab. XXVIII, n° 408, lapide descripto p. 72. Hic imaginem in *Отчетъ* editam repetimus, quippe quae clarior sit Watzingeriana.

Lapis a. 1898 inventus (cf. *Отчетъ И. Арх. Комм.* l. l.) exstat Chersonesi in museo.

Cum minime sit probabile sola verba duo, quae nunc leguntur, monumento sepulchrali fuisse inscripta, mulieris nomine omisso, coniciendum est primum tituli versum, defunctae et mariti eius nomina continentem, summae lapidis parti, nunc deperditae, fuisse incisum, ut totus titulus hunc in modum restituatur:

[Ἡ δείνα τοῦ δείνου]  
γυνὴ Ταυρικὴ.

Exemplum talis scribendi generis, ut titulus super anaglyphum incohatum infra absolvatur, modo vidimus (n° 527); inveniuntur similia exempla in Bosphoro<sup>1</sup>) et in aliis oppidis in oris Ponti Euxini sitis (ut Odessi, quod oppidum Varnae loco florebat).

*Ταυρικὴ* est forma feminini generis Taurorum gentis, quam in Chersonesi vicinia habitasse constat. Ut alia omittamus, commemorantur οἱ παροικοῦντες Ταῦροι in decreto Diophan-

1) *IosPE.* II<sup>1</sup>, n° 197 et IV, n° 221.

tiano (v. supra n° 352). Nunc videmus huius gentis nomen etiam Romana aetate fuisse conservatum, ad quam titulum pertinere litteratura probat (ad initia I p. Chr. saeculi refert eum Watzinger). Videtur mulier, cuius monumentum sepulcrale nunc tractamus, Chersonesi habitasse, sed civis non fuisse ideoque in titulo nomine gentis esse designata, ex qua erat oriunda. In titulis sepulcralibus orae septentrionalis Ponti Euxini nomen gentis barbarae vicinae primum hic commemoratur; sed in aliis regionibus similia exempla saepius inveniuntur: veluti habemus monumenta sepulcralia Maeotarum et Sarmatarum in Attica, in insula Rhodo, in Argolide sepulcorum<sup>1)</sup>.

**529.** Fragmentum tabulae lapidis calcarii undique mutilum, a. 0,18 m., l. 0,15, cr. 0,075. Litterae superstites pessime sunt detritae (a. 0,025 m.). Exscripsit Kosciuszko-Waluznicz, cum lapidem detritum charta madida exprimere non potuisset. Edidi *Mam.* № 23, p. 25, n° 38 et *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 181, unde repeto.

Fragmentum a. 1897 ibidem inventum, ubi n° 469, exstat Chersonesi in museo.

HP /                      Fragmentum in altera editione inter varia posui, sed nunc puto titulum  
+ C A C A                esse sepulcralem, nam v. 2 ita suppleri potest: . . . ζ[η]σασα [ετη. .].



**530.** Media pars monumenti sepulcralis lapidis calcarii fulvi, a. ut nunc est 0,30 m., l. 0,39, cr. 0,12, ornata nodo taeniae elegantissime sculpto, extremis partibus dependentibus, inter quas lemniscus pendet. Super taeniam supersunt tres extremae litterae tituli ΓΥΙ. (a voce γυνή), 0,025 m. altae. Imaginem in zinco expressam ( $\frac{1}{9}$  v. m.) edidi *HAK.* f. 27, p. 23, n° 13 et hic repeto. Lapis a. 1907 Chersonesi ex urbis moenibus extractus prope domum, quam Bieloserovius possidebat, exstat ibidem in museo.

d) Monumentorum sepulcralium fragmenta incerta.

**531.** Fragmentum tabulae lapidis calcarii ab omnibus partibus praeter sinistram mutilatum, a. 0,14 m., l. 0,11, cr. 0,09. Litterae superstites altae sunt circa 0,03 m. Edidi *HAK.* f. 2, p. 63, n° 2, cum imagine ( $\frac{1}{3}$  v. m.), pro qua hic duplo minorem praebeo.

1) Δολων Μαιώτης C. I. Att. II, 3, n° 3158; Ἰὴς Μαιώτης χρηστή ibid. n° 3159; Παρμένων Ἀπολλωνίου Μαιώτης ibid. n° 3160; [Θ]ῆτος Μαιώτης ibid. n° 3161; Λετίνης Μαιώτης ibid. III, 2, n° 2561; Ὑπερίων Σαρμάτης ibid. n° 2697; Τίμων Μαιώτης in insula Rhodo, *Bull. de corr. Hell.* X, p. 339, n° 6; [ὁ δεῖνα] Μαιώτης in Argolide ibid. XIII, p. 189, n° 10.

Lapis a. 1900 Chersonesi repertus ibidem exstat in museo.




Ἀρτ...

Δα...

Titulum propter litteraturam saeculo IV a. Chr. exeunte non esse recentiore dixerim. Nomina restitui non possunt, quoniam ab eisdem litteris permulta nomina incipere constat. Ne id quidem liquet, utrum viri fuerit monumentum, an mulieris.

**532.** Angulus sinister tabellae marmoreae quadro ornatae, a. 0,05 m., l. 0,06, cr. 0,012; supersunt tres litterae diligenter exaratae, a. 0,015 m. Edidi IosPE<sup>1</sup>. v. IV n° 107, unde repeto.

Lapis a. 1898 exeunte prope moenia Chersonesi antiquae inventus ibidem exstat in museo.



Ἡρα[κλείδας  
τοῦ δεῖνος?]

Tabellam ex eis esse, quae monumentorum sepulcralium lapidi vili immitti solerent, scripsit Kosciuszko.

**533.** Fragmentum tabulae marmoreae 0,07 m. crassae; litterae quattuor superstites (altae circa 0,02 m.) bene in ectypo dispiciuntur, quo usus titulum edidi *Mam.* № 23, p. 15, n° 15, et IosPE<sup>1</sup>. v. IV n° 144.

Inventum est Chersonesi in aede magna, quae effossa est a. 1897 (v. *Φιλ. Οβ.* XV, 1, p. 55 sq.), exstat ibidem in museo.

ΟΙΟΣ

[Οὐαλέ]ριος

[τοῦ δεῖνος?]

Titulus videtur esse sepulcralis aetatis Romanae.

**534.** Frustulum tabellae marmoreae, quam monumento sepulcrali fuisse infixam admodum est veri simile. Edidi *Mam.* № 23, p. 18, n° 21, et IosPE<sup>1</sup>. v. IV n° 143, addita imagine (1/8 v. m.), quae hic repetitur.

Frustulum a. 1896 Chersonesi in necropoli inventum exstat ibidem in museo.



[ϛ]ψ . . . .

[Δ]ελφ . . .

Litteratura Romanae est aetatis.

**535.** Monumenti sepulchralis marmorei angulus sinister inferior in duas partes fractus, a. 0,26 m., l. 0,23, cr. 0,07. A sinistra supersunt pilae basi impositae particula et duorum tituli versuum reliquiae. Exstat in museo eiusdem monumenti angulus sinister superior, in quo supersunt fastigii sculpti particula et eiusdem pilae caput. Non est dubium, quin monumentum anaglypho fuerit ornatum. Chersonesi in museo exscripsi a. 1900 et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. IV n° 145, unde repeto. Ad imaginem photographicam prius fragmentum descripsit Watzinger *GGS.* p. 135, Anh. n° 8.

πῖλα	ΖΙ	. . . . .
	. ΜΕ . >	ζ[ήσας ἔτη]
	vacat	μ᾽, γ[αῖρε].

Litteras ME annorum numerum indicare puncta probant utrimque posita. Titulus Romanae est aetatis.

**536.** Tabulae marmoreae fragmentum ab omnibus partibus mutilatum, a. max. 0,11 m., l. max. 0,17, cr. 0,03, tituli reliquias servans litteris grandioribus (a. 0,03 m.) exarati. Edidi *HAK.* f. 27, p. 24, n° 14, cum imagine ad ectypum chartaceum delineata, quae hic repetitur (1/6 v. m.).

Lapis a. 1907 Chersonesi inventus in necropoli prope templum quod cruciforme vulgo dicitur, ibidem servatur in museo.



Cum Kosciuszko-Waluźnicz dixerit lapidem videri esse sepulchralem, coniecero v. 1 legi ἐτῶν, numero annorum defuncti lapidis fractura ablato, et v. 2 partem nominis alterius defuncti aut patris eius.

**537.** Ima pars monumenti sepulcralis lapidis calcarii, a. ut nunc est circa 0,27 m., l. fere 0,40, cr. 0,10, in qua supersunt reliquiae tituli pessime laesi.

Inventa est a. 1894 Chersonesi in coemeterio antiquo. Exscripsi a. 1900 ibidem in museo.

.....Z	.....
ΧΑΙΡΕ	[ἐτῶν .]ζ',
	χαίρει.

**538.** Fragmentum anguli dextri inferioris tabulae marmoreae utrimque politae, a. 0,055 m., l. 0,15, cr. 0,032. Litterae diligenter exaratae (a. 0,027 m.) optime in ectypo dispiciuntur, quo usus titulum edidi *Mam.* № 9, p. 31, n° 12. Contuli a. 1892 et iterum edidi *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 146, unde repeto.

Lapis inventus Chersonesi vere a. 1891 in platea prope novum templum, exstat ibidem in museo.

ΟΙΣΤΑΡΑ ΡΕΙΝ vac.	..... [... τ]οῖς παρά- [γουσι χαίρ]ειν.
-------------------------	---

Litteratura Romanae est aetatis.

**539.** Fragmentum tabellae marmoreae utrimque politae, ab omnibus partibus praeter imam mutilatum, l. max. 0,098 m., a. max. 0,07, cr. 0,016. E titulo aetatis Romanae octo litterae supersunt altae 0,02 m. Ad ectypum chartaceum edidi *ΗΑΚ.* f. 23, p. 36, n° 14, unde repeto.

Lapis a. 1906 Chersonesi in coemeterio antiquo inventus ibidem servatur in museo.

ΙΟΝΥΧ ΙΝ ΧΑΙ	V. 2 videtur fuisse [τοῖς παράγουσ]ιν χαί[ρειν].
-----------------	--

**540.** «Monumentum sepulcrale lapidis calcarii a. 9½ v. [0,42 m.], l. 6 v. [0,266], modico scalptum opere, repraesentat figuram virilem pectore tenus». Kondakovii apographo et descriptione usus (cf. *Mansvetov* p. 51 n° 14) edidi *IosPE*<sup>1</sup>. v. I n° 220 (inde sumpsit *Watzinger GGS.* p. 84 n° 478).

Lapis a. 1872 Chersoneso Mosquam missus (v. ad n° 373) videtur periisse.

(Γ)ΕΡΟΥ... (Μ)ΝΗΜΗ(Σ)  
 ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥΣ

Dubito, num recte haec sint exscripta.

**541.** «Fragmentum tituli sepulcralis». Ad Kondakovii apographum edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 221. Hoc quoque fragmentum Mosquae videtur periisse (cf. ad n° 373).

MNHMH X


.....  
μνήμης γ[άριν].

e) Tituli peregrinorum et Romanorum.

α) Tituli Graecorum.

**542.** Sarcophagus parvus marmoreus, arcae oblongae rectangularae formam habens, a. 0,30 m., longus 0,56, l. 0,36. In uno latere optime conservatus est titulus diligentissime exaratus litteris 0,028 m. altis. Ad imaginem photographicam et ectypum chartaceum edidi *HAK.* f. 27, p. 24, n° 15, addita imagine in zinco expressa ( $\frac{1}{7}$  v. m.), quae hic repetitur.

Sarcophagus a. 1907 Chersonesi erutus est ad viam publicam, 0,36 m. intra terrae solum quod nunc est. Opertus erat tabula crassa lapidis calcarii, ferumine adglutinata. In sarcophago infantis ossa inventa sunt. Exstat nunc in museo.



Ἦλις Ἠλίτα Ἀμαστ-  
ριανὸς ἔθηκε τὸν  
βωμόν καὶ τὴν ὀσ-  
τοθήκην ἑαυτοῦ  
καὶ τῆ γυναικί μου.

Sarcophagi exiguitas probat eum ad cineres et ossa corporum combustorum collocanda factum esse, non ad humanda corpora, qua de causa in titulo ὀστοθήκη dictus est. Βωμός vocem aetate Romana persaepe (et maxime quidem in Asia Minore) monumentum sepulcrale significasse inter omnes constat<sup>1</sup>). Patet civem illum Amastrianum vivum sibi et uxori ossarium et monumentum praeparasse. Sed cum in sarcophago, ut supra diximus, infantis ossa inventa sint, statuendum est Elis uxorisque eius ossa recentiore aetate eiecta esse, ut sarcophagus iterum usui esset.

Tituli litteratura perquam est similis litteraturae tituli Bosporani IosPE. IV<sup>1</sup>, n° 231, qui ad 14 p. Chr. annum refertur. Qua de causa hic quoque titulus ad I p. Chr. saeculum

1) Cf. Reisch in Pauly-Wissowa. Real-Encyclop. v. III col. 682 s. v. Βωμός.




posset referri, nisi diphthongi AI per E scriptura constanter adhibita (κέ, γυνεκέ) aetati recentiori magis conveniret.

**Переводъ.** Иліи сынъ Паиты Амастриянецъ поставилъ алтарь и костехранилищу мнѣ самому и женѣ моей.

**543.** Tabula lapidis calcarii supra et ab angulo sinistro infra fracta, a. 0,67 m., l. 0,65, cr. 0,125. Tota lapidis superficies laesa est. Pars antica quadro circumdata est, infra latiore (0,21 m.), quam a lateribus (0,17 m.). In quadro titulus exaratus est litteris grandibus quidem (vv. 1 et 6 a. 0,06 m., in reliquis circa 0,05), sed laesis. Edidi *IAK.* f. 33, p. 44—46, n° 6, addita imagine in zinco expressa, quam hic repeto.

Lapis m. Novembri a. 1907 Chersonesi ad sinistram domus, quam Bieloserovius possidebat, inventus est in aquaeductu antiquo, cui operimento erat. Exstat ibidem in museo.



1 Χρησ[ίμ]η  
 Ἀμασ[τρι]ανή  
 συμβίω Ἀριστονίκ[ω]  
 μνή[μης] χάριν ἀνέστη-  
 5 σεν. βιοῦς ἐτ[ῶ]ν λ'. Ἔτους  
 ροθ', μην(ός) Λώου γ'.

Titulus lectu difficilis est cum propter litteras laesas, tum propter quadratarum incuriam. V. 1 Χρησ[ίμ]η legimus, non Χρήσ[τ]η, quoniam spatium laesum duabus


litteris sufficit et vestigia trium ductuum directorum apparent, qui ad litteras IM possunt pertinere. V. 2 spatium laesum tribus litteris non videtur sufficere; fortasse litterae TP ligatae erant; Ἀμασ[τρι]ανή ideo parum videtur probabile, quod Amasiae cives Ἀμασειδὲς solebant dici (v. Steph. Byz. s. v.). V. 3 in voce Ἀριστονίκω litterae minutissimae C et O intervallis inscriptae sunt, quae sunt inter litteras ITN. V. 4 in voce μνήμης littera C videtur a quadratarario esse ommissa. Vv. 4—5 in verbo ἀνέστησεν prius E videtur litterae N esse insertum, alterum litterae C. Ibid. in voce βιοῦς pro O videtur esse exaratum Θ, cui Υ superscriptum est. Litterae ligatae praeter eas, quas coniecimus in voce Ἀμαστριανή, hisce locis scriptae sunt: v. 4 extr. TH, v. 5 NB et TWN, v. 6 MHN.

Amastriani aetate Romana videntur annorum computatione Pompeiana esse usi, quae incipiebat ab a. 64 a. Chr.<sup>1)</sup>. Huius annus 179 (ΡΟΘ), quem in titulo videmus, cadit in annum 115 p. Chr.

**Переводъ.** Хрисима Амастриянка супругу Аристоннику памяти ради поставила. Жившей 30 лѣтъ. Года 179, мѣсяца Лоя 3-го.

**544.** Monumentum sepulcrale marmoreum integrum, a. 0,71 m., l. 0,38, cr. 0,11, ornatum aetomate sculpto, acroteriis tribus et corona instructo. Titulus sub aetomate diligenter exaratus litteris 0,03 m. altis bene etiamnunc legitur. Edidi *ИАК.* fasc. 10 p. 24, n° 17, lapide ad imaginem photographica delineato (inde sumpsit Watzinger *GGS.* p. 11, n° 80). Hic eandem imaginem repeto.

Lapis a. 1902 Chersonesi in coemeterio inventus prope sinum, qui *Карвинтинная бухта* dicitur, ibidem servatur in museo.



Ἡρακλέων Μηνος-  
φώντος ὁ κ(α)ί  
Σίσυρος Ἡρ(α)κ-  
λεώτης, ἐτῶν  
λθ'. χαῖρε.


Titulum Romanae esse aetatis litteratura probat. Heraclea intelligenda est Pontica.

**Переводъ.** Ираклеонъ сына Минофонта, онъ же Сисиръ, Ираклеотъ, лѣтъ 39. Прощай.

**545.** Tabula sepulcralis lapidis indigenae, infra fracta, a. 0,35 m., l. 0,28, cr. 0,125, cui diligenter et alte titulus incisus est litteris circa 0,04 m. altis. Ectypo chartaceo usus edidi *Мат.* № 23 p. 15, n° 14 et *IosPE*<sup>1)</sup>. v. IV n° 112. Hic titulum accuratius ad ectypum delineandum curavi ( $\frac{1}{8}$  v. m.).

1) V. Kubitschek in *Pauly-Wissowa*, R.-E. v. I, col. 644, s. v. Aera, Brandi. ibid. v. III, col. 590 s. v. Bithynia.

Lapis a. 1897 Chersonesi in coemeterio inventus exstat in museo.



Ποντικός  
Νεμερίου  
Ἡρακλεώτης  
ἔτε[ω]ν [ξ'].

V. 6 extr. littera magna, cuius summa pars sola superest, videtur fuisse Ξ. Titulus Romanae est aetatis.

**546.** Fragmentum summae partis tabulae marmoreae cr. 0,04 m., a. max. 0,065, l. 0,055. Litterae superstites satis diligenter exaratae altae sunt circa 0,015 m. (O littera ceteris multo minor). Edidi *HAK.* f. 2, p. 67, n° 8, cum imagine, quam hic repeto.

Fragmentum a. 1900 in Chersonesi ruderebus inventum exstat ibidem in museo.



.... Ὀλβιοπ[ολ....]  
.....πας  
[....ἔχ]ει φθί[μενον?]  
.....

Titulus, cuius tam paucae laciniae supersunt, restitui sane nequit. Videtur fuisse carmen sepulcrum Olbiopolitae cuiusdam secundi a. Chr. saeculi. Ad v. 3 cf. *IosPE.* II<sup>1</sup>, n° 383: [ν]ῶν δὲ σὺν ἡρώων χώρον ἔχοις φθίμενος; *HAK.* fasc. 14, p. 120, n° 42 v. 2: Μαστοῦν εὐ[κλε]ιῆς τύ(μ)βος [ἔ]χει φθίμενο[ν].

β) *Tituli militum Romanorum.*

**547.** Tabula lapidis arenarii integra, a. 0,91 m., l. 0,30, cr. 0,22, cui immissa est tabella marmorea a. 0,39 m., l. 0,22, in duas partes divisa: in parte superiore sculpta est imago dimidiata viri barbati vestiti tunica et pallio ad umerum dextrum fibulato, litteris **D** et **M** ab utraque capitis parte exaratis, in inferiore titulus exstat diligentissime scriptus. Titulum ad imaginem photographica[m] edidi *Mam.* № 17, p. 17, n° 16 et *SBA.* 1895, p. 520, n° 11 (inde rep. Domaszewski *C. I. Lat.* v. III suppl. p. 2246, n° 13751 a), et iterum *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 120, addita totius lapidis imagine, quam hic repeto. Dragendorffii descriptione usus edidit Watzinger *GGS.* p. 84, n° 481, lapidis imagine obscura data in tab. XXXIV.

Lapis a. 1894 Chersonesi in coemeterio antiquo inventus ibidem exstat in museo.



AVR VICTOR MILLE G  
ITAL V XIT AN XXXVI  
M L AN XVIII VAL  
MARCIA VXOR EIVS  
ET VAL BESSA FILIA  
HEREDES B M P ES

*D(is) M(anibus).*

*Aur(cilius) Vīctor mil(es) leg(ionis)  
I Ital(icae), r(i)xit an(nis) XXXVI,  
mil(itavit) an(nis) XVIII. Val(eria)  
Marcia uxor eius  
et Val(eria) Bessa filia  
heredes b(ene) m(erenti) p(osuerunt).*

*Var. lect. V. 3 extr. XXXV Watzinger.*

V. 2 in voce VXIT littera I a quadratario videtur esse omissa. Titulum neque medio secundo p. Chr. saeculo antiquiorem neque tertio ineunte recentiore esse probavi in prioribus editionibus duabus, ubi etiam quae de legione I Italica nobis nota sint breviter exposui. Confirmari hoc titulo quod dudum docuisset alter n° 782 (= infra n° 551) praesidia Chersonesitana sumpta esse ex exercitu Moesiae inferioris monuit Domaszewskius.

**Переводъ.** Богомъ Манамъ. Аврелій Викторъ, солдатъ 1-го Итаійскаго легіона, жилъ 36 лѣтъ, служилъ 18 лѣтъ. Валерія Марція жена его и Валерія Бесса дочь наследницы поставили блаженнымъ Манамъ.

548. Fragmentum lapidis calcarii supra et a dextra mutilatum, a. 0,36 m., l. 0,28, cr. 0,15. Litterae superstites (a. 0,038 m.) perquam laesae sunt. Pridikii apographo usus edidi *Mam.* № 23, p. 19, n° 22. Contuli a. 1900 et iterum edidi *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 188, unde repeto.


Lapis a. 1898 Chersonesi prope turrim magnam inventus ibidem exstat in museo.

VSIC  
ITALIVIA  
ANNORV  
HVSIC  
PRIMV

[.....Fo]-  
l]usio [militi leg. I  
I]tali(cae?). .....  
annoru[m] .....  
H.S. . C. ....  
Primu[s] .....

**549.** Lapis calcarius supra fractus, a. 0,55 m., l. 0,53, cr. 0,17, superficie admodum detrita. Versus primi litterae lapide fracto laesae sunt. Litterae altae sunt fere 0,045 m. Edidi *ЗНРАО.* v. IV p. 140 n° 222<sup>1</sup> ad fidem apographi, quod comes A. A. f. Bobrinskoi mecum benignissime communicaverat, et ectypi chartacei, a Kosciuszko-Walużynicz per eundem missi, et IosPE<sup>1</sup>. v. IV n° 121. Nunc iterum ectypum inspexi.

Ubi aut quando lapis repertus sit, non constat. Servatur Chersonesi in monasterio.



.....  
[L?] *Iu(lius) Valens*  
*mil(es) leg(ionis) V Mac(edonicae)*  
*fratri b(ene) m(erenti)*  
*posuit.*

V. 2 extr. litterae MA ligatae sunt.

Fracto lapide periit nomen viri, cui monumentum a fratre, milite legionis V Macedoniae, erat positum. Aetas tituli accuratius definiri non potest, nam legio V Macedoniae aetate imperatorum Romanorum diutissime in Moesia inferiore stativa habuit, nempe ab a. 9 p. Chr., exceptis annis 62—71, usque ad a. 167—8, quo in Daciam traducta est, sed postea Aureliano imperante a. 275 p. Chr. in Moesiam rediit (cf. Filow, *Die Legionen der Prov. Moesia*, p. 6 sq., 35, 64, 77 sq., 81; Van de Weerd, *Étude histor. sur trois légions du Bas-Danube*, p. 51 sqq.).

**Переводъ.** [Л.] Юлий Валентъ, солдатъ V-го Македонскаго легіона, брату хорошо заслужившему поставилъ.

**550.** (Scripsit M. Rostovzev). Fragmentum pilae marmoreae scalptae necdum politae, supra et a dextra fractae, ita ut angulus tantum sinister inferior restet a. 0,33 m., l. max. 0,39. Infra in cultro duo foramina extant, quae fibulas olim ferreas recipiebant, e quibus sinistrum etiam plumbi paululum continet. Litterae alte exaratae optime leguntur (a. 0,035 m.). Edidi *ИСК.* f. 23, p. 1 sqq., № 1, secundum ectypon et apographon a. 1906 in re praesenti a me confectum; cf. Cagnat *Ann. ép.* 1907, p. 164 et 1908, p. 177.

Inventum est in pavimento inferiore presbyterii ecclesiae cruciformis suburbanae a. 1902 effossae. Asservatur Chersonesi in museo.



.....  
*eq(ues) Rom[anus] d]*  
*ux per qua[dr(iennium) leg(ionis)]*  
*XI Cl(audiae) filio [caris]-*  
*simo.*

Ita haec cum ederem supplevi; possis etiam ita legere:

.....  
 eq(ues) Rom(anus) [praep(ositus)]  
 v(e)x(illationis) per qua[dr(icum)] leg(ionis)]  
 XI Cl(audiae) filio [caris]-  
 simo.

Priora supplementa ideo minus placent, quod haud ferme usu venit ducis vocabulum cum certae legionis nomine coniunctum; ubicunque enim vocabulo illi copiarum index additus est, non legio nominatur, sed totus exercitus, ex vario militum genere constans (cf. exempla *HAK.* f. 23, p. 2 sq.). Praeterea litteratura non tertii saeculi est, quo ducis vocabulum communiter usurpari incipit, sed potius ad secundum tertiive initium referri videtur; adde quod plerumque inusitatum est *dux* vocabulum inter duos versus divisum. His de causis mihi nunc quidem posteriora supplementa verisimiliora videntur, quamquam *vx* abbreviaturam pro *vexillatione* positam nullo exemplo firmare possum. Quodsi haec recte posui, novum habemus Chersonesitani praesidii ducem. Cum autem Chersonesi passim inventae sint tegulae legionis XI signo notatae, aliarum autem nullae, admodum verisimile fit saeculo secundo exeunte tertioque ineunte (praeter auxilia) unius XI legionis vexillationem in statione positam fuisse. Quae

cum ita sint, notatu dignus est stipendiorum numerus praepositi nomini adiectus. Admodum probabile est hunc praepositum, centurionem puta, sub filii mortem iam stipendia emeruisse et missione accepta equitis Romani dignitate auctum esse.



551. Monumentum sepulcrum marmoreum, supra angulo dextro fracto, a. 0,58 m., l. 0,31. Inest anaglyphum operis admodum rudis, repraesentans militem tubam tenentem; ad pedes militis utrimque sunt litterae *D* et *M*, sub effigie vero titulus litteris c. 0,022 m. altis satis negligenter scriptus. Edidd. P. Koeppen in opere suo periodico, cuius titulus est «*Библиографические листы*», a. 1825 n° 9 p. 122 (explicuit Stempkovskius ibid. n° 24 p. 334 sq.). Férussac, *Bulletin des sciences historiques*, Juillet 1825, p. 23 (inde Orelli *Inscript. lat. sel. ampl. collectio* v. II n° 3521) et iterum p. 406. Ex Koeppenio repetiit B. Koehne comm. de hist. et ant. Cherson. ed. germ. p. 92, ed. russ. p. 101.

Ad Koeppenii et Férussacii exempla ed. Th. Mommsen C. I. Lat. III, 1, n° 782 (cf. III, 2 p. 1010, ubi titulum correxit ad fidem exempli a. G. Willmansio accepti). Willmans, *Exempla inscr. Latin. v. I*, № 1145. Exscripsi ex ectypo gypsaceo, quod exstat Petropoli in academia artium, et edidi *IosPE*<sup>1</sup>. v. I n° 222. Habet etiam Watzinger *GGs.* p. 85, n° 483a. Hic imaginem praebeo ad idem ectypum factam.

Lapis in Chersonesi rudibus a. 1824 a Berchio centurione inventus exstabat in museo scholae nauticae oppidi Nicolajev, sed postea videtur periisse; certe inter monumenta, quae hodie in museo societatis Odessitanae exstant, a. 1840 inde translata, non invenitur.

*D(is) M(anibus). | Aur(elius) Salvarianus | tub(icen) leg(ionis) XI Cl(audiae), | qui militavit | annos XIII, vixit annos XXXVI.*

*Var. lect.* V. 3 vocis **LEG.** mediam litteram omiserunt Fér. p. 406 et Koepp. (quod valde miror, quoniam in ectypo optime dispicitur); ibid. C pro **CL** Fér. p. 406. V. 4 extr. foliolum omiserunt editores, praeterea ubique dederunt **A**; at certe in ectypo huius litterae media lineola nusquam comparet nec unquam videtur exstitisse.

Titulum propter Aurelii nomen omissumque praenomen secundi tertii saeculi esse iudicavit Mommsenus. Idem de legione XI Claudia egit *Ephem. epigr. v. IV* p. 524 sqq.; e titulo ibi primum edito apparuit eam iam a. p. Chr. 155 imperante Pio in Moesia inferiore habuisse stativa, cum Traiano imperante praesedisset Germaniae superiori. De muneribus militaribus centuriatu inferioribus copiose egit P. Cauer ibid. p. 355 sq. (de tubicinibus p. 377, ubi nostrum quoque titulum inter alios repetiit). Cf. A. von Domaszewski, *Die Rangordnung d. röm. Heeres* (Bonn. 1908), p. 44.

**Переводъ.** Богомъ Манамъ. Аврелій Сальваріанъ, трубачъ XI Клавдіева легіона, который прослужилъ 13 лѣтъ, прожилъ 36 лѣтъ.



**552.** Fragmentum monumenti sepulchralis marmorei ab omnibus partibus praeter dextram mutilatum, a. max. 0,29 m., l. max. 0,20, cr. 0,045. Ornatum erat anaglypho, repraesentante viri imaginem dimidiatam, ex qua supersunt manus sinistra columbam tenens et dextra pomum columbae rostro admotum. Sub anaglypho exstat pars tituli satis accurate exarati (litt. a. 0,02 m.). Edidi *HAK.* f. 18, p. 117, n° 27, cum imagine photographica in zinco expressa ( $\frac{1}{6}$  v. m.), quam hic repeto (inde descriptionem et imaginem sumpsit Watzinger *GGs.* p. 85 n° 483 et tab. XXXIV).



Lapis a. 1905 Chersonesi e pariete aedificii cuiusdam aetatis Byzantinae extractus ibidem servatur in museo.

[D.] M. | [. . . Sa]binus mil[es] | leg. XI Cl. Sabino fi[lio] titulum pos[ui]t[.]

V. 3 in. conicias legionis mentionem periisse; si L littera, quae etiam nunc dispicitur, ad legionis nomen pertinet, ut in transcriptione coniecimus, legio erit XI Claudia; sed potest illa littera etiam ad Sabini nomen pertinere: [Ac]l(i)o vel [C]la(udio) vel [Va]l(crio).

553. Pila sepulcralis integra lapidis calcarii, a. 0,86 m., l. 0,23, cr. 0,16, repraesentans aediculam, cuius aetoma pilis duabus striatis suffultum est; in medio aetomate videtur corona sculpta esse, hodie laesa. In aedicula rudi admodum manu sculptus est miles stans in basi facie adversa, manibus demissis, tunica et pallio vestitus, caligatus, armatus gladio, qui pendet a latere dextro; utrum galeatus fuerit, necne, diiudicari non potest, quoniam caput laesum est. Basis, in qua miles stat, superficies antica tota occupata est tabula ansata (a. 0,115 m., l. 0,23), cui titulus inscriptus est quinque versibus constans, qui lineolis divisi sunt; litterae v. 1 altae sunt 0,025 m., reliquorum 0,015—0,02. Edidit M. Rostovzev *ИСК.* f. 33, p. 20, additis totius lapidis imagine in zinco expressa et tituli imagine ex ectypo chartaceo delineata ( $\frac{1}{8}$  v. m.). Utraque imago hic repetitur.

Lapis a. 1908 Chersonesi in necropoli ad bovine monasterii inventus exstat ibidem in museo.



*M. Maecilius*

*mil(es) cho(rtis) I Bra(earaugustanorum),*  
*mil(itavit) an(nis) X, cen(turia)*

*Bicani.*

*H(eres) f(ecit).*

Supplevit Rostovzev. Cuius commentario doctrinae pleno cum nihil habeam, quod addam, hic eum non repeto.

Переводъ. М. Мацилій, солдатъ 1-й когорты Бра(карвагустановъ), служилъ 10 лѣтъ. Центурія Бикана. Соорудилъ наследникъ.



**554.** Tabula integra lapidis vilis («изъ стѣннаго воздреватаго камня») а. 0,80 м., л. 0,27, ср. 0,135. In summa tabula cavernae duae rotundae exstant, quas ad aetoma infigendum factas esse admodum est probabile. Titulus litteris grandibus quidem (а. 0,05 м.), sed negligentissime exaratus est. Ad Kosciuszki apographum edidi *Mam.* № 17, p. 18, n° 17 et *SBA.* 1895, p. 521, n° 13 (inde rep. Domaszewski C. I. Lat. v. III suppl. p. 2246, n° 13751 b). Anno 1900 ipse contuli et iterum edidi *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 119, unde repeto.

Tabula a. 1893 Chersonesi in coemeterio prope murum urbis meridianum inventa ibidem servatur in museo.

1	D M	<i>D(is) M(anibus).</i>
	A V R E L	<i>Aurel(ius)</i>
	V A L E S	<i>Valc(n)s</i>
	ET·AE·L·IV	<i>et Aelii[s]</i>
5	IV·L·IV·S	<i>Iulius</i>
	MILITES	<i>militēs</i>
	CH·I·CIC·IC	<i>c(o)h(ortis) I Cilic(um),</i>
	Q·VI·MIL·T	<i>qui mil(i)t(averunt)</i>
	A N N	<i>an[nis]</i>
10	XVIII	<i>XVIII.</i>

De cohortibus auxiliariis exercitus Romani cf. Marquardt, *Röm. Staatsverwaltung*, v. 2 (2 ed. 1884), p. 468 sq.; Hassencamp, *De cohortibus Romanorum auxiliariis* diss. Gotting. 1869; O. Schünemann, *De cohort. Roman. auxiliariis* diss. Hal. 1883 (supplementum Hassencampii dissertationis); Cichorius in Pauly-Wissowa R.-E. v. IV c. 270; Филловъ, *Изв. на истор. друж.* 1906, II, p. 107. Cohortem I Cilicum stativa habuisse et ipsam in Moesia inferiore certe a. 134 colligi ex missione C. I. L. III p. 877 animadvertit Domaszewskins.

**Переводъ.** Богамъ Манамъ. Аврелій Валентъ и Элій Юлій, солдаты 1-й Киликійской когорты которые прослужили 19 лѣтъ.

**555.** (Scripsit M. Rostovzev). Pila sepulcralis e lapide calcario molli fistulosoque secta, supra et a lateribus margine ornata, coronata rudi aetomate, infra in cultrum desinens basi impingendum, а. 0,95 м., л. 0,31, ср. 0,17. Titulus negligentiter exaratus est litteris nunc evanidis, ad cursivum typum accedentibus, а. 0,038—0,042 м. (in versu paenultimo 0,026). Edidi ad ectypon et photographema *IAK.* f. 27, p. 58 sqq., n° 2, cum ectypi imagine septies imminuta, quae hic quoque iteratur.

Inventa Chersonesi in sepulcro prope sinum Quadragesimalem dictum acervo testaceo superiecto, quo sepulcrum saxo incisum obtegebatur, ossa cremata continens. Asservatur Chersonesi in museo.

1 I O M

M A X I M O

N I V S V A

L E N S M I I

*I(ovi) O(ptimo) M(aximo).**M. Anto-**nus Va-**lens mil(es)**coh(ortis) II**Lucensiu(m),**virit ann(is)*

3 C O H S I I

I V C E N S I V

V I X I F A N N

X X V M A E A N N V

H E C

*XXV, mil(itacit) ann(is) V.**H(eredes) f(aciendum) c(urarunt).*

Cohors II Lucensium in Moesia collocata erat annis 105 et 114 p. Chr. (CIL. III, Dipl. mil. XXXIII et XXXVIII), in vico, credo, cui nunc nomen est Molka Brestnica (CIL. III, 14424); a. 199 iam in Thraciam traducta erat (CIL. III, 7418 = 12337), ubi iuxta Dubnicam constiterat, ibidemque etiam a. 217—218 manebat (CIL. III, 12338 et 12339; cf. etiam decretum Scaptoparense CIL. III, 12336). Nec tamen dubium est, quin titulus quem tractamus ad tempora referatur, quibus cohors illa etiamdum in Moesia Inferiore stationem habebat, h. e. ad saeculum II p. Chr.; tunc autem pars cohortis eius in Hispania conscriptae una cum legionariis militibus Chersonesi praesidium efficiebat, quo efficitur militem Chersonesi mortuum origine Hispanum fuisse. Hoc inde quoque colligitur, quod pila sepulcralis non *d(is) m(anibus)*, verum *I(ovi) o(ptimo) m(aximo)* dicata est secundum Hispanorum consuetudinem: ibi enim monumentum semper in mortui quidem *honorem et memoriam* ponitur, dicatur tamen deo alicui, velut CIL. II, 8: I. O. M.; 6181: Apollini Augusto; 22 et 5026: Marti; 4087: Neptuno Augusto; cf. Cagnat, *Cours d'ép. lat.*<sup>4</sup>, p. 282. Notatu dignum est, quamvis refragante opinione communi, etiam II p. Chr. saeculo cohortes auxiliares regionali vocabulo insignitas maximam partem solitas esse in ea ipsa regione conscribi.

**556.** Angulus sinister monumenti sepulcralis lapidis arenarii a. 0,26 m. totidemque latus, cr. 0,047. Tituli litterae inter lineolas satis neglegenter exaratae sunt. Lapidis margines quadro ornatu erant. Exscripsi a. 1900 et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. IV n° 124. Hic ex ectypo accuratius delineandum curavi (1/8 v. m.).

Lapis a. 1894 in Chersonesi rudetibus inventus servatur ibidem in museo.



[. .classis? M]-  
 esice, vi[rit]  
 annis X[. . . , milit(arit)]  
 annis . . . . .  
 cus mi[les? . . ]  
 f[ecit].

557. Monumentum sepulcrale lapidis calcarii supra fractum, infra utrimque abscisum, ut basi infingeretur, a. ut nunc est 0,65 m., l. 0,44, cr. 0,11. Titulus humore perquam laesus inter lineolas exaratus est litteris maximis (a. 0,065 m., in ultimo versu 0,02). Edidi *HAK.* f. 18, p. 118, n° 28, addita imagine, pro qua hic minorem appono ( $\frac{1}{10}$  v. m.).

Lapis a. 1905 Chersonesi inventus prope murum urbis meridianum ibidem exstat in museo.



.....  
 vix[it a. XX]  
 V, milit(arit) a.  
 IIII. P. Luco|s  
 her(es)  
 Iulius.

558. Fragmentum tabulae ab omnibus partibus praeter dextram mutilatum et pessime laesum, a. 0,23 m., l. 0,12; litterae altae sunt 0,028 m. Ad Kosciuszki apographum edidi *Mam.* № 17, p. 19, n° 19 et *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 127, unde repeto.



.....  
 [milita]vit  
 [anni]s XX  
**636.** Frustulum tabulae marmoreae tituli reliquias aetatis Romanae servans (litt. a. circa 0,02 m.). Edidi *HAК.* f. 3, p. 28, n° 11, cum imagine ex ectypo chartaceo delineata ( $\frac{1}{3}$  v. m.), quam hic repeto.

Frustum a. 1901 Chersonesi inventum

sub pavimento mediae partis basilicae Uvarovianae ibidem servatur in museo.

**637.** Fragmen tabulae marmoreae utrimque politae, infra marginis partem servans quadro ornati, a. ut nunc est 0,135 m., l. 0,125, cr. 0,028. Litterae superstites altae sunt 0,03 m. Edidit R. Loeper *HAК.* f. 45, p. 67, n° 15, cum imagine, quae hic repetitur.

Lapis a. 1908 inventus in Chersonesi ruderum parte media ad mare conversa, ubi nunc est monasterii hortus («въ нижнемъ слоѣ съ краснолаковыми черепками»), ibidem exstat in museo.



...τε]λευ:[ησ...

...α]τεσ...

Loeperus putat esse fragmentum tabulae sepulcralis ab omnibus partibus quadro circumdatae, ad II s. III p. Chr. saeculum pertinentis; cum v. 1 post Γ appareat vestigium Η litterae, formam verbi putat non esse doricam, sed communem: ἐτελεύτησε, τελευτήσας vel sim.

**638.** Fragmentum partis sinistrae tabulae marmoreae, a. et l. max. 0,11 m., cr. ut superest 0,035. Litterae superstites aetatis Romanae (a. 0,02—0,035 m.) optime leguntur

in ectypo, quo usus edidi *HAK.* f. 18, p. 120, n° 33, et hic repeto.

Fragmentum a. 1905 Chersonesi prope magnam turrin inventum ibidem servatur in museo.

| I  
 | Φ I / Λ .  
 | OY

---

**639.** Fragmentum imae partis tabulae marmoreae non politae, cr. 0,04 m., a. 0,13, l. max. 0,09. Infra supersunt particula quadri levis et quinque litterae tituli aetatis Romanae, altae 0,04 m. Ad ectypum edidi *HAK.* f. 14, p. 115, n° 34, et hic repeto.

Lapis a. 1903 Chersonesi in arce inventus exstat in museo.

IN Λ  
 OY /  
 —  
 —

---

**640.** Frustulum epistylia marmorei, supra marginem servans. Ed. L. Jurgiewicz *ЖЮО.* v. XI, p. 314, n° 3, ad apographum Ivanovii. Anno 1883 exscripsi Chersonesi in monasterio et edidi *IosPE*<sup>1</sup>. v. I n° 231, unde repeto.

ΛΥΓΟΥΕΤ

---

**641.** Fragmentum tabulae marmoreae crassae, in quo optime conservatae sunt septem litterae maximae (altae circa 0,06 m.), diligentissime incisae. Ad ectypum chartaceum edidi *Mam.* № 23, p. 24, n° 35, et *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 182, unde repeto.

Frustum inventum in pavimento magni templi a. 1897 effossi (cf. ad n° 533), exstat in museo.

ΙΟΣΠΟΝΤ . . . ιος Ποντ[ιχοῦ?]

---

**642.** Fragmentum summae partis tabulae marmoreae fastigio ornatae, sub quo titulus erat uno versu scriptus. Litteras quinque superstites 0,033 m. altas exscripsit Kosciuszko, cuius apographo usus edidi *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 183, unde repeto.

Fragmentum a. 1899 in Chersonesi ruderibus inventum exstat ibidem in museo.

TANTA

Titulus videtur esse sepulchralis. Fortasse supplendum est Τάντα[λος].

---

**643.** Tabella marmorea cr. 0,015 m., utrimque polita, ab omnibus partibus mutilata praeter summam, a. 0,06 m., l. 0,075. Edidi *HAK.* f. 27, p. 28, n° 20, cum imagine ex ectypo chartaceo delineata, quae hic repetitur ( $\frac{1}{4}$  v. m.).

Lapis a. 1907 Chersonesi inventus ibidem exstat in museo.



---

**644.** Fragmentum triangulum imae partis tabulae marmoreae cr. 0,045 m., a. 0,09, l. infra 0,15, inscriptum litteris 0,03 m. altis. Edidi *HAK.* f. 2, p. 67, n° 10, cum imagine, quam hic repeto.

Lapis a. 1900 in Chersonesi rudibus inventus ibidem exstat in museo.



Litterae superstites videntur ad nomen virile pertinere cum  $\mu\alpha\gamma\alpha\varsigma$  compositum.

**645.** Fragmentum columnae magnae marmoris cinerei, in quo supersunt tres litterae diligenter exaratae. Duae altae sunt 0,035 m., tertia multo minor. Exscripsi a. 1900 et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. IV n° 175, unde repeto.

Inventum est a. 1900 Chersonesi in basilica quae dicitur Uvaroviana, servatur ibidem in museo.

AKO vac.  
vac.

**646.** Frustulum tabulae marmoris albi in monasterio Chersonesi servatum. E titulo litteris minutis bonae aetatis inciso superest particula, quam a. 1883 exscripsi et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 236, unde repeto.

vac. |  
E I P I |

**647.** Frustum tabulae marmoreae utrimque politae, cr. 0,04 m. Litterae superstites aetatis Romanae altae sunt 0,015 m. Ad ectypum edidi HAK. f. 10, p. 25, n° 19.

Lapis a. 1902 iuxta templum cruciforme inventus exstat in museo.

.ITΩI

**648.** Frustum tabulae marmoreae a. ut nunc est 0,05 m., l. 0,10, cr. 0,04. Supersunt quattuor litterae aetatis Romanae a. 0,025 m. Edidi HAK. f. 33, p. 47, n° 9, cum imagine ad ectypum delineata ( $\frac{1}{4}$  v. m.), quam hic repeto.

Lapis a. 1908 Chersonesi inventus prope turrin imp. Zenonis exstat ibidem in museo.



**649.** Fragmentum lapidis calcarii ab omnibus partibus mutilatum, a. 0,12 m., l. 0,19, cr. 0,10, tres maximas litteras (a. 0,075 m.) servans diligenter exaratas. Edidit R. Loeper HAK. f. 45, p. 66, n° 14, cum imagine in zinco expressa, quae hic repetitur.

Lapis a. 1908 inventus in ea parte Chersonesi rudum, quae est inter septentriones et orientem, in cisterna exstat ibidem in museo.



Loeperus litterarum magnitudine nisus putat titulum fuisse dedicatorium.

**650.** Frustulum tabulae marmoreae utrimque politae, ab omnibus partibus mutilatum, a. 0,068 m., l. 0,065, cr. 0,02. Litteras altas 0,047 m. fortasse Latinas esse dixit R. Loeper, qui edidit *HAK.* f. 45, p. 69, n<sup>o</sup> 19, cum imagine in zinco expressa, quam hic repeto.

Lapis a. 1908 inventus est in ea Chersonesi rudium parte, quae est inter septentriones et orientem, in cisterna cum testis aetatis Romanae recentioris et Byzantinae, nec non nummis. Servatur in museo.



**651.** Frustulum tabulae marmoreae cr. 0,03 m., a. max. 0,05, l. max. 0,045; littera *K* alta est 0,025 m. Edidi *HAK.* f. 2, p. 68, n<sup>o</sup> 11, cum imagine, quam hic repeto.

Frustulum a. 1900 Chersonesi inventum ibidem exstat in museo.



**652.** Frustulum tabellae marmoreae cr. 0,022 m., ab omnibus partibus mutilatum praeter summam, a. 0,07 m., l. 0,04. Litterae duae superstites (a. 0,04 et 0,02 m.) videntur ad initium tituli pertinuisse. Edidi *HAK.* f. 2, p. 68, n<sup>o</sup> 12, cum hic repeto.

Lapis a. 1900 Chersonesi inventus exstat ibidem in museo.



**653.** Globus integer lapidis dioritae viridis, optime elaboratus, diam. 0,19 m. Incisae sunt litterae quattuor aetatis Romanae, altae fere 0,01 m. Chersonesi in museo exscripsi a. 1900 et edidi *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n<sup>o</sup> 184, unde repeto.

△ Δ Π Ι

Hae litterae, efficientes numerum 26, videntur lapidis pondus significare.

**654.** «Fragmentum tituli litteris aetatis recentioris inscripti». Ad Kondakovii apographum edidi *IosPE*<sup>1</sup>. v. I n<sup>o</sup> 233 et hic repeto.

Lapis a. 1872 Chersonesi Mosquam missus (cf. ad n<sup>o</sup> 373) videtur periisse.

1 M M  
ΜΟΥΑΣΑΠΡΟΣΙ-Ν  
ΙΚΑΤΕΠΤΟCΕΝΒΑ  
ΕΔΙΜΗΟΥΡΓΗ3Α  
3 ΝΕΡΓΟΝ  
Τ8 1ΩΙ

V. 4: ...ἐδιμ.ηούργη(σ)α[ν...]. V. 5: ...ν ἐργον...

Titulum, quamvis ceteris multo recentior sit atque ad Byzantinam sine dubio aetatem pertineat, recipere in syllogen placuit, ne prorsus periret.

**655.** (Scripsit M. Rostovzev). Decem fragmenta eiusdem marmoris albi venis caeruleis variegati, utrimque politi, cr. 0,027—0,045 m. Sex fragmenta (litteris *a, b, c, d, f, k* a nobis notata) inventa sunt Chersonesi a. 1889 in parva Byzantini aevi ecclesia, 10 m. intervallo a monasterii muro septentrionali distante, sinistrorsum a porta procedenti (cf. *Омч. И. Аpx. Комм.* 1891, p. 8). Fr. *c* repertum est a. 1891 in ecclesia № 4; fr. *i*—a. 1893 in aula musei Chersonesitani; fr. *h*—a. 1899 in platea ecclesiae cathedralis novae.



Exarati sunt tituli eodem genere litteraturae eoque splendido, litteris ad 0,10 m. altis. Fr. *e* (a. 0,25 m., l. 0,34 m.) secundum ectypon editum erat a Latyschevio, *Mam.* № 9, p. 35, n° 24 (hinc CIL. III, 13757), sex alia fragmenta Chersonesi ab ipso transcripta edita sunt (fragmento *e* repetito) *Mam.* 17, p. 79, et IosPÉ<sup>1</sup>. v. IV, n° 185. Anno porro 1895 Iac. Smirnov redintegrata opera tria fragmenta iam antea nota *a+b+c* felicissime coniunxit duoque praeterea nova (*i, k*) invenit; idemque perquam probabiliter coniecit non ad unum ea, sed ad duos titulos pertinuisse impe-

ratorumque in eis nomina extitisse Honorii et Arcadii. Smirnovii apographis usus iterum fragmenta edidi *HAII.* f. 23, p. 16; nec tamen, quod dolendum est, adhuc in re praesenti ea consulere potui. Asservantur autem Chersonesi in museo (praeter fr. *k*)<sup>1</sup>). Hic omnia fragmenta ad ectypa chartacea accurate delineata repraesentantur (<sup>2</sup>/<sub>12</sub> v. m.).

His fragmentis ordine collocatis primum evincitur in titulis locum habuisse nomina imperatorum Honorii et Arcadii. Quoniam autem utriusque imperatoris nomini haud dubie vocabulum additum est *perpetuo Augusto*, sequitur non unum nos habere titulum cum amborum Caesarum nominibus (nam si ita esset, communi uterentur vocabulo *perpetuis Augustis*, ut etiam in aliis eorum titulis usu venire solet), sed duos, imperatorum nominibus dativo, ut videtur, casu usurpatis. Praeterea notandum est in fr. *a+b+c* v. 1 grandioribus litteris scriptum esse, quam v. 2. Tum autem iisdem fragmentis et fr. *c* consideratis, facile concedes utrumque titulum plane eodem ordine compositum fuisse, scilicet ut utrobique imperatoris nomen v. 2 poneretur, dignitatis vocabulum v. 3 finiret, tum vero modico spatio interiecto ipse tituli contextus sequeretur, qui haud scio an nudum dedicantis nomen dignitatemque exhibuerit; perquam enim verisimile

1) Haud inutile esse duco hic fragmenta a me edita cum Latyschevianis et Smirnovianis comparare:

Rost.	Lat.	Sm.
<i>a+b+c</i>	= <i>c, e, f</i>	= <i>A</i>
<i>d</i>	= <i>d</i>	= <i>F</i>
<i>e</i>	= <i>a</i>	= <i>B</i>
<i>f</i>	= <i>b</i>	= <i>C</i>
<i>g</i>	= <i>g</i>	= <i>G</i>
<i>h</i>	= <i>ad c</i>	= <i>deest</i>
<i>i</i>	= <i>deest</i>	= <i>D</i>
<i>k</i>	= <i>deest</i>	= <i>E</i>



est ad statuarum elogia haec fragmenta pertinuisse. Quae cum ita sint, quinque fragmenta ita fere restitui posse censeo.

1 (a+b+c+d).

[D(omino) n(ostro) invictissim]im[  
 p]rincipi imp(eratori) Ho]norio  
 [perpetuo Augus]to  
 .....s v(ir) c(lavissimus) p[r(aefectus)  
 p]r(aetorio)...

2 (e).

[D(omino) n(ostro) invictissimo  
 p]rincipi imp(eratori)] Arca[dio  
 perpet]uo Augus]to  
 .....

Fr. g nescio an duas litteras adiectivi [invictissim]a tituli 1 aut 2 contineat.

Non ausus sum ante imperatorum nomina gentilicium Fl. supplere, quoniam Arcadii utique titulus eo caruisse videtur. Cum nullum fragmentum ad Theodosii maioris minorisque titulum referri videatur, inter annos 393 et 402 elogia composita esse crediderim (cf. CIL. VI, 1191; Dessau, 794). Quod autem in Honorii elogio praefectus praetorio commemoratur, itemque in fr. f reliquiae PRAE facillime in praep(ositus) suppleri patiuntur, fas est colligere elogia a Chersonesi praesidio dedicata esse, accedente fortasse civitate ipsa.

656. «Noch einige andere unbedeutende Inschriften habe ich in Achtiar erhalten. . . . Aus einer Lateinischen unvollkommenen Steinschrift, wovon nur eine Hälfte gefunden worden, scheint zu erhellen, dass auch die Genueser diesen Ort vormals behauptet haben». Pallas Itin. Russ. merid. v. II p. 74, cum tituli delineatione ligno incisa, quam descripsi

et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 240. A dextra margo videtur exstare, infra est spatium vacuum. Praeter Pallasium nemo hoc fragmentum commemorat.

1	P. A. V V C C
	N · B B · C C ·
	Λ A · S
	E R A M I L I T A R E
5	V I · P R O T E C T O
	r a c .

Titulum manifesto imperatorum Romanorum esse aetatis, non medii aevi monui iam in priore editione. Data occasione eum tractavit Rostovzev *ИЗВ.* fasc. 23, p. 13, qui nunc nobis liberalissime sententiam suam scripsit, quam subicimus.


«Vv. 1 et 2 haud dubie quattuor homines memorantur, duo Augusti et duo Caesares, qua re ad Diocletiani vel Constantini tetrarchiarum tempora deducimur. Cf. de priore CIL. III 6151 et Suppl. p. 1349 (Dessau n° 641): *Imperatores Caess. Gaius Aur. Val. Diocletianus | et M. Aur. Val. Maximianus Pii Felices invicti Augg. et Fl. Val. | Constantius et Gal. Val. Maximianus nobb. Caess.* De posteriore Dessau n° 656: *dd. nn. | Flavio Val. | Constantio et | Galerio Val. | Maximiano | invictissimis et | clementi || ssimis | semper Augg. et | dd. nn. | Fla. Valerio | Severo et | Galerio Valerio | Maximino | nobilissimis ac | beatissimis | Caess.* Hinc elucet in nostro quoque titulo legendum esse v. 1: *Augusti duo* vel *Augustis duobus*, v. 2: *n(obilissimi) b(eatissimi) C(aesares) (duo)* vel *n(obilissimis) b(eatissimis) C(aesaribus) (duobus)*, ante suppletis binis Augustorum Caesarumque nominibus. Quod si recte posuimus, efficitur parvum nobis amplissimi tituli fragmentum, quod dextro margini adhaerebat, servatum esse, quo for-

tasse de aedificatione quadam agebatur; quae cognita de vv. 3—5 restituendis iure desperabis, idque eo magis, quod etiam de Pallasii in describendo titulo diligentia dubitare licet. Id tantum contenderim, ad milites eos pertinuisse, quibus praepositus fuerit aut protector aut decemprimus (vel sim.) protectorum; hinc pronum est v. 4 de [*op*]era militar(i), v. 5 de cura cuiusdam [*decemprimi*] protecto[rum] cogitare. Utique notandum est hoc titulo demonstrari Diocletiani vel Constantini aetate Chersonesum praesidio occupatam fuisse, cuius rei testimonia extant apud Const. Porphyrog. de adm. imp. 53 (p. 251 ed. Bonn.) et in episcoporum Chersonensium vitis (B. B. Латышевъ, Жизнь св. епископовъ Херсонскихъ, Спб. 1906. Зап. Имт. Акад. Наукъ v. VIII, № 3, p. 61, § 14)».

**657.** Fragmentum trabis marmoreae magnae, a dextra integrum, a. circa 0,31 m., l. 0,85, cr. 0,205; superficies lateris dextri polita est, angulis in formam rotundam reductis, pars antica ad sinistram rudi manu abscisa est in latitudinem circa 0,24 m. Ad dextram versus sunt integri; post fines vv. 1, 3, 4 spatia supersunt vacua; v. 3 spatio illi lincolae tres obliquae incisae sunt. Litterae altae 0,04—0,05 m. calcis vestigia servant. Edidit R. Loeper *IAK.* f. 45, p. 69, n° 20, cum imagine in zinco expressa, quam hic repetendam curo.

Lapis in ea parte Chersonesi ruderum, quae est inter septentriones et orientem, e pariete aedificii aetatis Byzantinae extractus exstat ibidem in museo.

Loeperus, qui supplementa proposuit a nobis repetita, adnotavit lapicidam, fortasse



... ]ur  
[exercit]us devotione probatu[s]  
... civit]ati paravit  
[... ]is(q)ue procellit  
[... publica felicitate t(c)netur  
..... a ed]firit... ]iv .....

sermonis Latini non satis peritum, v. 3 scripsisse O pro Q et v. 5 F pro E; v. 6 videri superesse partes superiores litterarum AEDIX; fragmentum ad magnum titulum Latinum pertinere, in honorem magistratus cuiusdam Romani (ducis, ut videtur) positum, sed certius suppleri non posse.

**658.** Pars tabulae marmoris cinerei a dextra et infra mutilae, a. 0,46 m., l. 0,35, cr. 0,23. Titulus litteris grandibus (a. circa 0,04 m.) inscriptus temporis iniuria admodum laesus est. Edidit L. Jurgiewicz *ЖНО.* v. XI p. 11 n° VII. Chersonesi exscripsi in monasterio a. 1883 et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 239. Inde repetiit Domaszewski C. I. L. v. III, Suppl. n° 12911. Hic idem exemplum repeto.

vae.

1	SILVESTRIS
	CRISTI QVETE
	GVNTIVS PE
	QVI AVT
5	IN PETVES
	CAP + A
	IVIV

*Var. lect.* V. 3: GIVNI..., v. 4: OV..., v. 5: INP..., v. 6: CAP..., v. 7 prorsus omisit Jurg.

Quid haec sibi velint, ne Mommsenus quidem certo definivit.

**659.** Fragmentum tabulae marmoreae a tribus partibus praeter dextram mutilum, cr. 0,03 m., a. max. 0,17, l. max. 0,11, tituli Latini diligenter exarati reliquias servans (litt. a. 0,025 m.). Ad ectypum chartaceum edidi *NAK.* f. 14, p. 115, n° 37. Hic ex ectypo accuratius delineandum curavi.

Lapis a. 1904 Chersonesi in arce inventus exstat in museo.



**660.** Fragmentum tabulae marmoreae undique mutilum, a. 0,125 m., l. 0,14 m. Titulus litteris parvulis (a. 0,01 m.) exaratus temporis iniuria valde laesus est. Ad ectypum chartaceum edidi *Mam.* № 9, p. 35, n° 25 (inde repetiit Domaszewski C. I. L. v. III, Suppl. p. 2246, n° 13753), et *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 186, unde repeto.

Fragmentum vere a. 1891 Chersonesi in platea prope novum templum inventum ibidem servatur in museo.

ULLKN  
VIVSA..IOB  
VILIVSIONGV  
vac.?

.....  
... *Octa]rius?* .....  
... *Car]ribius [L]ongu[s]?* ...

De tituli argumento nihil certi proferri potest. Ultimum versum supplevit Hirschfeld (C. I. Lat. I. I.).

**661.** Fragmenta duo tabulae marmoreae cr. 0,035: *a* altum 0,17 m., l. 0,17, a partibus dextra et infima mutilatum; *b* undique mutilum, a. 0,11 m., latum 0,10. Litterae 0,012 m. altae inter lineolas exaratae bene etiam nunc leguntur. Fragm. *b* a. 1891 in coemeterio antiquo inventum ad ectypum chartaceum edidi *Mam.* № 9, p. 35, n° 26 (inde repetiit Domaszewski C. I. L. v. III, Suppl. p. 2246, n° 13752), Chersonesi in museo contuli a. 1900. Fragm. *a* ipse ibidem exscripsi a. 1892 et edidi *Mam.* № 17, p. 79. Utrumque repetii *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 187.



**662.** Fragmentum tabulae marmoris candidi utrimque politae, ab omnibus partibus mutilatum, a. 0,13 m., l. 0,12, cr. 0,022. Supersunt reliquiae tituli litteris 0,035 m. altis exarati. Exscripsi a. 1900 et edidi *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 189, unde repeto.

Fragmentum a. 1899 in Chersonesi rudibus inventum ibidem exstat in museo.

IERCI  
EADQVE  
ITESVA

Versu tertio nescio an legendum sit: [*pro-  
testate sua.*]

**663.** Fragmentum tabulae marmoreae crassae 0,023 m., utrimque politae, ab omnibus partibus mutilatum, a. 0,10 m., l. 0,14. Tituli litterae superstites 0,03 m. altae optime etiam nunc leguntur. Exscripsi et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. IV n° 190, unde repeto.

Lapis a. 1900 in Chersonesi rudibus inventus ibidem servatur in museo.

IERL  
ONIBVS  
IIII

**664.** Tabula lapidis calcarii satis magna (0,70 × 0,42 × 0,23 m.), ad murum construendum adhibita. Infra ad ipsum marginem supersunt litterae quinque (a. 0,013—0,025 m.) tituli Latini, qui videtur consulto erasus esse, cum lapis muro immitteretur. Sub hoc titulo alius videtur fuisse antiquior, ad quem pertinent duarum litterarum reliquiae. Edidi *HAK.* f. 33, p. 47, n° 10, cum imagine ad ectypum delineata ( $\frac{2}{3}$  v. m.), quae hic repetitur.

Tabula a. 1908 Chersonesi prope imp. Zenonis turrim inventa ibidem exstat in museo.

LERIV  
EX

[... Valerius...]

**665.** Fragmentum tabulae marmoreae undique mutilum, a. max. 0,09 m., l. max. 0,04, cr. 0,025, reliquias primi versus tituli Latini servans (litt. a. 0,032). Ad ectypum

chartaceum edidi *HAK.* f. 18, p. 121, n° 36, unde repeto.

Fragmentum a. 1905 Chersonesi inventum prope murum urbis meridianum ibidem exstat in museo.

vac.  
AES [... C]ars[us]...

**666.** Duo frustula tabellae marmoreae utrimque politae, cr. 0,05 m.; *a* altum ut nunc est 0,08 m., l. 0,04; *b* a. 0,08, l. 0,05. Supersunt reliquiae tituli Latini litteris altis quidem (a. 0,03—0,035 m.), sed tenuibus leviter exarati. Edidi *HAK.* f. 33, p. 47, n° 11, cum imaginibus ad ectypa chartacea delineatis ( $\frac{1}{4}$  v. m.), quas hic repeto.

Fragmenta a. 1908 Chersonesi in necropoli ad bovine monasterii re-  
perta ibidem exstant in museo.



In utroque fragmento ne una quidem vox superest integra. Cum in fr. *a* ante *R* litteram spatium appareat vacuum, in quo una littera potuit exarari, conicere licet fragmentum versus initium continere.

**667.** Fragmentum tabulae marmoreae igne adustae, cr. 0,03 m., a. max. 0,14 m., l. max. 0,07, quattuor litteras grandes (a. 0,05 m.) servans. Ad ectypum chartaceum edidi *HAK.* f. 14, p. 115, n° 36, unde repeto.

Lapis a. 1903 Chersonesi in arce inventus exstat in museo.

SO  
L  
D

## X. NEAPOLIS SCYTHICA

(prope Sympheropolim nostram).

Mense Maio a. 1827 in colle antiquitus munito, MD ferre passus a Sympheropoli quae nunc est distanti meridiem versus, ad ripam sinistram fluvii Salgyr (locum Kermentschik i. e. castellum vocant Tataři accolae) tres lapides graece inscripti unusque anaglypho instructus casu inventi sunt. Qua de re Blarambergius a sultano Hatti-Guéréi-Crim-Guéréi, qui lapides acquisivit<sup>1)</sup>, certior factus statim Sympheropolim se contulit, ut solum accuratius fodiendo exploraret. Opere incepto mox ipse eodem loco alterum anaglyphum invenit laterisque fragmentum Apollae (s. Apollonii) astynomi nomine signatum (v. nunc C. I. Gr. 2103 d); alio loco ducentis passibus distanti vasculum fictile inventum est, nummis impletum imperatorum Romanorum a Nerone usque ad Macrinum. Ex anaglyphis alterum imagines duas dimidiatas repraesentat, senis et adulescentis, Scythico vestitu, alterum equitem bracis et chlamyde indutum naturali prope magnitudine. Illud videtur periisse, hoc exstat Odessae in museo societatis. Cum unus e lapidibus inscriptis Sciluri nomine esset insignis, quem Scytharum Chersonesum Tauricam incolentium regem fuisse Mithridatis VI temporibus constat e Strab. VII, 4, 3, unum e tribus Sciluri castellis a Strabone commemoratis prope Sympheropolim fuisse situm statim coniecit Blarambergius, ac Neapolim potius quam Chabon aut Palacium; quin etiam Sciluri ipsius uniusque ex eius filiis imagines agnovit in altero anaglypho, conlatis nummis Olbiopolitarum Sciluri simulacro insignibus; castellum hoc a Graecis fuisse conditum aut certe habitatum titulis probari graece scriptis; cumque alii duo tituli donariis essent inscripti, quae diis Rhodi praecipue cultis a Posideo quodam Posidei f. fuissent oblata, Rhodios id condidisse. Rettulit de his rebus omnibus Blarambergius primum in *Journal d'Odessa* a. 1827 nn° 47, 69, 73 (russ. nn° 70, 71), mox in commentatione singulari, cuius titulus est «*De la position des trois forteresses Tauro-Scythes, dont parle Strabon*» (Odessae 1831). Hac nondum edita titulorum apographa manu scripta cum Boeckhio communicavit, qui edidit eos C. I. Gr. II. II. infra. Hic Bosporanos fortasse vel potius Chersonesitas Heracleotas iustum subiectos post devictos eius loci incolas Scythas vel Tauros coloniam deduxisse Neapolim coniecit, incertam tamen rem esse concedens. Anno 1834 Dubois ibidem in sepulero quodam multas res antiquas invenit, de quibus rettulit in epistula ad Koeppenum data (v. *Журн. Мин. Вн. Дѣл* a. 1835 p. XVI pag. 285 sq.; *St. Petersb. Zeitung* 1835 n° 103; Koeppen, *Крымскій Сборникъ*, p. 330 sq.) et in *Voyage autour du Caucase*, v. VI p. 362 sq. Anno 1853 ibidem comes Uvarov effossiones instituit, de quibus rettulit in Leontjevii «Propy-

1) Koeppen Collect. Crim. (*Крымскій Сборникъ*, a. 1837) p. 328 n. 484 refert Crim-Guéréium illum lapides a Tataro quodam emisse, qui eos aedificio immittere voluisset.

laeis» v. IV p. 527 sq. et in *Извѣст. изъ обществ. общества объ археолог. розысканіяхъ въ 1853 г.*, p. 132 sq.; is docuit Blarambergii opinionem comprobata esse quam maxime inventis ante quattuor annos diotarum ansis duabus, in quibus legeretur ΝΕΑΠΟΛΙΣ (sic in *Извѣст. изъ общества*; ΝΕΟΠΟΛΙΟΣ Propyl.); se ipsum in fodiendo aedificiorum reliquias et inscriptionis Graecae fragmentum repperisse (v. infra n° 672). Iam igitur dixerit quispiam dubitari non posse, quin Neapolis illo fuerit loco. Sed dubitavit quam maxime P. Becker, qui copiose de hac quaestione disseruit in libello, cuius titulus est «*Die Herakleotische Halbinsel*», p. 41 sq. Huius sententiae summa est haec: non unum e tribus Sciluri castellis prope Sympheropolim fuisse, sed eiusdem regni caput, a Graecis quoque habitatum, quos tamen Olbia potius illuc demigrasse, quam Chersoneso; nam Sciluri regnum usque ad Olbiam fuisse prolatum nummis eius in Olbiae rudibus inventis probari; Olbiopolitarum amicū eum fuisse, Chersonesitis inimicissimum; quod Posideus Rhodius fuerit, inde nullo modo concludi posse quod statuerit Blarambergius Rhodios illuc deduxisse coloniam; nam Olbiopolitis cum Rhodiis commercium fuisse vasis fictilibus et vasorum ansis innumeris probari originis Rhodiae, quae quotidie fere in Olbiae rudibus reperiantur; facile igitur fieri potuisse ut Posideus e patria Olbiam, Olbia in Sciluri urbem demigraret; plurimum valuisse eum apud cives inde apparere, quod ad bellum contra Satarchaeos piratas gerendum dux sit creatus (v. n° 672); ansis denique, de quibus rettulerit Uvarovius, urbis nomen inscriptum fuisse minime esse probabile, quoniam in ansis et lateribus urbium nomina non obveniant. Neapolim e regione Inkermani, qui nunc dicitur, fuisse idem studuit probare (assentiente P. Bruunio, *Черноморье* v. I p. 70). Haec ut sint non sine magno ingenii acumine disputata, habent tamen quaedam, quae dubitationem moveant. Sane Posideum illum Olbiae quoque habitasse (aut Olbiopolitam fuisse, ut putat Minns, v. ad n° 77) probat nunc titulus Olbiae inventus, quem supra edidi sub n° 168; sed Neapolim *in media Scythia* fuisse sitam, non in ora maritima apparuit e Diophanti titulo n° 352; deinde cur Uvarovio diffidamus de ansarum inscriptionibus referenti, nullam video causam. Quod autem Buratschkovius 300. v. XII p. 229 sq. lapides prope Sympheropolim inventos Olbia illuc transportatos contendit, mihi quidem omnino videtur improbandum: nam etiamsi quis concesserit Blarambergianorum lapidum originem minus esse certam, si Koeppeno fides est (cf. p. 503 adnotationem), de veritate tamen Duboisii et Koeppeni ipsius et Uvarovii indiciorum, quae probent revera Graecos illic habitasse cum Scythiis, dubitare qui possimus non invenio. His breviter expositis iam ad ipsos titulos accedamus.

---

**668.** Basis lapidis calcarii a. 0,16 m., longa 1,07, lata 0,95. Titulus litteris c. 0,025 m. altis inter lineolas exaratus hodie propter lapidis mollitiem perquam est laesus, maxime quidem a parte dextra. Edidd. Blaramberg, *De la posit. des trois fort. tab. lith. n° 3* (inde P. Koeppen, *Крымскій Сборникъ*, p. 327). Boeckh, C. I. Gr. II n° 2103 ad Koehlerii et Blarambergii apographa manu scripta. A. 1883 Odessae exscripsi in museo societatis et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 241. Nunc iterum ectypum inspexi.

ΒΑΣΙΛΕΥΣΣΚΙΛΟΥΡΟΣΒΑΣΙΛΕΥΣΜΕΓΑΛΟΣ  
 ΤΟΛΕΑΥΤΟΥΒΑΣΙΛΕΙΑΣ

*Var. lect.* V. 1: ΣΚΙΛΟΥΡΟΣΒΑΣΙΛΕΥΣΜΕΓΑΛΟΣ Blar., quem litteras punctis notatas de suo addidisse sponte patet. «Vs. 1 extr. primae schedae a Köhlero missae praebebant ΒΑΣΙΛΕΥΤΑΤΟΣ, quum in Ephem. Odess. nihil nisi ΒΑΣΙΛΕΥΣΣΚΙΛΟΥΡΟΣ [typis sane vulgaribus] editum esset: sed recte vir peritissimus in litteris nuperrime ad me datis de veritate vocis βασιλεύτατος dubitavit». Boeckh, qui ideo post ΒΑΣΕ notavit lacunam. V. 2 post lacunam ΤΟΛΕΑΥΤΟΥΒΑΣΙΛΕΙΑΣ/ Blar. exemplum editum, ΤΟΛ'ΕΑΥΤΟΥ-ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ - - - - Boeckh, post Λ interpunctionem habere Blarambergium (scil. in schedis) monens.

Titulus in integrum restitui vix potest. Quod Boeckhiius legendum proposuit Βασιλεύς Σκίλουρος βασ[ιλέων μέγας], τὸ λ' ἑαυτοῦ βασιλείας [ἔτος] - - -, neque apographo meo probatur, nec omnino Graecum est: nam et articulus τῆς requiritur v. 2 ante ἑαυτοῦ et pro accusativo potius genetivus aut dativus cum ἐν coniunctus fuit expectandus. Equidem v. 1 extr. nihil nisi patris Sciluri nomen periisse puto: Βασιλεύς Σκίλουρος βασ[ιλέως. . . . .]ος; v. 2 medio videtur βασιλ[ι]σ[σ]α fuisse scriptum; de βασιλείας voce certe non est cogitandum.

**669.** «Fragmen tabulae marmoris candidi magn. 0,11 × 0,16 m., litteris 0,02 m. altis inscriptum. In parte postica adscriptum est Sympheropoli illud esse allatum». Exscripsit a. 1892 Iac. I. f. Smirnov in praedio Poretshje (cf. supra ad n° 161). Edidi *ΣΗΡΑΟ*. v. VII p. 86, n° 241<sup>1</sup>, et iterum *IosPE*<sup>1</sup>. v. IV n° 191, unde repeto.

ΛΕΥΞΧΩ  
 ΨΑΛΑΚΟΥ

[Βασ]ιλεύς Χώδ[αρίζος? . . . .

Ψομψ[αλάκου . . .

V. 2 primam litteram Ψ, non K sibi visam esse adnotavit Smirnovius. Titulus videtur esse dedicatorius. Χωδάρζου et Ψομψαλάκου nomina Olbiae obveniunt (v. indices), sed regem Chodarzum aliunde non novimus (de nomine Χωδάρζου cf. quae diximus ad n° 94).

**670.** Basis marmoris cinerei fere integra, a. 0,39 m., longa 0,61, lata 0,49. In superficie foramina comparent ad donarium infigendum facta. Titulus in fronte litteris 0,015—0,018 m. altis inscriptus optime legitur. Ed. Blaramberg l. l. ad n° 668 p. 16 et tab. 4 (inde Koepfen *Kp. Cb.* p. 329, n. 488) et ex eiusdem schedis manu scriptis Boeckh, C. I. Gr. 2103*b*. Odessae exscripsi in museo societatis et edidi *IosPE*<sup>1</sup>. v. I n° 242, unde repeto.

ΔΙΑΤΑΒΥΡΙΩΙ ΠΟΣΙΔΕΟΣ ΠΟΣΙΔΕΟΥ  
ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΝ

Δι' Ἀταβυρίῳ Ποσίδεος Ποσιδέου  
χαριστήριον.

Varia lectio nulla est, nisi quod A formam dederunt editores non recte.

De Posideo v. supra ad nn° 77 et 168 et pag. 503. Eundem Olbiae Ἀφροδίτη Εὐπλοία donarium nescio quod dedicasse admodum est probabile: certe litteratura omnium Posidei titulorum unius est aetatis, de qua Stephanius recte videtur iudicasse (v. lemma n° 168).

**Переводъ.** Зевсу Ἀταβυρίεкому Ποσίдей Ποσιδέεω̄ посвятилъ благодарственнос приношеніе.

**671.** Basis marmoris candidi fracta a parte postica, laesa in fronte, a. 0,17 m., longa 0,25, lata 0,22; in superficie cavernae duae comparent formae ovatae. Tituli pars quae exstat facilis est lectu (litt. a. 0,015—0,02 m.). Edid. Blaramberg l. l. ad n° 670 et ex eiusdem exemplari manu scripto Boeckh, C. I. Gr. 2103 c. Odessae in museo societatis exscripsi et edidi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 243. Hic ex ectypo accuratius delineatum titulum praebeo ( $\frac{1}{3}$  v. m.).

ΗΝΑΙΑΙΝΔΙΑΙ  
ΕΟΣ ΠΟΣΙΔΕΟ  
ΡΙΣΤΗΡΙΟΝ

[Ἀθη]ναί Λινδαί

[Ποσιδ]εος Ποσιδέου

χαριστήριον.

*Var. lect.* Blarambergius, ut solebat, adrasis litteris in tabula ea exprimenda curavit, quae in lapide iam non exstabant: v. 1 in. ΑΘ, v. 2 in. ΠΟΣΙΔ, extr. Υ, v. 3 in. ΧΑ. Inde apparet quod ipse edidit exemplum rectius esse comparatum, quam id, quod Boeckhio miserat: in hoc enim v. 1 legitur - - ΗΝΑΙΑΙΝΔΙΑΙ - - -, v. 2 in. - - ΔΕ, extr. ΟΥ. Ceterum ex eis, quae in diario Odess. l. l. referuntur, apparet Blarambergium primo titulum non recte intellexisse: narratur enim de Napaea quadam nympa.

**672.** «Fragmentum marmoreum cum inscriptione Graeca», ab Uvarovio inventum. Exstat in «Изв. арх. изъ отч. объ археол. розыск. съ 1853 году» p. 134, n° 50, ligno incisum ( $\frac{1}{8}$  v. m.); e delineatione patet lapidem ab omnibus partibus praeter dextram esse integrum. Uvarovii exemplum typis exscripsi IosPE<sup>1</sup>. v. I n° 244. Hic imaginem ipsam in zinco exprimendam curavi. Lapidem Smirnovius vidit a. 1892 in v. Poretschje (cf. ad n° 161). Scripsit lapidem crassum esse 0,24 m.; in superficie conservari vestigium dextri statuæ pedis. 0,16 m. longum; litteras altas esse circa 0,02; titulo occupatum esse spatium 0,33 × 0,105 m. Ad dextram spectanti fractum esse frustum, in quo essent litterae ΝΤ. Smirnovii apographum



ab edito ea tantum re differt, quod alterum E ultimi versus integrum praebet, (Haec monui IosPE<sup>1</sup> v. IV add. p. 284).



Ἀχιλλεῖ νήσου [μεδέοντι]  
Ποσίδεος Ποσι[δέου τούς]  
Σαταρχαίους [νικήσας]  
πειρατεύσαντ[ας ἀνέθηκεν?].

Satarchas gentem Chersonesi Tauricae memorant Pomponius Mela de chorogr. II, 1, 4 («*subit tum ripam mare, et donec quinque milium passuum spatio absit a Maeotide, refugientia usque subsequens litora, quod Satarchae et Taurici tenent paene insulam reddit*»), Valerius Flaccus Argon. IV, 144, Satarcheos Plinius N. h. VI, 7. 7, Σατορχαίους Stephanus Byz. s. v. Τάρρα. Verum gentis nomen ex hoc demum titulo innotuit. Νῆσος sine dubio est Leuce.

**Переводъ.** Ахиллу [владыкѣ] острова [посвятилъ] Посидей Посидеевъ, [побѣдивъ] пиратствовавшихъ Сатархеевъ.

**673.** «Fragmen tabulae marmoris candidi a. 0,16 m., l. 0,17, litteris circa 0,02 m. altis. In parte postica scriptum est Sympheropoli illud quoque esse allatum». Exscripsit a. 1892 Smirnov in v. Poretschje (cf. ad n° 161). Edidi *ЗИРАО*. v. VII p. 86, n° 244<sup>1</sup> et iterum IosPE<sup>1</sup>. v. IV n° 192, unde repeto.



.....  
...βα]σιλει[.....  
Ἀχιλλεῖ καὶ θεοῖς  
[πᾶσι]ν.

Titulus est dedicatorius, saeculo II a. Chr. non recentior.

## XI. CHARAX.

(Ai-Todor).

(Totam de Charace commentationem scripsit et titulos explicuit M. Rostovzev).

Tauridis litus meridionale in duas partes scinditur promunturio, quod nunc Ἄγιος Θεόδωρος vocatur (vulgo Ai-Todor pronuntiat); cum enim adhuc ab oriente aestivo ad occidentem hibernum litus vergeret, nunc mutata regione paene recto itinere ad occidentem aequinoctialem tendit, donec Simeisi promunturio finiatur. Ipsum autem ab Iailae clivo, cuius hic altissimum cacumen S. Petri est, satis depressa valle divisum ex tribus promunturiis constat. Quorum septentrionale (olim Dakaknali vel Dakaknari Toprak itemque Monastir-Burun appellatum, nunc ab insipido quo coronatur aedificio Hirundinis nidus) antiquitus innotuit Graecae ecclesiae ruinis, quae nunc iam non apparent. Medio nomen est Liman-Burun vel Issar; in eo Koeppenus aedificii cuiusdam, non ecclesiae tamen, rudera vidit, inque iis aliquot postes e marmore albo altos sesquicubitum Rossicum, crassos paulo minus semicubitum, quorum nunc nullum extat vestigium. Tertium, area amplissimum, in tabulis medio aevo vel renascentium litterarum aetate confectis ita notatum est: a. 1318 — Cavo Sti Todore, a. 1367 — Sto Taodoro, a. 1408, 1514, 1561 — S. Todoro, a. 1480 et 1487 — S. Todero (v. Кеппень, *Крымскій Сборникъ*, p. 192, n. 290).

A geographis Ptolemaeo antiquioribus hoc promunturium non commemoratur<sup>1)</sup>; ipse Ptolemaeus vico, qui in eo situs est, Characis nomen tribuere videtur (v. Ptol. III, 6; cf. Ю. Кулаковскій, *Карта Евронейской Сарматіи по Птолемеею*. Кіевъ 1899; *ЗИРАО*. X (1899), tab. VIII; Латышевъ, v. маппам in «Scythicis et Caucasicis» et *Фил. Об.* 1899, p. 95; *Песчѣа*, p. 406; О. Браунъ, *Разысканія въ области гото-слав. отношеній*, I (1899), v. маппам № 2). Quod autem proxime Characem a Ptolemaeo Criumetopon nominatur, facile collegeris aut duas promunturii partes ab eo nuncupari, aut Criumetopu nomine ab eo S. Petri montem insigniri; nec tamen huius loci est totam de Criumetopo quaestionem multiplicem hercle et arduam tractare.

Atque Characis quidem nomen ad eum ipsum vicum pertinuisse, cuius rudera in Ai-Todori promunturio inventa sunt, eo verisimilius fit, quod amplae *castelli* reliquiae in eo et olim extabant et nunc videntur. Hae reliquiae satis accurate descriptae sunt a Koeppeno (*Крымскій Об.*, p. 190, c. XXX), qui etiam castelli formam adumbravit cum muro circumdante; nec sine fructu descriptionem consulueris, quam curavit Dubois de Montpéreux,

1) Plinius tamen N. h. IV, 82. inter sex oppida Taurorum Characenos quoque nominat.

*Voyage autour du Caucase*, v. VI, p. 72. Uterque praeter murum etiam aedificii magni parietinas notat in extrema urbe sub ipso muro sitas<sup>1</sup>).

Maxima vero antiquarum rerum copia hic inventa est, cum pharus aedificaretur, quae nunc oppidi antiqui magnam eamque editissimam partem occupat (inter eas fuit titulus Latinus, quem infra dabimus sub n° 677); quas funditus periisse dolemus, descriptas tamen antea a Kondarakio (v. B. Кондараки, *Въ память столѣтня Крыма. Исторія и археологія Тавриды*. Москва 1883, p. 217 sqq.).

Tum inde ab anno maxime 1898 agri Ai-Todorici possessor Magnus Princeps Alexander Michaelis f. promunturium opera data effodere coepit, quae res hunc inter cetera habuit fructum, ut nunc iam pro demonstrato habere possimus, vicum in Ai-Todoro situm rationibus vere militaribus inserviisse duplicique muro circumdatum fuisse, scilicet interiore a Romanis demum erecto et exteriori Romana aetate haud scio an antiquiore, et castelli Romani vice functum esse inde a saeculo primo p. Chr., ut videtur, exeunte vel secundo ineunte usque ad saeculi tertii partem posteriorem; quod tempus nummis antiquis definitur partim Romanis, partim ad Chersonesum et colonias Romanas in Thracia, Bithyniaque et Ponto sitas pertinentibus, cum ipse militaris vici ut dicunt typus inscriptionibus inventis confirmatus sit.

Inter effossas oppidi partes eminent balnea Romana, ampla et pro loci mediocritate honesta, qualia in omnibus castellis Romanis inveniri solent cum alibi, tum ad Rhenum; in Britanniaque et ad Danubium. Aedificium ex parte latericium est; lateres aliquot officinae signa exhibent, quae signa in IosPE. v. tertio edentur. Hic illud tantum moneo, tres illic inveniri signorum formulas. Ex eis una ita legitur: *Per L. A( . . . ) C( . . . . ) (centurionem) | leg(ionis) I It(alicae) praep(ositum) | vex(illationis) Moes(iae) inf(erioris)*; altera: *le(ionis) XI Cl(audiar)*. Tertia primo ita a me legebatur: *vex(illatio) c(lassis) Rav(ennatis) s(ua) p(ecunia)*; nunc tamen haec ita supplenda esse non affirmaverim, potiusque ex ultimi versus litteris centurionis nomen eliciendum esse censeo, qui vexillationi praepositus fuerit, puta *C. Rav(onius vel -illius) Sp(ectatus)*, quae supplementa tamen exempli causa attuli, quia Ravonii et Ravillii nomina in Pannonia occurrunt<sup>2</sup>).

Iam cum secundae formulae signa etiam Chersonesi inveniantur; cum porro titulis cum aliis tum Chersonesitanis doceamur ibi praesidium Romanum fuisse haud sane infirmum, e Moesiae inferioris exercitu emissum una cum classis Moesicae parte, ut non immerito hanc quasi arcem Tauridis a Romanis obtinendae dixeris; cum denique Flavii Iosephi testimonio (Bell. Iud. II, 16, 366) demonstratum sit etiam antea, scilicet Neronis Flaviorumque aetate, Tauridem satis firmo militum Romanorum praesidio occupatam fuisse classemque Romanam

1) Cf. P. S. Pallas, *Bemerkungen auf einer Reise über die südlichen Statthalterschaften des Russischen Reichs* (Leipzig, 1801), II, p. 167, qui tamen promunturium ipsum non visit neque omnino quidquam de eo novit, nisi ostras in mari vicino capi solere; П. Сумароковъ, *Досуги Крымскаго судна*, p. II (Petr. 1805), p. 200 (rudera

monasterii nuncupat). Nihil novi exhibet Neumann, *Die Hellenen im Skythenlande*, p. 452 sqq.

2) Priora supplementa mea ea re infirmantur, quod C aegre in *c(lassis)* solveris, tum vero quod abest sollemne classis Ravennatis vocabulum — *praetoria*. Ne hoc quidem probabile est, in *SP* formulam *s(ua) p(ecunia)* latere.

Pontum Euxinum tenuisse, dubitari iam nequit partem praesidii Taurici secundo p. Chr. saeculo etiam in Ai-Todori promunturio collocatam fuisse; quamquam fieri potest, ut ipsum castellum iam antea exstructum sit, Neronis puta aut Flaviorum aetate, loco antiquioris Taurorum castelli.

Praeter balnea, de quibus supra diximus, etiam alia aedificia sane memorabilia et in castelli area et extra muros effossa sunt unaque monumenta epigraphica non pauca. Ac iuxta balnea in ipso litore exstructa platea cum porticu apparuit, foro non dissimilis; paulo inferius ad interiorum murum ampla piscina, quam Nymphaeum diximus (v. n° 680), et duae aliae in urbis parte inferiore; denique a. 1907 extra murum exteriorum parietinae inventae sunt sacelli cum tabulis aliquot caelatis, partim diis patriis, partim Thraciis, partim vero orientalibus, velut Mithrae. dicatis, in quibus erant titulis quoque insignitae (v. n. 674), ibidemque — fortasse iuxta viam a castello ducentem — aliquot beneficiariorum vota, quibus demonstratur praesidio castelli adiunctam fuisse beneficiariorum stationem, quibus agri tutandi cura commissa erat. Hic enim inde a saeculo II in provinciis a Romanis exercitu occupatis mos fuit, quo diligentius hominum per regionum vias meatus custodiretur.


Haec omnia expectationem movent terra accuratius perscrutanda etiam alia nondum cognita inveniri posse; sed etiam his, quae adhuc inventa sunt, verisimile fit castellum Ai-Todoricum cum tota similium propugnaculorum serie conexum fuisse cum in litore, tum in agro iuxta vias, quae Chersonesum cum Tauride superiore itemque cum regni Bosporani finibus coniungebant. Facile enim tibi persuadebis Romanos etiam in Tauride litem posuisse eorum similem, qui ad Rhenum Danubiumque, in Britannia, in Syria, in Arabia apparuerunt.

De Ai-Todoro effosso nemo ita in universum egit, ut omnia quae ibi inventa sunt proponeret; exstant in museo prope ruinas sito. Cf. М. Ростовцевъ, Римскіе гарнизоны на Таврическомъ полуостровѣ и Ай-Тодорская крѣпость. *ЖМНЦр.* 1900, Мартъ; *Клио* (*Beiträge z. alten Geschichte*), v. II (1902), p. 60 sqq.; *ИАК.* f. 40, p. 1 sqq.; Θ. Виноградовъ, Римскія развалины на Ай-Тодорѣ. *Гермесъ*, v. VI (1910), pp. 248 sqq., 278 sqq.

**674.** Ara ex lapide calcario duro domestico facta, dextro angulo superiore nunc effracto; in latere sinistro rosae pars inferior. A. 0,91 m., l. in frontem 0,33, in agrum 0,26, litteris a. 0,04. Inventa Ai-Todori in seminario, cum arbores oblaquearentur, asservatur ibidem in museo. Edidi *ИАК.* f. 40, p. 5, n° 1 et des. 4, quae designatio hic iteratur (circa  $\frac{1}{9}$  v. m.).

(*Textum v. p. 511*).

Ummidium Quadratum legatum fuisse Moesiae inferioris certum est, quamquam nomen eius inter legatos eius provinciae hucusque notos nondum repertum (cf. S. E. Stout, *The Governors of Moesia*; П. Филовъ, *Изв. на Българското археологическо дружество*, v. III (1913), p. 345). De tempore cum ipsius tum tituli inde capienda est coniectura, quod bene-



*I(ovi) O(ptimo) M(arimo)*

*M. Gemini-  
us Fort[i]s*

*b(cne)f(iciarius) Ummid[i]*

*Quadrati*

*co(n)s(ularis)*

*c(otum) [s](olvit) l(ibens) m(erito).*

ficiariorum stationes, ut A. Domaszewskius demonstravit (*Westd. Zeitschr.* 1902, p. 210), in provinciis Romanis non ante Hadrianum Caesarem precrebuerunt.

Tauris autem firmiter et data opera occupari coepta est ab eodem Hadriano, quo efficitur titulum nostrum secundo p. Chr. saeculo antiquiorem non esse. Tum vero ea est verborum conformatio, ut saeculo tertio, quo beneficiariorum tituli modo non omnes referri solent, assignari non possit. Eo enim tempore id hominum genus simpliciter *bf. cos.* nominari solet, scilicet eius, qui provinciae imperium obtinebat, ipsius nomine non addito, cum prioribus saeculis nominatim certo praefecto addici soleant; cf. Cagnat, *Ann. ép.* 1909, n. 37: *Sex. Sulpicius Sex. f. Quir. Senilis mil. leg. III Aug. (centuria) Caesoni benef. Tetti Iuliani et Iavoleni Prisci leg. Aug. etc.* (a. 76 et 83 p. Chr.); CIL. XIII, 5609: *[I.] O. M. et genio loci Q. Ta. . . ius Saturninus bf. Caeserni Statiani cos.* (a. 150 p. Chr.); Cagnat, *Ann. ép.* 1905, 61 (eiusdem temporis). Non facile igitur crediderim saeculo II posteriorem esse titulum, quem explico. Ad arctius vero circumscribenda tempora haec forsitan valeant. In laterculo militum XI legionis Claudiae (CIL. III, 7 441) a. 155 confecto et Ummidium Quadratum (№ 60) et Aurelium Quadratum (№ 45) invenimus; in eodem catalogo a T. Flavio Longino Moësiam inferiorem obtinente posito sub № 68 militis nomen habes *Fl. Lon[g]inum*, sub № 6 *Iulium Longinum*, sub № 55 *[Au]r. Longinum*. Iam cum notum sit peregrinos in legiones receptos saepe ab imperatore nomen accepisse, quo auctore civitatem a Caesare impetraverant,

facile collegeris Ummidium Quadratum Flavii Longini tempora proxime praecessisse. Ex notis eius aetatis Ummidiis ambigi potest inter Anniae Faustinae virum (Pros. imp. Rom. III, p. 469, n. 601) patremque eiusdem (ibid. p. 470 n. 603).

**675.** Ara lapidis calcarii domestici tota servata, sed in duas partes fracta, a. 0,63 m., l. supra 0,25, in media parte 0,18, litteris altis 0,03—0,035 m. Inventa in sacelli parietinis, asservatur in museo. Edidi *HAK.* f. 40, p. 5, n<sup>o</sup> 2, des. 5, quae hic iteratur (circa  $\frac{1}{8}$  v. m.).



*I(ovi) O(ptimo) M(arimo) Cons(ervatori)*  
*T. Fl(avius) Celsi-*  
*nus b(ene)fic(iarius) c(onsularis)*  
*leg(ionis) XI Cl(audiac)*  
*pro sal(ute)*  
*sua et fi-*  
*liorum r(otum) p(osuit).*

Nomen T. Flavi Celsini occurrit in laterculo speculatorum legionum I et II Adjutricum Aquinci a. 228 confecto (CIL. III, 3524). Senioris aetatis esse titulum et *c* nota arguit pro *consularis* vocis compendio, et commemorata legio XI, e qua sola saeculo III Tauridis praesidia emitti solebant.

**676.** Ara lapidis calcarii domestici. Pars superior defracta est; eius tamen particula cum inscriptione votiva servata esse videtur. Alta est 0,65 m., l. media 0,275, litteris v. 1 altis 0,05 m., ceterorum 0,04—0,035. Inventa una cum n<sup>o</sup> 675, asservatur in museo. Edidi *HAK.* f. 40, p. 6, n<sup>o</sup> 3, des. 6, quae hic iteratur (circa  $\frac{1}{8}$  v. m.).

(*Textum vide p. 513*).

Littera **Q** v. 2 extr. in titulo delineando mendose omissa est. V. 4 ultimum **A** in lapide clara luce dispicitur.



*I(ori) O(ptimo) M(aximo)*

*dis deab(us)que*

*Domiti-*

*us Acemilia(nus)*

*b(ene)f(iciarius) co(n)s(ularis) pro sal(ute)*

*sua et su[or(um)].*

**677.** Pilae fragmentum ex lapide calcario domestico, mensurae ignotae, inventum Ai-Todori loco non indicato a phari custode Stucalino. Edidit V. Kondaraki l. l. supra p. 509. Ipsum lapidem frustra quaesivit Magnus Princeps Alexander Michaelis f. Cf. quae dixi *ИАК.* f. 40, p. 36 sqq., titulo repetito p. 37.



Restitui titulus non potest, nisi quod v. 2 *vexil[l]a(tionem)* commemorari certum est; v. 3 legi posse videtur ala vel cohors *Arrevacorum*, quoniam alam II Hispanorum et Arvacorum Moesiam inferiorem tenuisse aliunde cognitum habemus (v. Cichorius, in Pauly-Wissowa R.-E. I, 1230; Филовъ, Помощникъ войски на римската провинция Мизия. *Извѣстия на истор. друж.*, II (1906), p. 20, № 1). V. 4 nomen apparet *Pompe[ius]*. Non absonum est voti nos reliquias habere in

Caesaris honorem a vexillatione Characena soluti, ut v. 3 nominatus sit exercitus Taurici imperator, alae Arrevacorum praefectus, v. 4 centurio praesidio Characeno praepositus; cf. titulum Ecmiadzinensem *ИАК.* f. 33, p. 1 sqq.

**678.** Tabula ex marmore crasso albo facta, fracta in 26 frusta, ex quibus tamen fere integra restitui potuit praeter aliquot fragmenta media modicamque particulam supra a sinistra et totum caelaturae cum margine angulum dextrum inferiorem. Alta est 0,365 m., l. 0,29, cr. 0,024. Caelatura Bacchum stantem exhibet pampino coronatum, nebride in umerum

laevum coniecta, ceteroqui nudum, cothurnatum, sinistra thyrso iunxum supra in malum punicum desinente, dextra demissa uvam tenentem. Ad dei pedes a sinistra panthera sinistrorsum spectans, pedibus prioribus cistae mysticae innixis. Pantherae rictum ludibundum tractat Pau (s. Faunus) stans, nudus, corniger et capripes. Ex utroque angulo inferiore amplius crescit vitis, totum caelaturae spatium pampinis opplens, cuius sinistro palmiti superstat Satyrus minutus dextrorsum spectans, dextra uvam decerpens, sinistra bucinam ori admovens, palmes dexter superior alterum satyriscum sustinet sinistrorsum spectantem, qui et ipse uvam decerpit vel desecat, infra tertius dextrorsum in palmitate semisupinus sinistra uvam praegrandem arripit. In margine inferiore titulus exaratus est. Tabula inventa est in sacello, asservatur Ai-Todori in museo. Edidi *HAK.* f. 40, p. 13 sq. des. 1, ex qua hic titulum exscribo.

AYP. IOY AYP IOYA E  
ANΘΗΚΑ

Αὐρ(ῆλιος) Ἰου(λιανός(?)) Αὐρ(ηλίου)  
Ἰου(λιανού) ἐ[χ τῶν ιδίων] | ἀν[έ]θηκα.


Supplementa nostra pro certis haberi non possunt. Dedicasse videtur praesidii miles. Similes caelaturae cum similibus titulis plerumque Graecis saepissime in Thracia occurrunt.

**679.** Dexter angulus inferior lapidis marmorei quadro non ornati, a. 0,07 m., l. 0,075, cr. 0,02. Inventus est Ai-Todori, servatur ibidem in museo. Edidi *HAK.* f. 40, p. 42, n° 2.

ΟΙ  
NOPE |  
S L M  
etc.

.....  
[Parthe]νορα  
[σ(οτυμ)] σ(ολειτ) λ(ιβενς) μ(εριτο).

**680.** Duo fragmenta amplissimi epistylii e lapide calcario cum inscriptione; fr. *a* longum est 0,14 m., *b* 0,08. Litterae 0,07 m. altae introrsum minio sublatae sunt. Inventae sunt, cum piscinae maximae scalae grandes effoderentur, cuius porticum antiquitus ornasse videtur epistylum. Asservatur in museo. Edidi *HAK.* f. 40, p. 41, n° 1, unde repeto.



[N]ymph[acum].


Ita hasce reliquias Magnus Princeps Alexander Michaelis f. supplevit.



**681.** Fragmentum marginis inferioris prostypi marmorei votivi, a. 0,015 m., cr. 0,02. Inventum Ai-Todori, asservatur in museo. Edidi *HAK.* f. 40, p. 42, n° 3.

P. 28 v. 22 pro «v. indicem IV, 3» lege: (v. n° 215).  
 P. 37 ultima littera «m» lege: (v. n° 215).  
 P. 38 v. 1 dele verba «et exscriptum».

**682.** Fragmentum tabulae grandis marmoreae, ni fallor, titulum honorarium exhibentis, a. 0,22 m., l. 0,12, cr. 0,035; litterarum a: 0,045 m. Inventum Ai-Todori, asservatur in museo. Edidi *HAK.* f. 40, p. 42, n° 4.



SI  
 EP  
 P

XII. TAURIDIS ORA MERIDIANA.

**684.** Basis marmoris cinerei a sinistra mutilata, a. 0,20 m., longa 0,65, lata 0,30. Titulus litteris bonae aetatis inscriptus in media parte laesus est. Eddi Raoul-Rochette, *Ant. gr. Bosph. Cim. tab. IX, n° 7* ex schedis Stempkovskii, Boeckh, *C. I. Gr. II n° 2102* ex Rochetto et add. p. 1001 ad Duboisii, apographum accuratius Dubois, *Voyage autour du Caucase*, atl. sér. IV pl. XXVII, n° 17. Koeppen, *Крымский Сборник*, p. 21. Mursakewicz, *Журнал*, 1887, т. 3, стр. 67. Edidi IosPE<sup>4</sup>. v. I n° 245, unde repeto.

Lapis Theodosiae in museo (cum quo asservatur) Nimitae eum in horto imperatorio esse inventum dixit Koeppen *Nordgest.* p. 78, Gursuphum inter et Nikitam idem *Kp. Сб.* l. l. et Murs. l. l.; sed de veritate huius indicii e catalogo musei Theodosiani sumpti ipse dubitat Koeppen propterea quod titulus omnibus aliis in Chersonesi Tauricae ora meridiana inventis multo sit antiquior. Equidem ob eandem causam lapidem Panticapaeo potius tribuerim cum Duboisio: inde facile Theodosiam transvehi potuit cum aliis duobus tribus quorum origo Panticapaeensis non est dubia.

ΛΕΟΞΥ████████████████████ΟΣΗΡΑΚΛΕΙΤΟΣ  
 ΕΡΤΟΥ.Λ████████████████████ΟΥΡΙΔΑΤΟΥΗΡΑΚΛΕΙ

*Var. lect.* V. 1 in. ΛΕΟΥ Roch., ΚΛΕΟΣ Dub., ΔΕΟΣ οΣ E Koepf.; extr. ante nomen proprium Σ solum addunt Roch. K., post nomen lacunam indicat Roch. — V. 2 in. ΡΤΟΥ Roch. K., ΡΙΤΟΥ Dub., post lacunam ο omittunt Roch. Dub. — Murs. omisit omnia, quae sunt ante lacunam, et post lac. v. 1 dedit ΗΡΑΚΛΕΤΟΣ, v. 2 ΤΥ etc. — In lacuna v. 1 perierunt litterae fere 12.

Titulum certa via restituere nondum contigit.

[Ἐπι βασι?]λέος υ. . . . .ος Ἡράκλειτος  
 [ὑπ]έρ τοῦ [ἀ]δ[ελφοῦ αὐτοῦ? Κ]ουριδάτου Ἡρακλεῖ.

Quod Boeckhii proposuit v. 2 Τυριδάτης pro Τιριδάτης, propter ο litteram quae fuit ante Υ ferri non potest. Herculis religionem a Chersonesitis Heracleotis idem repetit; sed eundem Panticapaei quoque esse cultum probat inscriptio a nobis post Stephanium edita IosPE<sup>1</sup>. v. II n° 24. Titulus saeculo III a. Chr. non est recentior. Viri nomen v. 2 dubitanter supplevi conlato Κουριδάχος nomine Scythico ap. Priscum Panitam (Müller, Fr. H. Gr. IV, p. 82).

FINIS VOLUMINIS PRIMI.

## ADDENDA ET CORRIGENDA.

### I. Addenda et corrigenda in titulis editis.

Ad n<sup>o</sup> 144 et 193. Iam hi tituli typis exscripti erant, cum imagines eorum solis ope factas humanissime misit Warnecke. Quas hic appono in zinco expressas, quo melius litteratura titulorum cognoscatur.

N<sup>o</sup> 144.



N<sup>o</sup> 193.



In titulo 193 viri cognomen nescio an fuerit Ἀμοίνοσ, id est *Amocnus*.

P. 28 v. 22 pro «(v. indicem IV, 3)» lege: (v. n<sup>o</sup> 215).

P. 37 ultimo v. pro «(v. infra)» lege: (v. n<sup>o</sup> 325).

P. 38 v. 1 dele verba «et exscriptum».

P. 41. Is qui titulum 30 delineavit non recte excepit ductus, qui exstant initio v. 2: ponendum erat Σ. ΝLP etc.

P. 57 v. 1 lege: n° 43, Αγγαίων n° 45. . . . Πόννημος n° 39.

P. 64 ad n° 38. Lapidem, cui titulus inscriptus est, antea fuisse epistylum aedificii cuiusdam probant ornamenta (astragali), quae in ima lapidis parte supersunt. Lapis e consilio archaeologico missus est in museum universitatis Petropolitanae.

P. 66 v. 6 post «explicabimus» insere: (v. n° 187).

P. 69 v. 17 pro «(v. indices)» lege: (v. nn° 106, 169, 175).

P. 78 in commentario v. 5 post «dabimus» insere: (n° 174). Item p. 81 in comm. v. 7 post «probavimus».

P. 88 in commentario v. 5 pro «(titulum v. infra)» lege: (v. n° 100).

P. 91 v. 5 post «dabimus» adde: (n° 103).

P. 93 v. 8 lege: (v. infra n° 174).

P. 102 ad n° 73 titulus «*Fragm. a*» dextrorsum movendus et supra transcriptionem ponendus est.

P. 103 inter eos, qui titulum 76 repetierunt, adde: Minns, *Scyth. and Gr.* p. 643, n° 8.

P. 106 in comm. n° 77 v. 5 post «posuit» adde: (n° 168).

P. 108 in lemme n° 79 v. 2 extr. post «infra» adde: n° 182. Item p. 110 in commentario v. 18.

P. 110 in comm. v. 2 post «infra» adde: n° 181.

P. 117. Titulum n° 84 litteris minusculis repetiit Minns l. l. p. 643, n° 11.

P. 122 in adnotatione col. 2 pro «(v. indices)» lege: (v. n° 185).

P. 125 in transcriptione n° 92 vv. 8—9 lege: Κάσαις Παρονού[γρου ἀνέθηκαν κτλ. (cf. infra ad n° 686).

P. 137 v. 2 pro eis quae uncis inclusa sunt lege: (scilicet octavus, ut primus versus fragmenti *b* ab initio nonus sit).

P. 150. Titulum n° 128 litteris minusculis repetiit Minns l. l., n° 12.

P. 151 v. paenultimo pro «(v. indices)» lege: (v. n° 200).

P. 154. Titulum n° 130 e mea editione priore repetiit Minns l. l. n° 13 litteris minusculis.

P. 161 in commentario tituli 136 monendum erat Theodorum Tumbagi f. inter praetores commemorari n° 94.

P. 181. Titulum n° 167 litteris minusculis repetiit Minns l. l. p. 644, n° 14. In eiusdem tituli commentario p. 182 v. 10 post nomen Mucatralis adde: (n° 237).

Ibid. in commentario n° 168 v. 6 lege: (v. infra nn° 670—672).

P. 187 v. 2 post «dabimus» adde: (n° 199).

P. 190 in comm. v. 10 pro «inter praetores» lege: inter archontes.

P. 193 ad n° 179. Lapidis partem anticam descripsit Watzinger, *Griechische Grabreliefs aus Südrussland*, p. 18, n° 129, addita imagine obscura in tab. VIII.

P. 212 ad n° 195. Titulum litteris minusculis repetiit Minns l. l. p. 640, n° 6.

P. 230 ad n° 215. Titulum repetiit Minns l. l. n° 4a.

P. 232 ad n° 218 adde lapidem Odessae servari in museo societatis. Item p. 250 ad n° 251.

P. 234 ad n° 221 adde: cf. Minns, *Scyth. and Gr.* p. 420.

P. 242 ad n° 232. Cf. quae de hoc titulo scripsi Hermae russici (*Гермае*) a. 1915 n° 20, p. 453.

P. 260 ad n° 280 adde lapidem a. 1905 inventum servari in museo universitatis Petropolitanae.

P. 270. Titulus latinus, qui numero 324 signatus est, potius p. 282 post n° 338 erat ponendus, quoniam certo non constat, unde prodierit.

P. 273 in comm. v. 1 lege: Versibus 1, 2, 4, 16 Točilescu supplementa adoptavi etc. (nam versum tertium ipse supplevi).

P. 293 ad n° 347. Invento titulo n° 691 (add.) apparuit titulum 347 ad eundem annum pertinere (scilicet ad annum 46 a. Chr.), quoniam nomina τῶν νομοφυλάκων et τοῦ ἐπι τᾶς διοικήσεως in utroque titulo eadem sunt et mutuo restituuntur. Tituli 347 vv. 1—3 ita sunt legendi:

[Ἀγαθαὶ τύχ]αι. Νομοφύλακες Λάμαχ[ος  
Δαματρίου, Ἀπ]ολλώνιος Ζήθου καὶ ὁ ἐ[πι  
τᾶς διοικήσεως] Ἀθάναιος Στρατο[νίκου εἶπαν·

P. 295 in lemmate n° 351 v. 4 post «classis I» adde: n° 402.

Ibid. v. 16 extr. pro «(v. indices)» pone: (v. n° 482).

P. 319 ad n° 359 in lemmate adde: minusculis litteris repetiit Minns, *Scyth. and Gr.* p. 646 n° 18a. Lapis Chersonesi servatur in museo.

P. 335. Sero vidi tituli 365 vv. 11—13 ita posse suppleri:

. . . . . τειμάν, διὰ τε τὸν αὐ-  
[τοῦ κα]λο[κάγαθίαν καὶ ἐξ]α[ίρετον] εὐνοίαν τᾶι πρεπο[ύ-  
σαι αὐτ]ὸν ἀ[μείψασθαι χάριτι·] δι' ἃ κτλ.

V. 15 inter ναύκ[λαρον] et [δό]μεν videtur τὲ ἐθνικὸν excidisse (cf. n° 364 v. 19).

P. 353 sq., ad nn° 401 et 402. De iure iurando apud Graecos cf. quae dixit G. Colin *Bull. de corr. Hell.* v. 27 (1903) p. 131 sqq.

P. 370, ad n° 404 v. 41. De locutione unde de plano legi possit cf. quae dixit Colin l. l. 116, qui affert CIL. I, n° 198: ubi de plano recte legi possit, proscritto.

Totum titulum 404 nunc doctissime ut solet explicuit Rostovzev *ИСК.* f. 60, pp. 63—69.

Ad n° 405. Anno 1911 Chersonesi inventum est fragmentum tabulae marmoris albi venis cinereis variati, tituli particulam servans, cuius litteratura adeo similis est litteraturae

n° 405, ut ad eandem tabulam id pertinere mihi persuaserim. Fragmentum altum est 0,088 m., l. 0,052, cr. 0,018, utrimque politum. Servatur Chersonesi in museo. Utor ectypo chartaceo a L. Moysseievio accepto.

Ν Π Δ Η  
 \ Τ Ι Ω Α Ι  
 ' Ο Μ Ι Γ

Nescio an hoc fragmentum ei, quod sub n° 405 edidi, a sinistra adiungendum sit, ut vv. 1—3 ita legantur:

.....ν πλη...ον, ἵνα μὴ τὰς αὐτὰς αἰτίας σ...  
 .....οὶ νῦν στρα]τιῶται, [οἴα]ς οἱ πρὸ αὐτῶν πέρυσιν καὶ το...  
 .....ἐν]ομίσ[αμεν] προδηλῶσαι αὐτοῖς ὄρους κτλ.

P. 375 ad n° 410. Titulum e mea editione minusculis litteris repetiit Minns, *Scyth. and Gr.*, p. 645, n° 15.

Ibid. ad n° 411 adde lapidem servari Chersonesi in museo.

P. 377 v. 2 post «edituri sumus» adde: (v. n° 471).

P. 391. Tituli n° 424 transcriptio litteris maiusculis non prorsus accurate expressa cum imagine conferenda est.

P. 395. Ultimo versui lemmatis n° 428 post «dabimus» adde: (n° 464).

P. 411 in lemmate n° 450 adde: minusculis litteris repetiit Minns l. l. p. 650, n° 22.

P. 413. V. 3 ab imo post «videbimus» adde: (n° 482).

P. 423. In ultimo versu commentarii n° 469 post «dabimus» adde: (n° 685).

P. 424 ad n° 471 in lemmate v. 7 adde: imaginem habet etiam Minns l. l. p. 507.

P. 442 ad n° 512 adde lapidem servari Chersonesi in museo.

## II. Tituli inediti<sup>1)</sup>.

### 1. Olbia.

#### a. Tituli dedicatorii.

**685.** Lapis calcarius quadratus, supra fractus, ornamentis prorsus carens, a. ut nunc est 0,39 m., l. 0,27, cr. 0,24. In duobus lateribus tituli exarati sunt, quorum alter hic editur, alter sub n° 686. Prior negligenter admodum exaratus est litteris imparibus (a. 0,015—0,02 m.) et male conservatus. Ad utrumque titulum edendum praesto mihi sunt ectypa chartacea a Warneckio suppeditata.

1) Numeri titulorum ineditorum continuantur e pag. 516.

Lapis in ripa lacus Tiliguliani prope vicum qui Koblevka dicitur detectus servatur Odessae in museo societatis, a. 1912 per S. D. f. Papadimitriū professorem acquisitus (v. *ЗНОО*. v. 31, prot. p. 79).

1	ΠΟΙΓΛ	.....
	ΟΝ·ΗΡΗΛ	.....σι [περι
	ΡΑΝΟΜΟΙ	.....]ον Ἡρ[...]
	ΗΟΛΑΝΩΝΟC	ἀγος]ρανόμενοι
5	ΛΟΥΑΡΑΓΟCΟΙΦΘ	...ης Ἄνωνος,
	ΓΟΥΘΑΒΟΥCΑΤ	[Δ]ουάραγος (Θ)ισθ[ά]-
	ΤΑΤΟCΕΙΡΗΝΑ	γος, Θαβοῦς Ἄτ-
	ΟCΒΑΔΑΤΟC	τατος, Εἰρηνα[τ]-
	ΕΥΧΑΡΙCΤΗΡΙ	ος Βάδατος
10	ΑΝCΘΗΚΑΝ	εὐχαριστήρι[ον]
	ΟΥΑΙΛΓΟCΘΙΡ	ἀν(ἐθ)ηκαν.
	ΘΑΓΟΥΕΝΕΙΚΑ	[Δ]ουά[ρα]γος Θιρ-
	ΔΡΟΜΩ	θάγου ἐνείκα
		δρόμω.

Est subscriptio donarii ab aedilibus dedicati. Aedilium Olbiopolitanorum duo adhuc tituli innotuerunt, supra sub n<sup>o</sup> 128 et 129 editi. Qui ab hoc titulo ea re differunt, quod illic dei nomen, scilicet Mercurii Forensis, post aedilium nomina positum est et donarium ipsum (Victoria argentea) plane indicatum est, cum in hoc titulo dei nomen supra scriptum lapide fracto periisse sit consentaneum, donarium autem voce εὐχαριστήριον sit designatum. Quae vox cum in solis subscriptionibus donariorum Achilli Pontarchae oblatores occurrat, neque in aliis commemorentur magistratus certaminum victores (v. supra n<sup>o</sup> 130, 138, 155, 156, 158), nobis quidem maxime videtur veri simile hunc titulum ad donarium ab aedilibus Achilli Pontarchae dedicatum pertinere. E nominibus propriis in titulo commemoratis alibi solum occurrit Δουάραγος (n<sup>o</sup> 135).

**686.** Lapidis descriptionem v. ad n<sup>o</sup> 685. Alter hic titulus multo diligentius exaratus est (litt. a. 0,02—0,023 m.) meliusque conservatus.

(*Textum v. p. 522*).

Est subscriptio donarii Achilli Pontarchae a praetoribus Olbiopolitanis oblatis, eis simillima, quas supra dedimus sub n<sup>o</sup> 135—138.

Praetorum esse titulum, non archontum, inde certissime colligitur, quod *quinque* nomina scripta sunt praeter principem (cuius nomen lapide fracto periit), cum archontes quattuor fuerint praeter principem. Omnes viri, qui in hoc titulo commemorati sunt, in aliis quoque

		.....οί περι τόν δεινά...ω]νος σ[τρατη- γοί·] Ἀργουάναγος
1	I O L L	
	ΑΡΓΟΥΑΝΑΓΟΣ	
	ΜΡΑΣΤΟΥΔΗΜΗΤΡΙ	[Κ]αράστου, Δημήτρι-
	ΟΣ ΜΕΝΕΣΤΡΑΤΟΥΟΥ	ος Μενεστράτου, Ού-
5	ΣΙΓΟΣΣΙΡΑΧΟΥΑΒΡΑ	σιγος Σιράχου, Ἄβρα-
	ΓΟΣΧΟΥΑΡΣΑΖΟΥΚΑ	γος Χουαρσάζου, Κά-
	ΘΑΙΣΠΑΡΝΟΥΓΟΥ	θαις Παρνούγου
	ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΝ	χαριστήριον.

titulis Olbiopolitanis occurrunt excepto Demetrio Menestrati filio (cuius tamen pater aut filius Μενέστρατος Δημητρίου commemoratur n° 100). Ἀργουάναγος Καράστου exstat nn° 82 et 132 (de variis nominis Καράστου formis v. ad n° 82), Ἄβραγος Χουαρσάζου n° 82; in titulo n° 92 legimus nomen Ούσίγασος Σιράχου, pro quo hic per errorem videtur scriptum esse ΟΥΣΙΓΟΣ, litteris ΑΣ omissis. Idem titulus praebet nomen ΚΑΣΑΙΣΤΡΑΡΝΟΥ, versu proxime insequenti fracto. Patris nomen putabam esse Πάρνου (a nom. Πάρνος), sed nunc patet ibi quoque supplendum esse Παρνού[γου]. In viri nomine scripturae varietas (Κάσαις et Κῶθαις) procul dubio tertiae litterae pronuntiatione explicatur. quam quasi mediam fuisse inter Σ et Θ consentaneum est.

#### b. Tituli sepulcrales.

687. Tabula marmorea quadrata integra, ornamentis carens, a. 0,15 m., l. 0,20, cr. 0,06. Titulus aetatis Romanae satis negligenter scriptus in ectypo et in imagine photographica bene legitur praeter v. 7 in., ubi una littera laesa est.

Lapidem in Olbiae rudibus (prope tumulum a. 1913 exploratum) inventum museo societatis Odessitanae dono dedit E. A. f. Schumanski. Warneckii humanitati debeo ectypum et imaginem photographicam, ex qua titulum hic delineandum curavi (circa 1/4 v. m.).

1	ΕΝΘΑΔΕ ΤΗΝ	Ἐνθάδε τήν
	ΣΕΜΝΗΝ ΚΕΦΑ	σεμνήν κεφαλήν
	ΛΗΝ ΚΑΤΑΔΙΑΚΑ	κατὰ διακὰ
	ΛΥΠΤΡΕΙΑ ΘΗΝΟ	λύπτρεϊα θήνο
5	ΚΛΗΣ ΔΘΗΝΟΚΛΕΟΥΣ	κλήσ Δθηνόκλεους
	ΠΕΖΟΣ ΤΩΝ ΥΠΟ Θ[Λ]ΙΑΝΝΩΙ	πέζος τῶν ὑπὸ Θ[λ]ιάννωι
	ΘΥΡΕΟΚΟΙΛΙ	θυρεοκοιλί
	ΓΩΝ ΧΑΙΡΕ	τῶν χαίρε.

Titulum proprie sepulcralem praecedit unus hexameter. Θυρεοκοιλῆτι vox, quae primum hic videtur occurrere (certe in lexicis eam non repperi), significat procul dubio milites *scutis*



*caris* (Θυρεοὶ κοῖλοι) armatos. Rostovzevius benignissime nos docuit in exercitu Romano aetate recentiore (in Not. dign.) *scutarios* vocari solitos esse equites auxiliarios scutis Romanis armatos (de quibus v. Cagnat ap. Daremberg et Saglio, Dict. ant. s. v.), antiquiore autem aetate *cohortes scutatas* notas esse, e quibus coh. II Hispanorum scutata Cyrenaica primo in Moesia Superiore, deinde in Dacia habuisset stativa (v. Pauly-Wissowa, R.-E. v. IV c. 299), cohors scutata civium Romanorum (ibid. c. 331) in Aegypto. Sed in titulo, quem examinamus, de exercitu Romano non est cogitandum, quoniam miles ipse, si nomen eius spectamus, natione Graecus fuisse putandus est, dux vero Θ[λ]ιάννος (cf. Φλίανος supra n° 101) fortasse barbarus. Itaque statuendum est *θυρεοκοιλιτών* nomine Olbiae designatam esse manum quandam auxiliariam, quae ab Olbiopolitis conducta sit, ut contra barbaros opem ferret. Cf. n° 223, in quo ἡγεμῶν Διζύρων commemoratur.

**Переводъ.** Здѣсь земля крестъ почтенную главу. Лениоклѣ. сынъ Лениокла, пѣхотинецъ. изъ отряда щитниковъ, состоящую подъ начальствомъ Θліанна, прощай.

688. Tabula sepulcralis marmoris caudidi integra, fastigio ornata, a. in media parte cum fastigio 0,47 m., sub eo 0,395, l. supra sub fastigio 0,20, infra 0,21, cr. 0,17. Pars antica satis bene polita est, latera et pars postica rudia relicta. Titulus loco antiquioris erasi (e quo super primum versum satis bene dispiciuntur litterae H et M) exaratus est litteris 0,015 m. altis. Utor imagine photographica a Pharmakovskio suppeditata ( $\frac{1}{4}$  v. m.).

Lapis d. 28 m. Iulii a. 1915 prope Olbiae rudera detectus est eo loco, qui centum sepulcra (Сто могилъ) dicitur, meridiem versus a Leporum valle (Заячья балка) et orientem versus a tumulo a. 1912 explorato, ad trivium. Servatur Olbiae in museo.



Σάτυρος

Διονυσίου

Μεσημβριανός.

Titulum ad tertium a. Chr. saeculum rettulerim.

## 2. Chersonesus Taurica.

Robertus Loeper, qui Kosciuszki morte abrepto Consilii Caesarei archaeologici particeps factus ab anno 1908 exeunte usque ad auctumnum anni 1914 Consilii iussu Cher-

sonesi Tauricae solum explorabat, permultos ibi lapides inscriptos invenit, plerosque sane mutilatos. Cum anno 1912 in *HAK.* fasc. 45 viginti titulos edidisset commentariis doctrinae plenis instructos<sup>1)</sup>, putabam eum *omnes* titulos a se inventos ibi tractasse, praesertim cum nunquam dixisset Chersonesi in museo titulos nondum publici iuris factos latere. Sed a. 1916 ineunte, titulis Chersonesitanis in hac sylloge iam typis expressis, Laur. A. f. Moysseiev, qui Loeperi officium susceperat, mecum communicavit se Chersonesi in museo permultas inscriptiones ineditas vidisse. Quarum cum ectypa chartacea a me rogatus laudabili diligentia confecerit mihiq[ue] mense Martio a. 1916 miserit, hic eas addo ex ectypis exscriptas (excepto n<sup>o</sup> 706), valde dolens, quod Loeperus hos titulos neque ipse suo tempore edidit, neque mecum communicavit, ut in sylloge suo quemque loco ponere possem, praesertim cum aliquot ex eis gravissimi sint momenti (v. nn<sup>o</sup> 691, 704, 705).

## a. Decreta.

**689.** Fragmentum triangulum tabulae marmoris cinerei crassae 0,055 m. A dextra videtur margo exstare; altum est a dextra 0,085 m., latum infra 0,09. Litterae parvulae (a. 0,007 m.) diligentissime incisae sunt optimeque in ectypo leguntur; intervalla, quibus versus dividuntur, perquam sunt arcta (0,001—0,002 m.). Alterni versus colore rubro sunt inducti.

Inventum est a. 1909 in aedificio quodam antiquo in monasterii horto.

1	κ Γ Ϟ	
	Ν Α Ι	
	Ε Σ	
	Α Γ Θ Η	
5	Ο Τ Α Γ Α	
	Γ Κ Ε Σ Ε Ν	
	Ζ Η Ρ Α Κ Λ Ε Ι	
	Κ Α Τ Ο Σ Τ Η Ρ	
	Ο Υ Σ Τ Ο Δ Ε Σ Κ Ε	
10	Τ Α Μ Α Τ Ο Υ Χ Ω Ψ	

Non dubito, quin haec e decreto supersint, sed argumentum eius non potest extricari ex miserrimis hisce laciniis, in quibus ne una quidem vox certo suppletur. V. 5 fortasse legendum est [ὕπ]σταγά, v. 6 [ἐπ]άνα]γχεσ ἐν. . ., v. 7 [ὁ δεῖνα] Ἰρακλεί[δου], v. 8 [ἐ]κατο-σπη[ία? cf. Michel, *RIG.* n<sup>o</sup> 1359, v. 12], v. 9 . . . οὐς τὸ δὲ σχε. . ., v. 10 [ἀνάγγε]λιμα τοῦ ζω. . . Litteratura tertio a. Chr. saeculo non est recentior.

1) Vide supra nn<sup>o</sup> 341, 344, 351, 357, 369, 374, 378, 386, 389, 394, 402, 409, 413, 637, 649, 650, 657. Reliqui tres tituli christianae sunt aetatis.

**690.** Fragmentum tabulae marmoris albi ad flavum inclinantis, crassae 0,034 m., utrimque inscriptae; altum est fragmentum circa 0,07 m., l. fere 0,13. In parte antica superest extrema pars decreti, quam hic edimus (litt. a. 0,007 m.); in parte postica recentiore aetate incisus est titulus sepulchralis, quem v. infra sub n° 710.


Fragmentum a. 1914 inter moenia urbis ad occidentem inventum est.

Ι <sup>ϛ</sup> ΡΟΑΙΣΙΜΝΩΝΤΟΣ ΚΛΕΙΟΥΓΡΑΜΜΑΤΕ ΔΩ <sup>ϛ</sup> ΟΥΤΟΥΣ vac.	..... [π]ροαισιμῶντος [τοῦ θεῖνος τοῦ Ἡρα]- κλείου, γραμματε[ύοντος Ματρο?]- δώ[ρ]ου τοῦ Σ. . .
--	--

Eandem clausulam habemus in celeberrimo decreto in Diophanti honorem facto (n° 352). Litteratura tamen huius fragmenti antiquior est. Qua nius ad medium fere secundum ante Chr. saeculum id refero.

**691.** Fragmentum tabulae marmoris candidi ab omnibus partibus praeter dextram mutilatum, a. 0,12 m., l. 0,16, cr. 0,04; a dextra exstat particula quadri, quod columellae striatae formam habet, diam. 0,04 m. Tituli litterae satis negligenter exaratae et pessime detritae altae ~~ant~~ circa 0,005 m., exceptis summis versibus tribus, ubi paululo maiores sunt (a. circa 0,007 m.).

Fragmentum a. 1911 inventum est in aedificio quodam, quod a. 1909 explorari coeptum est. Praebeo lapidis imaginem in zinco expressam (circa  $\frac{1}{2}$  v. m.) et tituli textum ex ectypo chartaceo transcriptum.



— υ / υ ι λ —

, Α Ι Ρ Ι Ο Υ Α Π Ο Λ Λ Ω Ν Ι Ο Σ  
 Ι Ρ Α Ι Ο Ε Π Ι Τ Α Σ Δ Ι Ο Ι Κ Η Σ Ι Ο Σ Α Θ Α  
 Σ Τ Ρ Α Τ Ο Ν Ι Κ Ο Υ Ε Ι Π Α Ν Ε Π Ε Ι Δ Η Γ Α  
 5 Ι Λ Ι Ο Σ Ο Λ Γ Ν Ο Υ Υ Ι Ο Σ Σ Α Τ Υ Ρ Ο Σ : Π Ο Λ Ι  
 Η Θ Ε Ι Σ Λ Τ Π Α Τ Ε Ρ Ω Ν Α Μ Ω Ν Α Ξ Ι Ω Σ  
 Ψ Υ Σ Α Τ Ο Τ Α Λ Ρ Ι Τ Ο Σ Τ Α Υ Τ Α Σ Π Ρ Ε Σ  
 Ε Χ Ρ Ι . Ω Μ Α Σ Π Ο Τ Ι Τ Α Ν Ρ Ω Μ Α Ι Ω Ν Σ Υ Ν  
 Κ Α Ι Γ Α Ι Ο Ν Ι Ο Υ Λ Ι Ο Ν Κ Α Ι Σ Α Ρ Α Τ Ρ Ι Ε Υ Π Α Τ Ο Ν  
 10 Ρ Α Τ Ε Τ Ο Τ Ρ Ι Τ Ο Ν Ε Φ Ω Ν Α Ν Ε  
 Φ Α Υ Τ Ο Υ Σ Α Μ Ω Ν Ο Ι

Quamquam titulus, ut iam ex imagine ipsa apparet, temporis iniuria lectu difficillimus est factus, tamen ectypum et imaginem iterum iterumque examinanti mihi contigit certo eum legere et supplere (exceptis vv. 10 et 11 omnium pessime mutilatis). Magistratum nomina vv. 1—3 eadem esse apparuit, quae sunt in decreto n° 347, ut in utroque titulo mutuo restituantur et decretum illud ad eundem annum pertinere statuendum sit (cf. supra p. 519). Cum v. 9, qui certissime restituitur, indicet a sinistra non magnum litterarum numerum lapide fracto periisse, ceteros quoque satis facile supplevi ita:

1 [Νομοφύλακες . . . . .  
 . . . Δάμαχος Δαμ]α[τ]ρίου, Ἀπολλώνιος  
 [Ζήθου κ]αὶ ὁ ἐπὶ τῆς διοικήσεως Ἀθά-  
 [ναιος] Στρατονίκου εἶπαν· ἐπειδὴ Γά-  
 5 [ιος Ἰού]λιος Θ[εο]γ[έ]νου υἱὸς Σάτυρος πολί-  
 [τας ποι]ηθεὶς [ἐπὶ τῶν] πατέρων ἀμῶν ἀξίως  
 [ἐπολιτε]ύσατο τᾶ[ς] χ[ά]ριτος ταύτας, πρεσ-  
 - [βεύσας μ]έχρι [Ῥ]ώμας ποτὶ τὰν Ῥωμαίων σύν-  
 [κλητον κ]αὶ Γάιον Ἰούλιον Καίσαρα τρίς ὑπατον  
 10 [δικτάτορ]ά τε τὸ τρίτον ἐφ' ὧν . . . . .  
 . . . . . ε αὐτοὺς ἀμῶν . . .

Utrum versus 1 inceperit a formula sollemni Ἀγαθαὶ τύχαι (ut in tit. 347), necne, in medio est relinquendum. Sed non licet dubitare, quin νομοφύλακες in hoc titulo tres nominati sint, non duo, ut in tit. 347. V. 11 nescio an legendum sit . . . ε αὐ τοὺς ἀμῶν κτλ. De tituli anno et argumento quae sequuntur Rostovzev scripsit a me rogatus.

«C. Iulius Satyrus bene de Chersonesitarum republica meruisse dicitur, quod legatus eorum Romam profectus sit ad senatum dictatoremque C. Iulium Caesarem, cuius honoribus additis legationis tempus intra paucos menses definitur. Cum enim a Groebo (Drumann-Groebe, *Gesch. Romis*, III, 735 sqq.) demonstratum sit eum a. 46 a. Chr. tertium consulem

fuisse, tertium vero dictatorem a mense Maio a. 46 usque ad Ianuarium a. 45, sequitur C. Julium Satyrum intra hoc temporis spatium Romae fuisse. Illud moneo, v. 10 haud dubie *δικτάτορα*, non *αὐτοκράτορα* supplendum esse, ideo quod in titulis Graecis publice exaratis dictatoris Caesaris appellatio plerumque non vertitur, sed Graecis dumtaxat litteris transcribitur (cf. e. g. I. G. VII, 1815 Thespiensium; XII, 2, 35 in alterius Caesaris epistolae praescriptione; Fl. Ios. *Ant. Iud.* XIV, 199, 202, 211; I. G. VII, 62 (Megarensium), ubi recte *δικτάτορα* suppletur). Eo tempore, finito scilicet Africano bello necdum exorto Hispaniensi, Caesar Romae commorabatur eoque ingens legatorum turba commeabat, Orientis maxime regulorum Graecarumque civitatum, quibus mandatum erat, ut a senatu comprobanda curarent beneficia, quae Caesaris edictis acceperant partim post ipsam pugnam Pharsalicam, victore in persequendo Pompeio occupato (velut Cuidiorum libertatem — Plut. Caes. 48; Strabo XIV, 2, 15; Cic. ad Att. XIII, 7, 1; Iliensium immunitatem — Luc. IX, 961 sqq.; Strabo XIII, 1, 27; Asiae vectigalia remissa — Dio XLII, 6, 3; Plut. Caes. 48; App. II, 89, cf. 92; Cic. ad fam. XV, 15, 2; Dittenberger, *SIG*<sup>2</sup>. 347 (Ephesus); Jacobsthal, *Ath. Mitth.* 1908, p. 910; Cagnat, *A. ép.*, 1909, 40 (Pergamum; isdem fere verbis); cf. C. I. Gr. 2215 (Chios); I. G. XII, 5, 556 (Carthaea); Drumann-Groebe, l. l. III, 477; Judeich, Caesar im Orient, Leipzig 1885, 61 sq.), partim post Alexandriam pacatam in Syria commorante (b. Alex. 65, 4, cf. 66, 1; quo pertinent acta a Fl. Iosepho servata (ant. Iud. XIV, 10, 1 sqq., 185 sqq.) de Antipatro et Hyrcano II itemque de universa Iudaea, de quorum tempore consulendus est Judeich l. l. 119 sqq., cf. infra), partim post pugnam ad Zelam commissam Romam revertente (b. Alex. 78, 1; cf. inscriptiones in honorem Caesaris eo tempore positas, velut m. Sept. a. 47 — Thespiensium I. G. VII, 1835; Megarensium — ibid. 62; Atheniensium — III, 428; Dittenberger, *SIG*<sup>2</sup>. 346; v. etiam titulos Mytilenensium I. G. XII, 2, 35 et Rhodiorum ibid. 1, 57; eodem tempore libertatem Amisenis concessam esse testantur Dio XLII, 48, 4; Strabo XII p. 547, cf. Drumann-Groebe, l. l., 473, 3).

De ipsius comprobationis ordine actis edocemur in Potamonis monumento Mytilenensi compositis, ubi et Caesaris edicta afferuntur et senatusconsultum beneficia eius comprobans (I. G. XII, 2, 35; Mommsen, *Sitzb. d. Berl. Ak.* 1895, 2, 896 sqq.), itemque ex actis ab Iosepho exscriptis, quae supra commemoravi (s. c. — ant. Iud. XIV, 8, 5 (145 sqq.), edicta — ibid. 10, 2 sqq.; de s. c. tempore quod viri doctissimi dissentiunt (v. Schürer, *Gesch. der Juden*, I, 251, 22, cf. 344 sqq., praec. 345, 21; Mommsen, *Ges. Schr.* IV (Hist. Schr. 1), 146 n.; Drumann-Groebe, l. l. III, 497, 1), nihil ad rem: si enim recte posuerunt Ewald et Mendelsohn illud s. c. ad tempora Hyrcani I referendum esse, quod mihi certe non persuaserunt, tamen in propatulo est Iosephum memoriae lapsu id pro alio substituisse a. 46 facto, quod ipse quoque probe noverat).

Iam vero quam festinanter Caesaris edicta comprobata sint quantaque inde s.-consultorum moles exacta, admodum facete disserit Cicero in epistula ad Paetum data (fam. IX, 15, 4 sqq.): «*An minus multa s. c. futura putes, si ego sim Neapoli? Romae cum sum et urgeo*

*forum, s. c. scribantur apud amatorem tuum, familiarem meum; et quidem, cum in mentem venit, ponor ad scribendum et ante audio s. c. in Armeniam et Syriam esse perlatum, quod in meam sententiam factum esse dicatur, quam omnino mentionem ullam de ea re esse factam. Atque hoc nobis me iocari putes; nam mihi scito iam a regibus ultimis allatas esse litteras, quibus mihi gratias agant, quod se mea sententia reges appellaverim, quos ego non modo reges appellatos, sed omnino natos nesciebam» (de tempore — m. Oct. a. 46 — v. Schmidt, *Der Briefwechsel*, 259).*

Prona igitur est suspicio C. Iulium Satyrum Romae de libertate egisse Chersonesitis danda, quod vix obtinere potuisset, nisi ante ipsum Caesarem adiisset pugna Zelensi aut instante aut iam commissa. Memorabile porro Satyrum utpote *πολίτην ποιητὸν* Chersoneso oriundum non fuisse. Facile ergo conicias eum iam ante legationem Caesari cognitum aut familiarem fuisse, cuius modi privatam familiaritatem multum valuisse scimus ad beneficia publice adipiscenda, velut Cnidios libertatem recuperasse Theopompi scriptoris gratia (Plut. Caes. 48), cuius rei simile etiam de Potamone Mytilenensi suspicari possumus. Civitatem tamen Romanam potius crediderim Satyro Romae datam esse inter ipsa Chersonesitarum mandata transigenda, cum nota sit Caesaris illo ipso tempore in civitate danda liberalitas (Cic. fam. XIII, 36 a. 46, cf. Phil. I, 10, 24; V, 4, 11; Mommsen, *Staatsrecht*, III, 135, 4).

Neve quis miretur Chersonesitas eo ipso tempore de libertate egisse, cum iam Mithridate regnante nummos excudissent eosque peculiari signatura, non communi Mithridatica (ut Panticapaeum, Phanagoria, Gorgippia), quo eos iam tum suis legibus usos esse efficitur,— recordandum est eos nihilominus partem fuisse regni Mithridatici neque a Pompeio, ut Phanagoritas, libertate esse donatos. Qui rerum status quin Pharnace regnante idem permanserit, nemo dubitabit. A Caesare autem eos libertatem impetrasse admodum est verisimile; quod si concedimus, facile ad liquidum perducitur controversia, quae est inter Plinium et Strabonem, cum ille (Plin. Nat. h. IV, 85) Chersonesitas a populo Romano libertatem adeptos esse dicat, hic autem (Strab. VII, 4, 3) Chersonesum sua memoria regno Bosporano attributam fuisse contendat. Videtur nimirum Plinii auctor (quem aut Varronem fuisse credideris, aut acta publica prioris Augusteae aetatis) eum rerum statum litteris mandasse, qui se florente fuerit, Strabo autem sui temporis, ab Agrippa, puto, mutatum. Tenendum enim est Chersonesitarum res post Caesaris obitum usque ad Agrippae administrationem admodum turbidas fuisse, cum tyrannum et perpassi sint et eiecerint et omnino tantas pertulerint molestias (v. supra № 355), ut verisimile sit vel novam temporum computationem (quae vulgo Chersonesitica aera vocatur) pacata republica institutam esse. Litteraturam tituli, quem tractamus, vidit Latyshev simillimam esse litteraturae tituli 355, qua de re fusius ago in dissertatione libro inserta, cui index est *Сборникъ статей въ честь гр. П. С. Уварова. Москва 1916*, et in commentatione inserta *И. А. К.* fasc. 63».

**692.** Fragmentum tabulae lapidis calcarii crassae 0,095 m., undique, ut videtur, mutilum, a. 0,08 m., l. 0,15. Inter versus primum et alterum exstat rima, quae fortasse aetomatis imam lineam efficiebat. Litterae superstites altae sunt circa 0,01 m.

Fragmentum a. 1911 casu inventum est.

ΤΟΥΑ  
 ΣΙΤΑΝΤΑΝ  
 ΙΝ Κ'

...ΤΟΥΑ...

[Πρόεδροι Χερσονα]σιτᾶν τᾶν [ποτι  
 τᾶι Ταυρικᾶι εἶπ]αν κτλ.

Videtur esse initium decreti aetatis Romanae. Litterae, quae versu primo supersunt, videntur pertinere ad nomen viri, in cuius honorem decretum est factum: [τοῦ δαῖνος] τοῦ Ἀ...

**693.** Angulus dexter tabulae marmoreae igne adustae, a. 0,175 m., l. 0,26: Superest pars aetomatis lineis incisae facti cum acroterio dextro. Sub aetomate supersunt septem litterae primi versus tituli, altae 0,025 m., diligenter incisae.

Fragmentum a. 1909 inventum est in ea ruderum parte, quae est inter septentriones et orientem.

ΝΠΟΤΙΤΑ κα.

[Πρόεδροι Χερσονασιτᾶν τῶ]ν ποτι τᾶ  
 [Ταυρικᾶ εἶπαν κτλ.].

Superest particula praescriptorum sollemnium decreti aetatis Romanae.

**694.** Fragmentum tabulae marmoreae utrimque politae, undique mutilatum et igne adustum, a. ut nunc est 0,15 m., l. supra 0,12, infra 0,08, cr. supra 0,035, infra 0,04. Litterae optime conservatae altae sunt circa 0,017 m.

Inventum est a. 1909 in aedificio quodam antiquo in ea ruderum parte, quae est inter septentriones et orientem.

1 ΝΠΟΙΑΣΙΠΟΥ  
 ΡΟΑΙΡΟΥΜΕΝΟΣ  
 ΦΑΜΑΝΑΥ  
 ΜΕΝΟΥΚΑΙΓ  
 5 ΟΣΕΥΓΕΝΕ

Nihil certo restitui potest nisi [π]ροαιρούμενος v. 2 et εὐγενέ[στατος] v. 5. Est decreti particula aetatis Romanae. Litterarum altitudo et formae admodum similes sunt eis, quae sunt in decreto n° 701, sed hic litterae accuratius exaratae sunt. Littera α v. 3 loco paenultimo A formam habet, ceteris locis A.

**695.** Duo fragmenta (a Moysesievo coniuncta) tabulae marmoris candidi undique mutila, a parte postica fracta, a. 0,12 m., l. 0,10, cr. 0,03. Litterae colore rubro inductae, altae 0,015 m., optime etiam nunc leguntur.

Fragmenta a. 1909 inventa sunt.

Ο Ν Π Ρ Λ  
Α Ψ Θ Κ Α Τ  
Δ Α Μ Ο Υ Δ Ι Ω Σ  
Λ Ν Ψ Α Μ Ω Ν Λ

Litterarum altitudo et formae, nec non intervallorum magnitudo versus dividendum adeo similes sunt eis, quae sunt in titulo n° 405, ut facile conicias utrumque titulum ab uno quadratario esse exaratum. Sed in hoc decreto litterae paululo crassiores sunt et negligentius incisae. Dispicitur v. 2 [x]ατωρθώσατ[ο], v. 3 in. δάμου, v. 4 fortasse τῶν γάμων.

Ad eandem tabulam propter maximam litteraturae similitudinem libenter referrem tertium fragmentum, item undique mutilum, a. 0,08 m., l. 0,06, museo a nescio quo venditum, in quo leguntur haec:

- Α Ι .  
Ξ Ε Ν Ε Λ  
Α Ν Τ Ω Ν

Sed obstat, quod marmor dicitur esse subcaeruleum et tabella ipsa tenuior (cr. 0,015 m.) est, superficie postica polita.

**696.** Fragmentum tabulae marmoreae ab omnibus praeter sinistram partibus mutilum, a. max. 0,13 m., l. 0,16, cr. 0,06. Superficies partis anticae perquam est detrita, ut litterae (a. circa 0,007 m.) in ectypo vix dispiciantur.

Ubi aut quando inventum sit, non constat.

██  
 ██████████ Α Τ Ο Ν Α Μ Ε ██████████  
 Τ Α Σ Π Ο Λ Ι Ο Σ Α Κ ██████████  
 Β Ο Υ Λ Α Κ Α Ι Τ Ω Ι Δ Α Μ ██████████  
 Λ Α Ο Η Τ Ω Ι Α Ν Δ Ρ ██████████  
 ██████████ Λ ██████████

vac.

Est decreti particula aetatis Romanae. Vv. 2—4 leguntur haec: ... τᾶς πόλιος ακ[... τᾶ] | βουλᾶ και τῶι δάμ[ωι...]. ... τῶι ἀνδρί...



**697.** Fragmentum tabulae marmoreae undique mutilum, a parte postica igne adustum, a. max. 0,13 m., l. 0,18, cr. 0,058. Litterae superstites altae circa 0,013 m. optime in ectypo leguntur.

Fragmentum a. 1909 extractum e fossa prope basilicam inter septentriones et orientem sitam.

ΟΙΚΛ <sup>υ</sup> ΙΝΗΛΙΟΝΠΣ ΔΟΜΕΝΔΕΑΥΤΩΠ ΤΛΟΥΝΤΕΚΑΙ ΛΕΙ·ΑC ☞C	δόχθαι τᾷ βουλᾷ καὶ τῷ δάμ]ωι ἐ[παινέσαι μὲν ἐπὶ τούτ]οις Λ. [Κορ]νήλιον Πο[ύδητα]. . . . . . .], δόμεν δὲ αὐτῶ π[ροξενίας πολιτείαν, εἶσ]πλουν τε καὶ [ἐκπλουν ἐν εἰράνα καὶ πολέμῳ ἀσ]υλεῖ, ἀσ[πονδεῖ. . .
---	--

Supra sub n° 356 edidi decretum in honorem Cornelii Pudentis primo p. Chr. saeculo factum. Sed cave putes hic nos alterius decreti in eiusdem viri honorem facti fragmentum habere: litteratura enim probat aetatem multo illa recentiore. Vv. 2—3 inter cognomen Πο[ύδητα] et verbum δόμεν consentaneum est fuisse τὸ ἐθνικόν; sed Ῥωμαῖον adiectivum videtur nimis breve esse ad lacunam implendam.

**698.** Fragmentum tabulae marmoreae igne adustae, crassae 0,058 m., undique praeter dextram partem mutilum, a. ut nunc est 0,11 m., l. 0,08. Litterae circa 0,01 m. altae satis bene etiam nunc dispiciuntur.

Inventum est a. 1909.

1    A N Λ Ι Σ Μ Ε Ι - Λ Ε Γ Γ Α Τ Ω 5    Α Ι - Δ Α Μ Ω Σ Τ Ε Φ Α Ω Σ	. . . . μετοχ]άν [τε πάντων ὧν καὶ τοῖς Χερσονασείτα]ις μέ- [τεστι· τὸ δὲ ψάφισμα ἀναγράψαι στήλα]ι λευ- [κολίθου καὶ θέμεν ἐν τῷ ἐπισαμοτ]άτῳ [τᾶς πόλιος τόπωι. Ταῦτ' ἔδοξε βουλ]ᾷ, δάμῳ, [βασιλευούσας Παρθένου, ἱερέως δὲ] Στεφά- [νου τοῦ. . . . ., ἔτεος. . . . , μηνός. . . .
---	--

Est decreti particula aetatis Romanae. Versus 1—5 facillime supplentur e nn° 357—360, 364, sed v. 7 anni designatio post sacerdotis nomen videtur esse posita.

**699.** Fragmentum tabulae marmoreae igne adustae, ab omnibus partibus praeter sinistram mutilum, a. ut nunc est circa 0,10 m., l. 0,09, cr. ad sinistram 0,023, ad dextram 0,018. Litterae circa 0,01 m. altae optime conservatae sunt.

Inventum est a. 1909.

1	Λ ΠΩΙ. ΤΙΑΡΘΕΙ ΘΕΟΓΕΝΟΥ ΤΟΛΑΤΤΙΝ 6 ΤΕΥΣΤΗ ΡΦ	κ]α[ι θέμεν ἐν τῷ ἐπισαμοτάτῳ τὰς πόλιος τό]- πωι. [Ταῦτ' ἔδοξε βουλαῖ, δάμωι, βασιλευούσας] (Π)αρθέ[νου, ἔτεος . . . , ἱερέως δὲ . . . . . τοῦ] Θεογένου, μηνός . . . . . , γραμματεύων]- τος Ἀττίν[ου τοῦ Ἀρίστωνος . . . . . τ]εὺς τη . . . . . . . . ρε . . . .
---	--	---

V. 2 in. pro Π littera lapicida per incuriam exaravit ΤΙ.

Supersunt haec e decreto alterius p. Chr. saeculi. Supplementa sumpsit e decretis nn° 357—361, in quibus simillimae formulae leguntur, excepto quod in eis post scribae nomen statim incipit τῶν σφραγισαμένων index, hic vero quae v. 5 leguntur ad hunc indicem pertinere vix possunt. Ἀττίνης Ἀρίστωνος occurrit in titulo 423 et fortasse 363. Litteratura simillima est ei quae est in tit. 376.

**700.** Fragmentum marmoris subcaerulei undique, ut videtur, mutilum, a. 0,15 m., l. 0,13, cr. 0,05, superficie adeo corrosa, ut pleraeque litterae (a. 0,01 m.) prorsus perierint.

Fragmentum a. 1909 inventum est in aedificio antiquo in ea rudium parte sito, quae est inter septentriones et orientem.

1	ΑΦ ΥΑΗ Τ ΥΡΙ 6 ΘΣΦΛ ΕΡΕΥΣ ΩΝΟΣ ΙΙ
---	--

Videtur esse decreti particula aetatis Romanae. V. 5 legitur [Τίτ]ος Φλ[άουιος . . .], scilicet nomen viri ad Flaviorum gentem pertinentis, quam secundo p. Chr. saeculo Chersonesi floruisse nunc certo scimus; v. 6 videtur esse [i]ερέως, v. 7 genitivus nominis virilis . . .ωνος.

**701.** Fragmentum tabulae lapidis calcarii ab omnibus partibus praeter dextram mutilum, a. 0,195 m. totidemque latum, cr. 0,08 m. Litterae circa 0,015 m. altae optime leguntur. Inventum est a. 1909.

1	- ΙΙΩΝΟΣ ΓΙΟΣΦΛ'ΑΓΕΠΟΛΕΩΣ ΡΑΤΗΣΒΟΙΣΚΟΥΤ. ΑΜΘΥΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ 6 ΤΡΟΔΩΡΟΣΙ-ΡΟΙΔΟΥ ΣΠΟΣΑΙΛΙΟΣΜΑ ΩΝΟΣΟΥΛΠΙΟΣ ΤΟΝΟΣΓΗΡΟΙ	. . . . . ὁ δεῖνα Χρηστί]ωνος· [Τ. Φλ. Πυθόδοτος?] υἱός Φλ. Ἀγεπόλεως· [. . . . . Δημοκ]ράτης Βοίσκου· Τ. [Φλ. . . . . Εὐρυδά]μου· Ἀπολλώνιος [. . . . . Ματ]ρόδωρος Ἡρ(ώ)ιδου· [. . . . . Κρ]ισπος· Αἴλιος Μα- [. . . . . ὁ δεῖνα . . .]ωνος· Οὐλπιος [. . . . . ὁ δεῖνα Ἀρίσ]τωνος. γ'. Ἡρ(ώ)ι- δας . . . .
---	---	---

Fragmenti litteratura ei simillima est, quae est in tit. 363; sed quominus ad eandem tabulam utrumque fragmentum referamus, multa obstant; primum enim in utroque tertia pars indicis τῶν σφραγισαμένων conservata est (nam Γ litteram v. 8 huius fragmenti positam στίχον γ' indicare pro certo habeo, collato n° 389), deinde utrumque ad dextram tabulae partem pertinet, tum litterae huius fragmenti paululo maiores sunt, quam illius, denique Φλάουιος nomen hic per compendium scribitur, illic omnibus litteris. Praeterea Ω litterae forma in utroque fragmento non prorsus eadem est.

E civibus, qui n° 359 commemorantur, duo videntur in hoc fragmento redire, scilicet [Τ. Φλάουιος Πυθόδοτος] υἱὸς Φλ. Ἀγεπόλεως (cf. n° 359 v. 23) et [Δημοκ]ράτης Βοίσκου (cf. ibid. v. 28; idem vir fortasse commemoratur n° 390). Cum vero n° 359 ad annum 129—130 pertineat, titulum autem 363 ad medium fere secundum p. Chr. saeculum rettulerim, hoc fragmentum quasi medio inter illos loco ponendum esse puto, id est ad tertium sive quartum decennium eiusdem saeculi referendum.

**702.** Fragmentum marmoris albi ad cinereum inclinantis, undique mutilum, a. circa 0,15 m., l. 0,085, cr. 0,065 m. Litterae altae sunt circa 0,012 m., excepta littera Φ, quae maior est.

Fragmentum a. 1909 inventum est in ea rudum parte, quae est inter septentriones et orientem.

1	Λ Σ Ι	... Χρ]ησ[τίω]νος.....
	Φ Λ Π Λ Ρ	... Τ.] Φλ. Π(α)ρ[θενοκλή]ς..... Τ. Φλ.
	Ω Ν Υ Ι Ο Σ Φ	Ἀρίστ]ων υἱὸς Φ[λ. Ἀρίστωνος? Τ. Φλ..... υἱὸς
	Γ Ε Π Ο Λ Ε Ο	Φλ. Ἀ]γεπόλε[ος.....
5	Ν Ο Σ Γ Ι Ο Υ	... ω]νος Γ. Ἰού[λιος]....., Τ. Φλ.....
	Ψ Φ Λ Α Ρ Ι Σ	υἱὸ]ς Φλ. Ἀρίσ[τωνος]..... Εὐ-
	Μ Ο Υ Σ	ρυδά]μου, Σ. . .

Est fragmentum indicis τῶν σφραγισαμένων, in quo complures viri commemorantur e notissima Flaviorum gente; quam ob rem titulus ad alterum p. Chr. saeculum est referendus. V. 5 littera Γ utrum στίχον γ' significet, an prima sit praenominis Γ(άιος), diiudicare non ausim.

**703.** Fragmentum tabulae marmoris albi venis caeruleis variati, undique mutilum, a. 0,10 m. totidemque latum, cr. 0,065 m. Litterae a. circa 0,012 m. bene in ectypo leguntur.

Inventum est a. 1909 in pavimento aedificii antiqui.

—ΩΙ	...ω...
ΗΣΤΙ	...Χρ]ησιτί[ων.....
ΝΔΙΟΣΙ	...ω]ν Διοσ[κουρίδου?...
ΟΥΗΡC	....]ου· Ἡρό[ζενος?....
ΥΡΑ·	.....κ]ρά[της?...

Videtur esse particula indicis τῶν σφραγισαμένων, Romanae sane aetatis.

b. Regis Polemonis epistula.

**704.** Summa pars tabulae marmoris candidi, ornatae epistylis et aetomate tribus acroteriis instructo, a parte postica fractae, a. ut nunc est cum aetomate 0,195 m., sub epistylis a sinistra 0,045, a dextra 0,065, l. 0,21, cr. 0,045 m. E titulo supersunt duo versus integri, tertius a sinistra laesus, quarti pars dextra. Litterae satis neglegenter exaratae altae sunt circa 0,01 m.

Lapis a. 1909 in ea parte rudera inventus est, quae est inter septentriones et orientem.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΠΟΛΕΜΩΝΕΥ	Βασιλεὺς Πολέμων εὐ-
ΣΕΒΗΣΣΩΤΗΡ ΧΕΡΣΟΝΗΣΕΙΤΩΝ	σεβῆς σωτὴρ Χερσονησειτῶν
ΒΟΥΛΗΙΔΗΝΙ ΧΑΙΡΕΙΝ	[βου]λήι δῆ[μ]ωι χαίρειν.
ΤΟΡΟΥΣΥΝΙ	[..... Βοσπ]όρου συνι-
	.....

Admodum dolendum est, quod e titulo gravissimo praescripta sola tulerunt aetatem. Rex Polemo, qui hanc epistolam Chersonesitarum senatui populoque scripsit, procul dubio Bosphoranus est. Videtur esse prior huius nominis rex (de quo cf. supra p. 384); nam si alter fuisset, nomini suo patris nomen additurum eum fuisse consentaneum est, ut ab avo discerneretur. Quae epistolae causa fuerit, certo dici sane non potest; sed si reminiscimur titulum n° 419 nobis probasse a Chersonesitis Polemoni auxilia esse missa, facilis erit coniectura Polemonem hac epistula aut auxilia petiisse a Chersonesitis, aut ob missa iam sibi auxilia gratias egisse.

c. Titulus ad capitulum lenocini pertinens.

**705.** Tria fragmenta (a Moysseievo coniuncta) tabulae marmoris albi venis cinereis variati, utrimque politae, crassae 0,03 m. A sinistra exstat margo usque ad v. 10. Fragmenta coniuncta alta sunt 0,29 m., lata 0,26. Tituli litterae 0,013 m. altae diligentissime incisae et optime conservatae sunt.

Omnia fragmenta a. 1909 inventa sunt in aedificio antiquo numero XLIII signato, in ea rudera parte sito, quae est inter septentriones et orientem.

1 ΜΩΝΑ  
 ΛΕΙΠΟΡΝ  
 ΜΕΦΥΛΑ  
 ΠΑΛΑΙΧΕΙ/  
 5 ΠΕΡΙΕΧΕΘ  
 ΕΘΑΙΤΑΟΥ ΕΤΑ  
 ΩΡΙΣΜΕΝΟΙΣΤΟΥ  
 ΜΕΝΤΟΥΩΡΙΣΜΕΝΟ,  
 ΥΠΕΥΘ'ΝΟΥΣΕΙΝΑΙΚΑΙΟΦΕΙΛΕ  
 10 ΠΕΙΩΗΟΙΚΗΜΑΤΙΤΙΝΙΚΛΘΗ  
 ΤΟΥΓ'ΝΜΑΤΟΣΑΙΣΧΥΝΗΜΙΣΕ  
 ΑΙΤΟΙΣΤΟΥΤΕΛΟΥΣΜΙΣΘ  
 ΤΗΜΗΑΠΟΓΡΑΥΑΜΕΝ'  
 ΑΕΤΩΝΟΡΩΝΑ'  
 15 ΙΣΥΝΥΑ

Primo aspectu apparet (v. 2) hoc fragmento agi de capitulo lenocini, ad quod referuntur tituli editi sub n° 404. Sed si hoc fragmentum cum illis contulerimus, statim videbimus non esse illius tabulae novum fragmentum; quamquam enim litteratura adeo similis est, ut ab eodem quadratario hoc fragmentum exaratum esse pro certo dicas, tamen litterae hic paululo maiores sunt et interdum forma ipsa differunt (exempli causa indicamus hic esse M et W, illic Μ et Ω). Quae cum ita sint, conicere licet nunc detectum esse fragmentum unius ex illis scriptis, quae a Chersonesitis commemorantur in decreto, quod provinciae praefecto miserunt (v. n° 404, II), scilicet sive imperatorum rescripti (γράμματα βασιλικά), sive consularium decretorum (ὑπομνήματα ὑπατικῶν), sive tribunorum iudiciorum (ἀποφάσεις χειλιαρχῶν). Cum vero provinciae praeses in epistula ad Atilium Primianum data (404, IV) iusserit eum curare exemplum sententiae, quam Arrius Alcibiades olim tribunus praepositus vexillationis Chersonesitanae edixisset, aperta manu scriptum ponendum unde de plano recte legi posset, facile coniecimus fragmentum, quod tractamus, huius sententiae particulam continere. Quae tamen tam parva est (quod vel maxime sane dolendum), ut certo restitui nullo modo possit. Quae supersunt, leguntur ita:

1 μωνα ..... τέ]-  
 λει πορν[ιχῶ ..... ]  
 με φυλά[ττειν? ..... οί]  
 πάλαι χει[λιάρχαι? ..... ]  
 5 περιέχεσθ[αι ..... ]  
 σθαι τὰς οὐ[χ] ἔτα[ιριζόμενας? ..... ἐν τόποις]  
 ὠρισμένοις του[ ..... περι]

μὲν τοῦ ὠρισμένο[υ τέλους . . . . .]  
 ὑπευθ[ύ]νους εἶναι καὶ ὀφείλε[ιν . . . . . τὰς ἐν χαμαιτυ]-  
 10 πείῳ ἢ οἰκήματί τινι καθη[μένας . . . . . ἐπὶ τῇ  
 τοῦ] σώματος αἰσχύνη μισθ[ὸν λαμβανούσας? . . . . . δι-  
 δόν]αι τοῖς τοῦ τέλους μισθ[ωταῖς . . . . . κολαζέσ-  
 θω δέ] ἢ μὴ ἀπογραψαμέν[η . . . . .  
 περὶ δ]ὲ τῶν ὄρων ε. . . . .  
 15 . . . . . ἰ συνυ . . . . .

Vv. 9—11 videtur statuere tribunus, ut vectigal eae solae meretrices conductoribus (v. 12) pendant, quae in lupanaribus aut in cellis singillatim se prostituant, eae vero, quae nomine sua non dederint, puniantur (v. 13). De reliquis nihil certi dici potest.

#### d. Titulus dedicatorius.

706. Anno 1890 Kosciuszko-Walużnicz cum locum occidentem versus a Chersoneso situm ad sinum, qui Casacorum dicitur (*Καζακία βυρτα*), exploraret, reliquias moenium invenit turribus instructorum, de quibus satis copiose refertur in *Отчетъ Им. Арх. Комм. за 1890 г.*, p. 37 sq.<sup>1)</sup> Prope primam turrin intra murum occidentalem detexit parvulum sacellum formae quadratae, in quo inter alias res antiquas invenit aram lapidis calcarii, cuius in fronte litterae aliquot tituli graeci conservatae erant. Qui titulus quamvis commemoratus sit in *Отчетъ* p. 38 («Здѣсь устроено нѣчто въ родѣ жертвенника, отъ котораго уцѣлѣли: каменная плита съ нѣсколькими неразборчивыми греческими буквами» и т. д.), tamen adhuc ineditus mansit, quoniam ipse, cum lapides in museo collectos postea bis (annis scilicet 1892 et 1902) examinarem, hunc non vidi. Nunc titulum exscribo e Kosciuzkii delineatione adiecta relationi manuscriptae, quae in tabulario Consilii archaeologici servatur (*Дѣло 1890 г. № 26*).

ΔΙ.ΝΥΣΙ

Δι[ο]νύσι[ος τοῦ δεῖνος ἀνέδηκεν?].

Litterarum formae, si quidem recte eas Kosciuzko excepit, Romanam produnt aetatem.

#### e. Titulus honorarius.

707. Fragmentum marmoris cinerei a. 0,08 m., l. 0,16; supra et a dextra videntur margines exstare. Supersunt extremae litterae unius tituli versus, altae circa 0,017 m.

1) Cf. quae Kosciuzko ipse scripsit in *Извѣстія Тархич. Уч. Арх. Комм.*, f. 13 (1891), pp. 55—61 (titulo commemorato p. 60).

Fragmentum a. 1909 inventum est in exploranda ea ruderum parte, quae est inter septentriones et orientem.

Μ Ο Σ *vac.*

[Ὁ δᾶ]μος?

Litteratura est Romanae aetatis. Titulus videtur fuisse honorarius, basi statuae a populo positae inscriptus.

#### f. Tituli sepulcrales.

708. Basis lapidis calcarii, quae ad imponendum monumentum sepulcrale videtur esse facta, a. 0,095 m., longa 0,68, lata 0,36 m. In parte postica supra tres cavernae quadratae factae sunt et anguli utrimque abscisi. In fronte titulus est integer fere facilisque lectu; litterarum altitudo variat inter 0,01 (littera O) et 0,02 m. In ima frontis parte (sub titulo) supersunt, ni fallor, vestigia tituli antiquioris.

Lapis in coemeterio antiquo inventus est.

Δ Μ Α Τ Ρ Ι Σ	Θ Ε Α Γ Ε Ν Ι Σ Δ Ι Ο Ν Υ Σ Ι Ο Υ	Σ Τ Ε Φ Α Ν Ο Σ
Σ Τ Ε Φ Α Ν Ο Υ	Δ Α Μ Α Τ Ρ Ι Ο Υ Γ Υ Ν Α	Δ Α Μ Α Τ Ρ Ι Ο Υ

[Δα]μάτρι[ος]  
[Στε]φάνου.

Θεαγενίς Διονυσίου,  
Δαματρίου γυνά.

Στέφανος  
Δαματρίου.

V. 2 med. prima littera est Δ correctum ex A. Lapidi inscripta sunt nomina viri uxorisque et filii una sepulcorum (cf. simile monumentum Olbiopolitanum supra p. 233, n° 220). Propter litteraturam titulum ad tertium a. Chr. saeculum rettulerim.

709. Tabella marmoris candidi igne adusta, a. 0,08 m., l. 0,11, cr. circa 0,04 m., ex eo genere, quae monumentis sepulcralibus immittebantur (cf. supra p. 422 ad n° 466). Titulus litteris circa 0,008 m. altis scriptus bene legitur, exceptis mediis litteris versus 2, quae detritae sunt.

Inventa est a. 1911 in aedificio quodam antiquo.

Α Θ Α Ν Α Γ Ο Ρ Α Σ
Κ Α Λ ██████████ Δ Α
Ο Ρ Ε Π Τ Ο Σ

Ἀθαναγόρας  
Καλ[λιά]δα  
ὄρεπτός.

Litterarum formae eae sunt, quae alteri maxime a Chr. saeculo convenient.

**710.** Tabula lapidea supra fracta, lata plus 0,30 m. Litterae superstites, altae circa 0,02 m., optime in ectypo leguntur.

Inventa est a. 1910.

Θ Ε Ο Φ Α Ι Α Ρ Η Μ Α Ν Τ Ο Υ	Θεοφ[άνης] Ἀπρ,μάντου.
----------------------------------	---------------------------

Litteratura est quarti a. Chr. saeculi exeuntis.

**711.** Tabula sepulcralis lapidis calcarii infra fracta, a. ut nunc est 0,90 m., l. 0,30, cr. 0,15. Supra exstant reliquiae epistylī coloribus flavo caeruleoque et rubro picti, infra rosae. Litterae circa 0,02 m. altae bene in ectypo leguntur.

Inventa est a. 1910.

Ρ Α Ρ Μ Ι Σ Ρ Α Ρ Μ Ε Ν Ο Ν Τ Ο Σ	Πάρμις Παρμένοντος.
--------------------------------------	------------------------

Litteratura ei, quae est in titulo proxime praecedenti, admodum est similis.

**712.** Magna tabula sepulcralis lapidis calcarii, l. 0,375 m., cr. 0,17, servans reliquias epistylī coloribus flavo caeruleoque et rubro picti et rosarum item pictarum. Litterae plus 0,02 m. altae optime leguntur.

Inventa est a. 1910.

Α Δ Ε Ι Α Δ Α Μ Α Τ Ρ Ι Ο Υ Α Τ Ω Τ Α Γ Υ Ν Α	Ἄδεια Δαματρίου, Ἀτώτα γυνά.
--	---------------------------------

